

R 1119
Tomus Quartus

D. THOMAE AQVINATIS
DOCTORIS ANGELICI,
COMPLECTENS EXPOSITIONEM,

In Duodecim libros Metaphysices,
ARISTOTELIS.


Tractatum de Ente, & Essentia. D. Thomæ.

Cum Commentariis

F. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Sancti Xisti,

Et Expositionem eiusdem Diui Thomæ.


In Librum de Causis.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.

R O M A E

M. D. LXX.



2 400 40
MADRID IN SPAIN

R 1119
Tomus Quartus

D. THOMAE AQUINATIS
DOCTORIS ANGELICI,
COMPLECTENS EXPOSITIONEM,

In Duodecim libros Metaphysices,
ARISTOTELIS.


Tractatum de Ente, & Essentia. D. Thomæ.

Cum Commentariis

F. Thomæ de Vio Galetani Cardinalis Sancti Xisti,

Et Expositionem eiusdem Diui Thomæ.

In Librum de Causis.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.

ROMAE

M. D. LXX.



D I V I
THOMAE AQVINATIS
DOCTORIS ANGELICI,
 IN XII. LIBROS METAPHY-
 SICORVM ARISTOTELIS
 EXPOSITIO.
 P R O L O G V S S. T H O.

Lib. 1.
Lect. 3.

ICVT docet Philosophus in Politicis suis, Quo-
do aliqua plura ordinantur ad vnu, oportet vnum
eorum esse regulans, siue regens, & alia regulata, si-
ue reata. Quod quidem patet in vnione animae, &
corporis. Nam anima naturaliter imperat, & corpus obedit.

Similiter etiam in-
ter animae vires. Ira
scibilis. n. & concupi-
scibilis naturali or-
dine per rationem
reguntur. Omnes
autem scientiae & artes
ordinantur in vnum,
scilicet ad hominis perfe-
ctionem, quae est eius
beatitudo. Vnde ne-
cesse est, quod vna eorum
sit aliarum omnium re-
gulatrix, quae nomen sci-
entiae recte vendi-
cat. Nam sapientis
est, alios ordinare.
Quae autem sit haec
scientia, & circa qua-
lia, considerari potest,
si diligenter respicia-
tur quod est aliquis
idoneus ad regendam.
Sicut. n. (vt in libro
praedicto Philosophus
dicit) homines intel-
lectu vigentes na-
turaliter aliorum re-
ctores, & domini sunt:
homines vero, qui sunt robusti corpore, intellectu vero defi-
cientes, sunt naturaliter serui: ita scientia debet esse natura-
liter aliarum regulatrix, quae maxime intellectualis est. Haec
autem est quae circa maxime intelligibilia versatur. Maxime
autem intelligibilia tripliciter accipere possumus. Primo-
quidem ex ordine intelligendi. nam ex quibus intellectus
certitudinem accipit, videntur esse intelligibilia magis.
Vnde, cum certitudo scientiae per intellectum acquiratur ex
causis, causarum cognitio maxime intellectualis esse vide-
tur. Vnde & illa scientia, quae primas causas considerat, vi-
detur esse maxime aliarum regulatrix. Secundo, ex compara-
tione intellectus ad sensum. Nam, cum sensus sit cognitio par-
ticularium, intellectus per hoc ab ipso differre videtur, quod vni-
uersalia comprehendit. Vnde & illa scientia maxime est intel-
lectualis, quae circa principia maxime vniuersalia versatur.
Quae quidem sunt ens, & ea quae consequuntur ens: vt vnum
& multa, potentia & actus. Huiusmodi autem non debent omni-
no indeterminata remanere, cum sine his, completa cognitio
de his, quae sunt propria alicui generi vel speciei, haberi non
possit. Nec iterum in vna aliqua particulari scientia tractari
debent: quia cum his vnumquodque genus entium ad sui co-
gnitionem indigeat, pari ratione in qualibet particulari scien-
tia tractentur. Vnde restat, quod in vna communi scientia hu-
iusmodi tractentur, quae cum maxime intellectualis sit, est alia-
rum regulatrix. Tertio, ex ipsa cognitione intellectus. Nam
cum vnaquaeque res ex hoc ipso vim intellectiua habeat, quod est a
materia immunis, oportet illa esse maxime intelligibilia, quae
sunt maxime a materia separata, intelligibile. n. & intellectu
oportet proportionata esse, & vni generis cum intellectu &

200

Lect. 1. & 3.

ARISTOTELIS STAGIRITAE
 PERIPATETICORVM PRINCIPIS
 METAPHYSICORVM
 LIBER PRIMVS.

Antiqua translatio.

C Bessarionis Cardinalis Niceni Interpretatio.

OMNES homines na-
tura scire desiderant.
Signum autem est sen-
sum dilectio. Præter enim uti-
litatem, propter seipsum dili-
guntur, & maxime aliorum, qui
est per oculos. Non enim solum
vt agamus, sed & nihil agere de-
bentes, ipsum videre præ omni-
bus, vt dicam, aliis eligimus.
Causa autem est, quod hic maxime
sensum nos cognoscere facit, &
multas differentias demonstrat.

MNES homines na-
tura scire desiderant. Si-
gnum autem est sensum
dilectio. nam & absque usu propter
seipsum amantibus. præ cæteris autem,
qui per oculos fit. non enim vt ag-
mus solum, verum etiam nil acturi, ip-
sum videre præ omnibus aliis, vt in-
dicam, eligimus. causa autem est,
quod sensum hic vel maxime nos
cognoscere quicquam facit, multas
que differentias manifestat.

Proemij
cap. 1.

† a c. addit
rerum.

substantiae eorum & vniuersales cause. Ex quo apparet, quod quauis
ista scientia praedicta tria consideret, non tamen considerat quod-
libet eorum vt subiectum, sed ipsum solum ens eorum. Hoc. n. est
subiectum in scientia, cuius causas & passionem quoniam: non autem
ipse causa alicuius generis quod sit. Nam cognitio causarum ali-
cuius generis, est finis, ad quem consideratio scientiae pertinet.
Quamuis autem subiectum huius scientiae sit ens eorum, dicitur tamen tota
de his quae sunt separata a materia secundum esse & rationem.
Quia secundum esse & rationem separari dicuntur, non solum illa,
quae nunquam in materia esse possunt, sicut Deus & intellectuales
substantiae, sed et illa, quae possunt sine materia esse, sicut ens
eorum. Hoc tamen non contingeret, si a materia secundum esse depen-
derent. Secundum igitur tria praedicta, ex quibus perfectio huius
scientiae attenditur, sortitur tria nomina. Dicitur. n. scientia diui-
na siue theologia, in quantum praedictas substantias considerat.
Metaphysica, in quantum considerat ens & ea quae consequuntur
ipsum. Haec. n. metaphysica inueniuntur in via resolutionis, sicut
magis eorum post minus eorum. Dicitur autem prima philosophia,
in quantum primas rerum causas considerat. Sic igitur patet quid sit
subiectum huius scientiae, & qualiter se habeat ad alias scien-
tias, & quo nomine nominetur.

L E C T I O P R I M A.



VIC autem scientiae Ar. proemium praemittit, Lect. 3.
in quo duo tradit. Primo quidem ostendit circa part. 1.
quid haec scientia versetur. Secundo, qualis sit ista Lect. 2.
scientia, ibi. Quia vero non actiua. Circa pri- part. 1.
mam duo facit, Primo ostendit quod huius scientiae, quae sapien- Lect. 1.
tia Tho. super Metaph. A 12

part. 1.
Lect. 2.
part. 1.
Lect. 1.

part. vlt. Lect. pri. part. 2. part. pri.

zia dicitur, est considerare causas. Secundo quales vel quas causas considerat, ibi: Quoniam autem scientiam hanc, Circa primum praeimit quaedam, ex quibus ad propositum arguitur. Secundo ex praedictis rationem sumit, ibi: Cuius autem gratia nunc. Circa primum duo facit. Primo ostendit in commu-

T.c. 14.

Lib. de his animaliu.

T.c. 77.

nifcientie dignitatem. Secundo ostendit cognitionis ordinem, ibi: Animalia quidem igitur natura sensum habentia sunt.

Ex sensibus autem quibusdam quidem ipsorum memoria non fit, quibusdam vero fit. Et propter hoc alia quidem prudentia sunt, alia vero disciplinabilia.

Secundo proponit intentum. Secundo probat, Signum autem. Proponit igitur primo quod omnibus hominibus naturaliter desiderium inest ad sciendum. Cuius ratio potest esse triplex. Primo quidem, quia vnaquaeque res naturaliter appetit perfectionem sui. Vnde & materia dicitur appetere formam, sicut imperfectum appetit suam perfectionem. Cum igitur intellectus, a quo homo est id quod est, in se consideratur, sit in potentia omnia, nec in actu eorum reducat nisi per scientiam: quia nihil est eorum quae sunt ante intelligere, ut dicitur in tertio de Anima. Sic naturaliter vnusquisque desiderat scientiam sicut materia formam. Secundo, quia quilibet res naturalem inclinationem habet ad suam propriam operationem: sicut calidum ad calefaciendum, & graue ut deorsum moueatur. Propria autem operatio hominis in quantum homo, est intelligere. Per hoc enim ab omnibus alijs differt. Vnde naturaliter desiderium hominis inclinatur ad intelligendum, & per consequens ad sciendum. Tertio, quia vnusquisque rei desiderabile est ut suo principio coniungatur. In hoc enim vnusquisque perfectio consistit. Vnde & motus circularis est perfectissimus, ut probatur in Octauo Physicorum, quia finem coniungit principio. Substantijs autem separatis, quae sunt principia intellectus humani, & ad quae intellectus humanus se habet ut imperfectum ad perfectum, non coniungitur homo nisi per intellectum. Vnde & in hoc vltima hominis felicitas consistit. Et ideo naturaliter homo desiderat scientiam. Nec obstat, si aliqui homines scientiam hoc studium non impendant, cum frequenter qui finem aliquem desiderant, a prosecutione finis ex aliqua causa retrahantur, vel propter difficultatem perueniendi, vel propter alias occupationes. Sic etiam, licet omnes homines scientiam desiderant, non tamen omnes scientiam, studium impendunt: quia ab alijs detinentur, vel a voluptatibus, vel a necessitatibus vite praesentis, vel etiam propter pigritiam vitant laborem addicendi. Hoc autem proponit Aristoteles, ut ostendat quod querere scientiam non propter aliud vile, qualis est haec scientia, non est vanum, cum naturale desiderium vanum esse non possit. Deinde ostendit quod propositum, per signum: quia cum sensus ad duo nobis deseruiant, scilicet ad cognitionem rerum, & ad utilitatem vite, diliguntur a nobis propter se ipsos, in quantum cognoscitui sunt: & etiam propter quod utilitatem ad viam conserunt. Et hoc patet ex hoc, quod ille sensus maxime ab omnibus diligitur, qui magis cognoscitui est, qui est visus, quae diligimus non solum ad agendum aliquid, sed etiam si nihil agere deberemus. Cuius causa est, quia iste sensus scilicet visus, inter omnes magis facit nos cognoscere, & plures differentias rerum nobis demonstrat. In quo manifestum est, quod duas praeminentias visus in cognoscendo ad alios sensus possit. Vnam quidem, quia perfectius cognoscit. Quod quidem visui accidit, eo quod spiritualior est inter omnes sensus. Quanto enim aliqua vis cognoscitua est immaterialior, tanto est perfectior in cognoscendo. Quod autem visus sit immaterialior, patet, si consideratur eius immutatio, quae ab obiecto immutatur. Nam, cum omnia alia sensibilia immutent organum, & medium sensus secundum aliquam materialem immutationem, sicut tactus obiectum, calefaciendo & infrigidando: obiectum vero gustus, afficiendo sapore aliquo organum gustus mediante salua: obiectum autem auditus per motum corporalem, obiectum autem odoratus per fumalem euaporationem: solum obiectum visus non immutat nec organum, nec medium, nisi spirituali immutatione. Non enim pupilla, nec aer coloratur, sed solum speciem coloris recipiunt secundum esse spirituale. Quia igitur sensus in actu consistit in actuali immutatione sensus ab obiecto, manifestum est illum sensum spiritualiorem esse in sua operatione, qui immutatur.

Et ideo visus, certius & perfectius iudicat de sensibus inter alios sensus. Aliam autem praeminentiam ponit, quia nobis plura demonstrat. quod quidem accidit ex ratione suo obiecti. Tactus enim & gustus, & similiter odoratus & auditus sunt cognoscitui illorum accidit, in quibus distinguuntur inferiora corpora a superioribus. Visus autem est cognoscitui illorum accidit, in quibus communicant inferiora corpora cum superioribus. Nam visibile actu est aliquid per lucem, in qua communicant inferiora corpora cum superioribus: ut dicitur secundo de anima. Et ideo corpora caelestia solo visu sunt sensibilia. Est autem alia ratio, quod visus plures differentias rerum demonstrat, quia sensibilia corpora, praecipue per visum & tactum cognoscere videmur: & adhuc magis per visum. Cuius ratio ex hoc sumi potest, quod alij tres sensus sunt cognoscitui eorum, quae a corpore sensibili quodam modo effluunt & non in ipso consistunt: sicut sonus est a corpore sensibili, ut ab eo fluens & non in eo manens: & similiter fumalis euaporatio, cum qua & ex qua odor diffunditur. Visus autem & tactus percipiunt illa accidentia, quae rebus ipsis immanent, sicut color & calidum & frigidum. Vnde iudicium tactus & visus extenditur ad res ipsas. Iudicium autem auditus & odoratus ad ea, quae a rebus ipsis procedunt non ad res ipsas. Et inde est quod figura & magnitudo & huiusmodi, quibus ipsa res sensibilibus disponitur, magis percipiuntur visu & tactu, quam alijs sensibus. Et adhuc amplius magis visu quam tactu, tamen propter hoc quod visus habet maiorem efficaciam ad cognoscendum (ut dicitur in tertio de Anima) tum propter hoc quod quantitas & ea quae ad ipsam sequuntur, quae videtur esse sensibilia communia, proximius se habent ad obiectum visus, quam ad obiectum tactus. Quod ex hoc patet, quod obiectum visus, omne corpus habens aliquam quantitatem aliquo modo consequitur, non autem obiectum tactus. Deinde cum dicit.

Natura itaque animalia sensum habentia sunt.

A sensu vero quibusdam eorum non innascitur memoria, quibusdam vero innascitur. Et ob hoc alia prudentia, alia disciplinarum capaciora.

qua communicant inferiora corpora cum superioribus: ut dicitur secundo de anima. Et ideo corpora caelestia solo visu sunt sensibilia. Est autem alia ratio, quod visus plures differentias rerum demonstrat, quia sensibilia corpora, praecipue per visum & tactum cognoscere videmur: & adhuc magis per visum. Cuius ratio ex hoc sumi potest, quod alij tres sensus sunt cognoscitui eorum, quae a corpore sensibili quodam modo effluunt & non in ipso consistunt: sicut sonus est a corpore sensibili, ut ab eo fluens & non in eo manens: & similiter fumalis euaporatio, cum qua & ex qua odor diffunditur. Visus autem & tactus percipiunt illa accidentia, quae rebus ipsis immanent, sicut color & calidum & frigidum. Vnde iudicium tactus & visus extenditur ad res ipsas. Iudicium autem auditus & odoratus ad ea, quae a rebus ipsis procedunt non ad res ipsas. Et inde est quod figura & magnitudo & huiusmodi, quibus ipsa res sensibilibus disponitur, magis percipiuntur visu & tactu, quam alijs sensibus. Et adhuc amplius magis visu quam tactu, tamen propter hoc quod visus habet maiorem efficaciam ad cognoscendum (ut dicitur in tertio de Anima) tum propter hoc quod quantitas & ea quae ad ipsam sequuntur, quae videtur esse sensibilia communia, proximius se habent ad obiectum visus, quam ad obiectum tactus. Quod ex hoc patet, quod obiectum visus, omne corpus habens aliquam quantitatem aliquo modo consequitur, non autem obiectum tactus. Deinde cum dicit.

Prosequitur de ordine cognitionis, & primo quantum ad bruta animalia. Secundo quantum ad homines, ibi: Alia quidem igitur & cetera. Circa vero bruta animalia rangit primo quidem id, in quo omnia animalia coeant. Secundo id, in quo animalia differunt & se inuicem excedunt, ibi: Ex sensibus. Communicant autem omnia animalia in hoc quod naturaliter sensum habent. Nam ex hoc animal est animal, quod habet animam sensitiuam, quae natura est animalis: sicut forma vnusquisque propria est natura eius. Quamuis autem omnia animalia sensum habeant naturaliter, non tamen omnia habent omnes sensus, sed solum perfecta. Omnia vero habent sensum tactus. Ipse enim est quodam modo fundamentum omnium aliorum sensuum. Non autem habent omnia sensum visus, quia sensus visus est omnibus alijs perfectior in cognoscendo: sed tactus magis necessarius. Est enim cognoscitui eorum, ex quibus alia consistat, scilicet calidi, frigidi, humidum & siccum. Vnde sicut visus inter omnes est perfectior in cognoscendo, ita tactus est magis necessarius: ut pote primus existens in via generationis. Ea enim, quae sunt perfectiora secundum hanc viam, sunt posteriora respectu illius individui, quod de imperfecto ad perfectionem mouetur. Deinde cum dicit.

Ponit diuersitatem cognitionis, quae est in brutis, & tangit etiam tres gradus cognitionis in huiusmodi animalibus. Quaedam enim sunt, quae licet sensum habeant, non tamen habent memoriam, quae ex sensu fit. Memoriam enim sequitur phantasia, quae est motus factus a sensu secundum actum, ut habetur in secundo de anima. In quibusdam vero animalibus ex sensu non fit phantasia, & sic in eis non potest esse memoria: & huiusmodi sunt animalia imperfecta, quae sunt immobilia secundum locum, ut conchilia. Cum enim animalibus cognitio sensitiua sit prouisiua ad vitam necessitatem & propriam operationem, animalia illa memoriam habere debent, quae mouentur ad distans motu progressiuo. Nisi enim apud ea remaneret per memoriam intentio praecipua, ex qua ad motum inducuntur, motum continuare non possent, quousque finem intentum consequerentur. Animalibus vero immobilibus, sufficit ad proprias operationes praesens sensibilibus acceptio, cum ad distans non moueantur.

Lib. de sen. & sensu. Lect. 6.

T.c. 68.

Li. de sen. & sensu. Lect. 2.

Li. de sen. & sensu. Lect. 2.

Secundo de anima, T. c. 160, Lect. 6.

T.c. 56.

Cap. 6. Lect. 4.

Lect. 7.

D. 1077.

Et ideo sola imaginatione confusa habent aliquem motum indeterminatum, ut dicitur tertio de Anima. Ex hoc autem, quod quaedam animalia memoriam habent, & quaedam non habent, sequitur quod quaedam sunt prudentia, & quaedam non. Cum enim prudentia ex praeteritorum memoria de futuris prouideat, & vnde secundum Tullium in Secundo Rhetorica, partes eius ponuntur memoria, intelligentia, & prouidentia in illis animalibus prudentia esse non potest, quae memoria caret. Illa vero animalia, quae memoriam habent, aliquid prudentiae habere possunt. Dicitur autem prudentia aliter in brutis animalibus, & aliter hominibus inesse. In hominibus quidem est prudentia secundum quod ex ratione deliberat quid eos oporteat agere. Vnde dicitur Sexto Ethicorum, quod prudentia est recta ratio agibilium. Iudicium autem de rebus agendis, non ex rationis deliberatione, sed ex quodam natura instinctu, prudentia in alijs animalibus dicitur. Vnde prudentia in alijs animalibus, est naturalis estimatio de conuenientibus prosequendis, & fugiendis nocuis: sicut agnus sequitur matrem & fugit lupum. Inter ea vero, quae memoriam habent, quaedam habent auditum, & quaedam non. Quaecumque autem auditum non habent, ut apes, vel si quod aliud huiusmodi animal est, licet prudentiam habere possint, non tamen sunt disciplinabilia: ut scilicet per alterius instructionem possint adhaerere ad aliquid faciendum vel vitandum. Huiusmodi enim instructio praecipue recipitur per auditum, vnde dicitur in libro de sensu & sensato, & auditus est sensus disciplinae. Quod autem dicitur, Apes auditum non habere, non repugnat ei, quod videtur ex quibusdam sonis exterreri. Nam sicut sonus vehemens occidit animal, & scindit lignum, ut in tonitruo patet, non propter sonum, sed propter commotionem aeris vehementem in quo est sonus: ita animalia, quae auditu carent, iudicium de sonis non habendo possunt per sonos aereos exterreri. Illa vero animalia, quae memoriam & auditum habent, & disciplinabilia & prudentia esse possunt. Patet igitur, tres esse gradus cognitionis in animalibus. Primus est eorum, quae nec auditum nec memoriam habent. Vnde nec disciplinabilia sunt, nec prudentia. Secundus est eorum, quae habent memoriam, sed non auditum, vnde sunt prudentia, & non disciplinabilia. Tertius est eorum, quae vtrumque habent, & sunt prudentia & disciplinabilia. Quartus autem modus esse non potest, ut scilicet sit aliquid animal, quod habeat auditum, & non habeat memoriam. Sensus enim qui per exteriorem medium suum sensibile apprehendunt, inter quos est auditus, non sunt nisi in animalibus, quae mouentur motu progressiuo, quibus memoria deesse non potest, ut dictum est. Deinde cum dicit.

Alia quidem igitur imaginationibus, & memorijs viuunt, experimenti autem parum participant. hominum autem genus arte & rationibus. Fit autem ex memoria hominibus experimentum. eiusdem namque rei multae memoriae, vnus experientiae potestiam faciunt. Et fere videtur scientiae simile experimentum esse, & arti.

Hominiibus autem scientia & ars per experientiam euentit. Experientia quidem n. arte fecit, sicut ait Polus recte dicens, sed in experientia casum. Fit autem

Offendit diuersos gradus humanae cognitionis. & circa hoc duo facit. Primo comparat experimentum ad artem quidem. Secundo comparat artem speculatiuam ad actiuam ibi. Primum igitur conueniens &c. Circa primum duo facit. Primo, ostendit generationem artis & experimenti. Secundo, praeminentiam vnus ad alterum, ibi: Ad agere quidem igitur &c. Circa primum duo facit. Primo, proponit vtrumque praedictorum generationem. Secundo, manifestat per exemplum, ibi: Acceptio quidem enim &c. Circa primum duo facit. Primo, ponit generationem experimenti. Secundo, artis generationem, ibi: Hominiibus autem &c. Dicit ergo primo, quod ex memoria in hominibus experimentum causatur. Modus autem causandi est iste: quia ex multis memorijs vnus rei, accipit homo experimentum de aliquo, quod experimento potens est ad facile & recte operandum. Et ideo, quia potentiam recte & faciliter operandi praebet experimentum, videtur fere esse simile arti & scientiae. Est enim similitudo, eo quod vtrique ex multis vna acceptio alicuius rei sumitur. Dissimilitudo autem, quia per artem accipiuntur vniuersalia, per experimentum singularia, ut postea dicitur. Deinde cum dicit.

Ponit generationem artis, & dicit, quod ex experientia in hominibus fit scientia & ars: & probat per auctoritatem Polii, qui dicit, quod experientia facit artem, sed in experientia casum. Quando enim aliquis in experientia recte operata casu est.

de Anima, cum dicitur, Viuere viuentibus esse. Nam huiusmodi viuere animalis non est ex memoria & imaginatione, sed praecedat vtrumque. Accipitur autem viuere pro actione vite, sicut & conuersationem hominum vitam dicere solemus. In hoc vero, quod cognitionem animalium determinat per comparationem ad regimen vite, datur intelligi, quod cognitio inest ipsis animalibus, non propter ipsum cognoscere, sed propter necessitate actionis. Supra memoriam autem in hominibus, ut infra dicitur, proximum est experimentum, quod quaedam animalia non participant nisi parum. Experimentum enim est ex collatione plurimum singularium in memoria receptorum. Huiusmodi autem collatio est homini propria, & pertinet ad vim cogitandi, quae ratio particularis dicitur: quae est collatio intentionum individualium, sicut ratio vniuersalis intentionum vniuersalium. Et quia ex multis sensibus & memoria animalia ad aliquid conueniunt prosequendum, vel vitandum, inde est, quod aliquid experimenti, licet parum, participare videntur. Homines autem supra experimentum, quod pertinet ad rationem particularem, habent rationem vniuersalem, per quam viuunt, sicut per id, quod est principale in eis. Sicut autem se habet experimentum ad rationem particularem, & consuetudo ad memoriam in animalibus, ita se habet ars ad rationem vniuersalem. Ideo sicut perfectum vite regimen est animalibus per memoriam, adiuncta adhaesione ex disciplina, vel quomodo aliter, ita perfectum hominis regimen est per rationem arte perfectam. Quidam tamen ratione sine arte reguntur, sed hoc est regimen imperfectum. Deinde cum dicit.

Cetera igitur imaginationibus, ac memorijs viuunt: experientia vero parum participant. humanum autem genus arte etiam, ac rationationibus. Fit autem ex memoria experientia hominibus. multa etenim eiusdem rei memoria vnus experientia nimis efficiunt. Quare experientia penes simile quid scientiae, ac arti esse videtur.

Per experientiam autem ars, & scientia hominibus efficitur. experientia enim, vnde ait Polus, arte effecit, in experientia vero fors.

Offendit diuersos gradus humanae cognitionis. & circa hoc duo facit. Primo comparat experimentum ad artem quidem. Secundo comparat artem speculatiuam ad actiuam ibi. Primum igitur conueniens &c. Circa primum duo facit. Primo, ostendit generationem artis & experimenti. Secundo, praeminentiam vnus ad alterum, ibi: Ad agere quidem igitur &c. Circa primum duo facit. Primo, proponit vtrumque praedictorum generationem. Secundo, manifestat per exemplum, ibi: Acceptio quidem enim &c. Circa primum duo facit. Primo, ponit generationem experimenti. Secundo, artis generationem, ibi: Hominiibus autem &c. Dicit ergo primo, quod ex memoria in hominibus experimentum causatur. Modus autem causandi est iste: quia ex multis memorijs vnus rei, accipit homo experimentum de aliquo, quod experimento potens est ad facile & recte operandum. Et ideo, quia potentiam recte & faciliter operandi praebet experimentum, videtur fere esse simile arti & scientiae. Est enim similitudo, eo quod vtrique ex multis vna acceptio alicuius rei sumitur. Dissimilitudo autem, quia per artem accipiuntur vniuersalia, per experimentum singularia, ut postea dicitur. Deinde cum dicit.

Ponit generationem artis, & dicit, quod ex experientia in hominibus fit scientia & ars: & probat per auctoritatem Polii, qui dicit, quod experientia facit artem, sed in experientia casum. Quando enim aliquis in experientia recte operata casu est.

Modus autem, quo ars fit ex experimento, est idem cum modo praedicto, quo experimentum fit ex memoria. Nam sicut ex multis memorijs fit vna experimentalis scientia, ita ex multis experimentis apprehensis, fit vniuersalis acceptio de omnibus similibus. Vnde plus habet hoc ars quam experimentum: quia experimenterum tantum circa singularia versatur, ars autem circa vniuersalia. Quod consequenter per exempla exponit cum dicit: Acceptionem quidem &c. quia cum homo accipit in sua cognitiōe quod hec medicina contulit Socrati & Platoni tali infirmitate laborantibus, & multis alijs singularibus, quicquid sit illud, hoc ad experientiam pertinet. Sed cum aliquis accipit quod hoc omnibus conserat in tali specie aegritudinis determinata, & secundum talem complexionem, sicut quod contulit febricitantibus & phlegmaticis & cholericis, id iam ad artem pertinet. Deinde cum dicit: Comparat artem ad experimentum per modum praeminentiae, & secundum hoc duo facit. Primo comparat quantum ad actionem. Secundo quantum ad cognitionem, ibi: Sed tamen scire &c. Dicit ergo, quod quantum ad actum pertinet, experientia nihil videtur differre ab arte. Cum enim ad actionem venit, tollitur differentia, quae inter experimentum, & artem erat per vniuersale, & singularia. quia sicut experimentum circa singularia operatur, ita & ars. Vnde praedicta differentia erat in cognoscendo tantum. Sed quomodo in modo operandi ars & experimentum non differant, quia vtraque circa singularia operatur, differunt tamen in efficacia operandi. Nam experti magis proficiunt in operando, illis, qui habent rationem vniuersalem artis sine experimento. Cuius causa est, quia actiones sunt circa singularia, & singularium sunt omnes generationes. Vniuersalia enim non generantur nec mouentur nisi per accidens, in quantum hoc singularibus coepit. Homo enim generatur, hoc homine generato. Vnde medicus non sanat hominem nisi per accidens, sed per se sanat Platonem, aut Socratem, aut aliquem hominem singulariter dictum, cui conuenit esse hominem, vel accidit in quantum est curatus.

Quamvis enim esse hominem per se conueniat Socrati, tamen curato & medicato per accidens conuenit. haec est enim per se, Socrates est homo, quia si Socras diffiniretur; poneretur homo in eius diffinitione, (vt in quarto dicitur) sed haec est per accidens, curatus vel sanatus est homo. Vnde, cum ars fit vniuersalem, experientia singularium, si aliquis habet rationem artis sine experientia, erit quidem perfectus in hoc quod vniuersale cognoscit: sed quia ignorat singulare cum experimento crearet multoties in curando peccabit: quia curatio magis pertinet ad singulare, quam ad vniuersale, cum ad hoc pertineat per se, ad illud per accidens. Deinde cum dicit: Comparat experimentum ad artem quantum ad cognitionem, & circa hoc duo facit. Primo ponit praeminentiam artis ad experimentum. Secundo probat ibi: Hoc autem est quia hi quidem &c. Propositum autem praeminentiam artis & scientiam quantum ad tria, scilicet quantum ad scire, quod quidem magis arbitramur esse per artem, quam per experientiam. Itaque quantum ad obuiare, quod in disputationibus accidit. Nam habens artem potest disputare do obuiare his, quae contra artem dicuntur, non autem habens experientiam. Item quantum ad hoc, quod artifices plus accedunt ad finem sapientiae, quam experti. Tamen magis sit idem conueniat. Sci re secundum sapientiam sequentem omnia, id est quae sequitur vniuersalia. Ex hoc enim artifex sapientior indicatur quam expertus, quia vniuersalia considerat. Vel aliter. Tamen magis sit scire secundum sapientiam omnia sequentem, id est vniuersalia. Alia litera. Tamen magis sit scire secundum scire sapientiam omnia sequente, quasi dicat: Tamen sapientia sequente omnia, id est consequente ad vniuersalem, magis sit secundum scire, quam secundum operari: vt scilicet dicantur sapientes magis qui magis sciunt, non qui magis sunt operatui. Vnde alia litera hunc sensum habet planior, quae sic dicit: Tamen magis sit scire secundum illud quod est scire magis, omnes sequuntur sapientiam. Consequenter cum dicit: Probat praedictam praeminentiam tripliciter. Prima probatio talis est. Illi, qui sciunt causam & propter quod, scientiores sunt: & sapientiores illis, qui ignorant causam, sed

T.c.34.

tantum. Fit autem ars, cum est multis experimentalibus conceptibus vna de similibus vniuersalis opinio fiat. opinari etenim, quod Calliae hoc morbo laboranti hoc conduxit, similiter Socrati, ac sigillatim alijs multis, experientiae: quod autem omnibus huiusmodi secundum vnam speciem determinatis hoc morbo laborantibus conduxit, utpote pituitosis, aut biliosis, aut febre ardente febricitantibus, hoc artis proprium est.

Ad agendum itaque nil videtur experientia differre ab arte. quoniam videmus expertos magis id, quod intendunt, consequi quam illos, qui rationem absque experientia tenent. Causa vero est, quod experientia singularium, ars autem vniuersalium cognitio est. actiones autem, ac generationes omnes, circa singularia sunt. Non enim medicus sanat hominem nisi secundum accidens, sed Calliam, aut Socratem, aut alium quempiam eorum, qui sic dicuntur, cui accidit hominem esse. Siquis itaque rationem absque experientia teneat, & vniuersale quidem cognoscit, quod autem sub eo particulare est ignoret, sepe numero errabit ad sanando. id enim magis sanabile est, quod singulare est.

Nihilominus scire, & cognoscere magis arti, quam experientia arbitramur inesse: ac eos, qui artem tenent, quam eos, qui experientiam habent, sapientiores esse putamus: eod quod sapientia propter scientiam magis omnes sequitur.

Hoc autem, quoniam illi quidem sciunt causam, hi vero minime. experti etenim sciunt quidem quod est, propter quod autem nesciunt: illi vero propter quod, & causam cognoscunt. Quare & eos, qui in quaere Architecti sunt, honorabiliores & doctiores, ac eis, qui manibus operantur, sapientiores putamus: quoniam causas eorum, quae sunt, sciunt.

Magis sit secundum scire, quam secundum operari: vt scilicet dicantur sapientes magis qui magis sciunt, non qui magis sunt operatui. Vnde alia litera hunc sensum habet planior, quae sic dicit: Tamen magis sit scire secundum illud quod est scire magis, omnes sequuntur sapientiam. Consequenter cum dicit: Probat praedictam praeminentiam tripliciter. Prima probatio talis est. Illi, qui sciunt causam & propter quod, scientiores sunt: & sapientiores illis, qui ignorant causam, sed

apud 762m 763m

sed solum sciunt quia. Experti autem sciunt quia, sed nesciunt propter quod; Artifices vero sciunt causam, & propter quod, & non solum quia: ergo sapientiores & scientiores sunt artifices expertis. Primo primam probat cum dicit: Vnde & architectores &c. Probatio talis est. Illi, qui sciunt causam & propter quod, comparantur ad scientes tantum quia, sicut architectonicae artes, ad artes artificum manu operantium. Sed architectonicae artes sunt nobiliores: ergo & illi, qui sciunt causam & propter quod, sunt scientiores & sapientiores scientibus tantum quia. Huius probationis prima ex hoc apparet, quia architectores sciunt causas factorum. Ad cuius intellectum sciendum est, quod architector dicitur quasi principalis artifex: ab arcos quod est princeps, & tecum quod est ars. Dicitur autem ars principalior illa, quae principalem operationem habet. Operationes autem artificum, hoc modo distinguuntur: quia quaedam sunt ad disponendum materiae artificij, sicut carpentarij secundo ligna & componendo, disponunt materiam ad formam nauis. Alia est operatio ad inductionem formae, sicut cum aliquis ex lignis dispositis & preparatis, nauem compaginat. Alia est operatio in vsum rei iam constitutae, & illa est principalissima. Prima autem est infima, quia prima ordinatur ad secundam, & secunda ad tertiam. Vnde nauis factor est architector respectu eius, qui preparat ligna. Gubernator autem, qui vtriusque nauis iam facta, est architector respectu nauis factoris. Et quia materia est propter formam, & talis debet esse materia quae formae competat: ideo nauifactor scit causam, quare ligna debeant esse sic disposita, quod nesciunt illi qui preparant ligna. Similiter, cum tota nauis sit propter vsum ipsius, ille qui nauis vtriusque, scit quare talis forma debeat esse. Ad hoc enim debet talis esse, vt tali vsum conueniens sit. Et sic patet, quod ex forma artificij sumitur causa operationum, quae sunt circa dispositionem materiae. Et sic manifestum est, quod architectores factorum causas sciunt. Illos vero, scilicet manu artifices iudicamus vel denominamus, sicut quaedam inanimatorum. & hoc non ideo, quia faciunt operationes artificiales, sed quia quae faciunt, incognita faciunt. Sciunt enim quia, sed causas non cognoscunt: sicut etiam ignis exurit absque aliqua cognitione. Est igitur quantum ad hoc similitudo inter inanimata & manu artifices, quod sicut absque cognitione inanimata operantur vt ordinata ab aliquo superiori intellectu in proprium finem, ita & manu artifices. Sed in hoc est differentia, quia inanimata faciunt vnumquodque suorum operum per naturam, sed manu artifices, per consuetudinem: quae licet vim naturae habeat, quantum ad vnum inclinatur determinate, tamen a natura

differt in hoc quod est circa ea, quae sunt ad vtrumlibet secundum humanam cognitionem. Naturalia enim non consuecimus, sicut dicitur in secundo Ethicorum. Nec etiam cognitione carentium est consistere. Hec autem quae dicta sunt, sic sunt consideranda tamquam ex eis appareat quod aliqui non sunt sapientiores secundum quod est, Practicos. Id est operatores esse, quod conuenit expertis: sed secundum quod aliqui habent rationem de agendis, & cognoscunt causas agendorum, ex quibus rationes sumuntur: quod conuenit architectoribus. Deinde cum dicit: Ponit secundam rationem, quae talis est. Signum scientis est posse docere: quod ideo est, quia vnumquodque in actu suo, quando potest facere alteri sibi simile, vt dicitur in Meteororum. Sic igitur signum intellectus est, quod possit aliquid calidum facere, ita signum scientis est quod possit docere, quod est scientiam in alio causare. Artifices autem docere possunt, quia cum causas cognoscant, ex eis possunt demonstrare. Demonstratio autem est Syllogismus faciens scire, vt dicitur primo Posteriorum. Experti autem non possunt docere, quia non possunt ad scientiam perducere, causam ignorare. Et sic, quae experimento cognoscunt, alijs tradant, non recipientur per modum scientiae, sed per modum opinionis vel credulitatis. Vnde patet, quod artifices sunt magis sapientes & scientes expertis. Deinde cum dicit: Ponit tertiam rationem, quae talis est. Cognitiones singularium magis sunt propriae sensibus quam alieni alteri cognitioni, cum omnis cognitio singularium a sensu oriatur. Sed tamen. Nec vnum. Id est, nullum sensum dicimus sapientiam, scilicet propter hoc quod licet aliquis sensus cognoscatur quia, tamen non propter quod cognoscit. Tactus enim iudicat quod ignis calidus est, non tamen apprehendit propter quod, qui habent singularium cognitionem, causam ignorantes, sapientes dici non possunt. Deinde cum dicit: Comparat artem actiuam speculari. & circa hoc duo facit. Primo ostendit quod ars speculatiua magis est sapientia quam actiua. Secundo responderet cuidam obiectioni, ibi: In moralibus. Ostendit autem quod primo dictum est, tali ratione. In quibuscumque scientijs vel artibus inuenitur id, propter quod homines scientes praeter alijs hominibus in admiratione vel honore habentur, illae scientiae sunt magis honorabiles, & magis digne nomine sapientiae. Quilibet autem inuenitor artis habetur in admiratione, propter hoc, quod habet sensum & iudicium & discretionem cause vltra aliorum hominum sensum, & non propter vtilitatem horum, quae inuenit, sed magis admiratur. Sic sapientem & ab alijs distinguunt. Sapientem quidem, quantum ad

Cap.1.

T.c.19.

T.c.5. Led.4.

Li.6.Ethic. Cap.3.

illi vero, sicut & quaedam inanimata, faciunt quidem, sed nescientia faciunt ea, quae faciunt, ut ignis comburit. sed inanimata natura quaedam horum singula faciunt: manibus laborantes, propter consuetudinem. tamquam sapientiores sint, non prout actiui sunt, sed prout rationem habent, causasque cognoscunt.

Et profus signum scientis est posse docere. & ob hoc magis artem experimeto scientiam esse existimam. Possunt enim hi docere, illi autem docere non possunt.

Amplius autem sensuum nec vnum sapientiam esse ponimus, cum & his singularium cognitiones maxime sint propriae, sed propter quid de nullo dicuntur vt propter quid ignis calidus, sed quia calidus solum sit.

Primum quidem igitur conueniens est quamlibet artem inuenientem vltra communes sensus, ab hominibus mirari, non solum propter aliquam inuentorum vtilitatem, sed sicut sapientem, & ab alijs distinguunt. Pluribus autem repertis artibus, & alijs quidem ad necessaria, alijs vero ad introductionem existensibus, semper tales illis sapientiores esse arbitrandum est, propter id, quod illorum scientiae ad vsum

Primum itaque cuiuscunque artis supra communes sensus inuenientem, non solum quoniam vtile esset, quod inuentum erat, verum etiam vt sapientem, & ceteris praestantem, (vt verisimile est) homines admirabantur. Cum autem plures artes inuenirentur, quarum aliae ad necessaria, aliae ad degendum essent, semper tales sapientiores illis esse putamus, quod eorum scientia non ad vtilitatem essent. Quod fit, vt huius-

Primo ostendit quod ars speculatiua magis est sapientia quam actiua. Secundo responderet cuidam obiectioni, ibi: In moralibus. Ostendit autem quod primo dictum est, tali ratione. In quibuscumque scientijs vel artibus inuenitur id, propter quod homines scientes praeter alijs hominibus in admiratione vel honore habentur, illae scientiae sunt magis honorabiles, & magis digne nomine sapientiae. Quilibet autem inuenitor artis habetur in admiratione, propter hoc, quod habet sensum & iudicium & discretionem cause vltra aliorum hominum sensum, & non propter vtilitatem horum, quae inuenit, sed magis admiratur. Sic sapientem & ab alijs distinguunt. Sapientem quidem, quantum ad

Thio. sup. Metaphy. A 3 sub.

subtilem inquisitionem causarum rei inuenire: distinguetem vero quantum ad inuestigationem differentiarum vnus rei ad aliam, vel aliter. Ab alijs distinguetem, & vt passiuo legatur, quasi in hoc ab alijs distinguatur. Vnde alia litera habet. Differentem, ergo scientia aliquae sunt magis admirabiles & magis dignae nomine sapientiae, propter eminentiorem sensum, & non propter utilitatem. Cum igitur plures artes sint repertae quantum ad utilitatem, quarum quaedam sunt ad vitam necessitate, sicut mechanicae, quaedam vero ad introductionem in alijs scientijs, sicut scientiae logicae: illi artifices dicendi sunt sapientiores, quorum scientia non sunt ad utilitatem inuenta, sed propter ipsum scire: cuiusmodi sunt scientiae speculativae. Et quod speculativae scientiae non sunt inuenta ad utilitatem, patet per hoc signum: quia iam patet, & id est acquisitis vel repertis omnibus huiusmodi quae possunt esse ad introductionem in scientijs, vel ad necessitate vitae, vel ad voluptatem, sicut artes, quae sunt ordinatae ad hominum delectationem, speculativae non sunt propter huiusmodi reperta, sed propter seipsas. Et non sunt ad utilitatem inuenta: patet ex loco, quo inuenta sunt. In locis enim illis primo repertae sunt, ubi primo homines studuerunt circa talia. Alia litera habet. Et primum his locis ubi vacabant, id est ab alijs occupationibus quietes studio vacabant, quasi necessarii abundantes. Vnde & circa Aegyptum primo inuenta sunt artes mathematicae, quae sunt maxime speculativae a sacerdotibus, qui sunt concessi studio vacare, & de publico expensas habebant, sicut etiam legitur in Genesi. Sed quia usus nomine artis fuerat & sapientiae & scientiae quasi indifferenter, ne aliquis putet haec omnia esse nomina synonyma idem peritus significancia, hanc opinionem remouet & remittit ad librum Moralium, id est ad sextum Ethicorum, ubi dictum est, in quo differant scientia & ars, & sapientia, & prudentia, & intellectus. Et vt breuiter dicatur sapientia & scientia & intellectus sunt circa partem animae speculativam, quam ibi scientificum animam appellat. Differunt autem, quia intellectus est habitus principiorum primorum demonstrationis. Scientia vero est conclusionis ex causis inferioribus. Sapientia vero considerat causas primas. Vnde ibidem dicitur caput scientiarum. Prudentia vero, & ars est circa animam partem practicae, quae est rationata de contingentibus operabilibus a nobis. Et differunt. Nam prudentia dirigit in actionibus, quae non transeunt ad exterioram materiam, sed sunt perfectionis agentis: vnde dicitur

Ethic. 6.

Cap. 7. proc.

Lecl. 4.

ibi, quod prudentia est recta ratio agibilium. Ars vero dirigit in factionibus, quae in materia exteriori transeunt, sicut edificare & scire: vnde dicitur, quod ars est recta ratio factibilium. Deinde cum dicitur. Ostendit ex praehabitis principale propositum, quod scilicet sapientia sit circa causas. Vnde dicit, quod hoc est cuius gratia. Nunc sermone facimus. Id est rationationem praedictam, quia scientia illa, quae denominatur sapientia, videtur esse circa primas causas, & circa prima principia. Quod quidem patet ex praehabitis. Vnusquisque enim tanto sapientior est, quanto magis accedit ad cause cognitionem: quod ex praehabitis patet, quia expertus est sapientior eo, qui solum habet sensum sine experimento. Et artifex est sapientior experto quocumque. Et inter artifices architector est sapientior manu artificis. Et inter artes etiam & scientias, speculativae sunt magis scientiae quam actiuae. Et haec omnia ex praedictis patent: vnde relinquitur, quod illa scientia, quae simpliciter est sapientia, est circa causas. Et est similis modus arguendi, sicut si dicemus, illud quod est magis calidum, est magis igneum: vnde quod simpliciter est ignis, est calidum simpliciter.

Cum autem gratia nunc sermonem facimus, illud est, quod appellatam Sapientiam circa primas causas, & principia omnes arbitrantur versari. Quare, vt dictum est prius, expertus quidem sensum quemcumque habentibus sapientior esse videtur: artifex vero expertus architectus etiam manibus laborans, speculativam autem factis. Quod igitur sapientia circa aliquas causas, & principia scientia sit, patet.

LECTIO II.

Voniam autem hanc scientiam querimus, hoc ritque fuerit considerandum circa quales causas, & qualia principia scientia et sapientia est. Si itaque respiciat quisquam quas de sapiente opiniones habemus, fortassis ex hoc magis appareat. Primo igitur opinamur sapientem maxime scire, vt possibile est scire, non habentem singulariter eorum scientiam.

Deinde illum, qui difficiliora, neque scitu facilia homini cognoscere possit, sapientem existimamus. Sentientiam sit quaedam scientia circa causas existens, hic vult ostendere circa quales causas, & circa qualia principia sit. Ostendit autem quod est circa causas maxime vniuersales & primas, & argumentatur a definitione sapientiae. Vnde circa hoc tria facit. Primo colligit definitionem sapientiae ex his, quae homines de homine sapiente & sapientia opinantur. Secundo ostendit, quod omnia ista conueniunt vniuersali scientiae, quae considerat causas primas & vniuersales, ibi. Istorum autem &c. Tertio concludit propositum. ibi: Ex omnibus ergo &c. Circa primum ponit sex opiniones hominum communes, quae de sapientia habentur. Primam: ibi. Primum itaque &c. Quae talis est, quod communiter omnes accipiunt sapientem maxime scire omnia, sicut enim decet, non habere notitiam de omnibus singularibus: hoc enim est impossibile, cum singularia sunt infinita, & infinita intellectu comprehendere non possunt. Deinde cum dicitur. Secundam ponit, & est ista, quod illum sapientem ponimus esse, qui est potens ex virtute sui intellectus cognoscere difficilia, & illa, quae non sunt nota communiter hominibus ad sciendum,

par. 7. h. le.

sciendum, quia commune est omnibus sentire, id est sensibilia cognoscere. Vnde hoc est facile, & non est sophon, id est aliud quid sapientis & ad sapientem pertinens. Et sic patet, quod id quod proprie ad sapientem pertinet, non leuiter ab omnibus cognoscitur. Deinde cum dicitur. Tertiam ponit, & est, quod nos dicimus illum sapientem esse, qui de his, quae scit, habet certitudinem magis quam alij communiter habeant. Deinde cum dicitur. Quartam ponit, & est talis. Illum dicimus magis sapientem in omni scientia, qui potest assignare causas cuiuslibet quae sit, & per hoc docere. Deinde cum dicitur. Quintam ponit, & est, quod illa de numero scientiarum est sapientia, quae potest esse magis eligibilis & voluntaria, id est voluta gratia scire, & propter ipsum scire, quae illa scientia, quae est causa quorundam; aliorum contingentium, quae possunt ex scientia generari: cuiusmodi est necessitas vitae, delectatio, & huiusmodi alia. Deinde cum dicitur. Sextam ponit, & est talis, quod istam sapientiam, de qua facta est mentio, oportet esse, vel dicimus esse, magis antiquiorem, id est digniorem: & famulante scientia: Quod quidem ex praehabitis intelligi potest. Nam in artibus mechanicis famulantes sunt ille, quae exequuntur manu operando precepta superiorum artificum, quos supra architectores & sapientes nominauit. Et magis conuenient ratio sapientiae scientijs imperantibus, quam famulantibus probat per duo: Primo, quia scientiae famulantes ordinantur a superioribus scientijs. Artes enim famulantes ordinantur in finem superioris artis, sicut ars equestris ad finem militaris. Sed sapientem secundum omnem opinionem non decet ordinari ab alio, sed ipsum potius alios ordinare. Item: inferiores architectores perhaudentur a superioribus, in quantum credunt superioribus artificibus circa operanda, vel fienda. Credit enim nauifactor gubernatori docenti, qualis debet esse forma nauis. Sapienti autem non conuenit vt ab alio persuadatur, sed quod ipse alijs persuadeat suam sententiam. Istae igitur sunt tales opiniones, quas homines accipiunt de sapientia & sapiente. Ex quibus omnibus potest quaedam sapientiae descriptio formari, vt ille sapiens dicatur, qui scit omnia: etiam difficilia per certitudinem & causam, ipsum scire propter se querens, & alios persuadens. Et sic patet quasi maior syllogismi. Nam omnem sapientem oportet talem esse, & e conuerso, quicunque est talis, sapiens est. Deinde cum dicitur. Ostendit, quod omnia praedicta conueniunt ei, qui cognoscit primas causas & vniuersales, & eo ordine profectur quo supra posuit. Vnde primo posuit, quod habent scientiam vniuersalem, maxime in se omnia scire, quod erat primum. Quod sic patet. Quicquid enim scit vniuersalia, aliquo modo scit ea, quae sunt subiecta vniuersalibus, quia scit ea in illis: his quae sunt maxime vniuersalia, sunt omnia subiecta. Ergo ille qui scit maxime vniuersalia, scit quodammodo omnia. Deinde cum dicitur.

Sentire. n. omnibus est commune. quare facile, & non sophon. Adhuc certiorum.

Et magis causas docentem, sapientiorum circa omnem esse scientiam.

Sed & hanc scientiarum quae simplicius causa est, & sciedigra tia eligibilis est, magis est sapientia, quam quae contingentium gratia.

Et hanc sapientiam magis famulante antiquiorem esse. Non enim ordinari, sed sapientem ordinare oportet: neque hunc ab altero, sed ab hoc minus sapientem suaderi. Tales quidem igitur affirmaciones, & tot de sapientia & sapientibus habemus.

Istorum autem, haec quidem omnia scire, vniuersalem scientiam maxime habenti inesse necesse est. hic autem nouit omnia aequaliter subiecta.

Sed ferè autè & difficillima sunt ea hominibus ad cognoscendum, quae maxime sunt vniuersalia. nam a sensibus sunt remotissima.

Scientiarum vero certissime sunt, quae maxime priorum sunt. Nam quae sunt ex paucioribus, certiores sunt ex additione dictis: vt Arithmetica Geometria.

Scientiarum autem illae certiores sunt, quae maxime primorum sunt. nam quae sunt ex paucioribus, certiores sunt, quae ex additione dicuntur: vt Arithmetica quam Geometria.

Ostendit tertium eidem inesse tali ratione. Quanto aliquae scientiae sunt priores naturaliter, tanto sunt certiores: quod ex hoc patet, quia illae scientiae, quae dicuntur ex additione ad alias, sunt minus certae scientijs, quae pauciora in sua consideratione comprehendunt, vt Arithmetica certior est Geometria: Nam ea, quae sunt in Geometria, sunt ex additione ad ea, quae sunt in Arithmetica. Quod patet, si consideremus, id quod vtraque scientia considerat, vt primum principium, scilicet unitatem, & punctum. Punctus nam addit supra unitatem situm. Nam ens indiuisibile ratione vnaris constituit. Et haec secundum quod habet ratione mensurae sit principium numeri. Punctus autem supra hoc addit situm. Sed scientiae particulares sunt posteriores secundum naturam vniuersalibus scientijs, quia subiecta earum addunt ad subiecta scientiarum vniuersalium: sicut patet ex ens mobile, de quo est

posuerunt, praetermittentes assignare causas eorum, quae sunt propria sensibilibus. Hic ostendit tertiam rationem, quae procedit ex hoc, quod Pythagoras videbatur ponere duo contraria. Ponebat enim ex una parte, quod numerus, & numeri passiones sunt causarum, quae sunt in caelo, & omnium generabilium & corruptibilium a principio mundi: ex alia uero ponebat, quod non erat aliquid aliud numerus praeter istum numerum, ex quo constituitur mundi substantia, numerum enim substantiam rerum posuit. Hoc autem quomodo est accipere, cum idem non sit causa sui ipsius? Nam Pythagoras ex hoc dicit demonstrari, quod unumquodque horum sensibilibus est numerus secundum substantiam suam: quia in hac parte uenerunt sunt entia contingentia, de quibus est opinio, & quae subsunt temporibus, in quantum aliquando sunt, & aliquando non sunt. Si autem ista generabilia & corruptibilia essent partem supra, aut subter, in ordine uenerunt esset inordinata, uel per modum iniustitiae, dum scilicet et aliqua res sortiretur nobilioris locum, uel minus nobilem quam sibi debeat. Aut per modum discretionis, in quantum corpus, si poneretur extra locum suum, diuideretur a corporibus similibus nature. Vel per modum mistionis & confusionis, dum corpus extra suum locum positum oportet permitti alteri corpori: sicut si aliqua pars aquae esset in aliquo loco aeris, uel in loco terre. Et uideretur in hoc tangere duplicem conuenientiam corporis naturalis ad suum locum. Vnam ex ordine situs, secundum quod nobiliora corpora sortiantur altiore locum, in quo uideretur quaedam iniustitia. Aliam autem ex similitudine, uel dissimilitudine corporum locorum adinuenire, cui contrariatur discretio & permixtio. Quia igitur res secundum quod determinatum situm habent in uniuerso, conuenienter se habent, quia situs in modico mutaretur, sequeretur inconueniens, ut dictum & manifestum est, quod omnes partes uniuersi sunt ordinatae secundum determinatam proportionem. Omnis enim determinata proportio est secundum numeros. Vnde ostendebat Pythagoras, quod omnia entia essent numerus. Sed ex alia parte uidemus, quod magnitudines constitutae in diuersis locis sunt plures & diuersae, quia singula loca uniuersi consequuntur proprie passiones, quibus corpora diuersificantur. Nam alia sunt passiones corporis existentis sursum & deorsum.

T. c. 22. parte. 5.

Tex. 23.

Tex. c. 24

terra, & aliis huiusmodi corporibus nihil dixerunt, sicut nihil de sensibilibus existimant dicentes proprium.

Amplius autem, quomodo oportet accipere eas quidem esse numeri passiones, & numerum circa caeli existentium & factorum, & ab initio, & nunc? numerum uero nullum esse praeter numerum hunc, ex quo consistit mundus? Nam, cum in hac parte opinio & tempus sit, paululum uero desuper, aut subter iniustitia & discretio, aut & permixtio, demonstrationem autem dicat, quia horum unumquodque numerus est: accidit autem secundum hunc locum iam pluralitate esse constitutarum magnitudinum, quia passiones haec sequuntur singula loca: utrum idem est hic numerus, qui in caelo est, quae oportet accipere, quia unumquodque est, aut praeter hunc alius? Plato nanque ait alium esse, existimat quidem etiam & ille numeros haec esse, & horum causas, sed illos quidem intellectuales causas, hos uero sensibiles. De Pythagoricis quidem dimittatur ad presens, sufficit enim ipsa tangere tantum.

LECTIO XIII.



VI uero ideas posuerunt, primu quidem horu existentiu accipere causas qrentes, alia his equalia numero attulerunt. Vt si qs numerere uolens, paucioribus quide existentibus putet non posse, plures uero facietes numeret. Nam fere aequales, aut non pauciores his sunt species. De qb

Cum igitur Pythagoras ratione praedicta dicat omnia sensibilia numerum, & uideamus accedere diuersitatem in sensibilibus secundum diuersa loca, utrum sit idem & unus numerus tantum, qui est in caelo, id est, in toto corpore sensibili, quod in caelo includatur, de quo oportet accipere, quod est substantia uniuersali, sensibilibus; aut praeter hunc numerum, qui est substantia rerum sensibilibus, est alius numerus, qui est eorum causa. Plato autem dixit alium numerum, qui est substantia sensibilibus, & qui est causa. Et quae ipse Plato existimauit, sicut Pythagoras, numeros esse ipsa corpora sensibilia & causas eorum, sed numeros intellectuales estimant causas insensibilium, numeros uero sensibiles causas esse & formas sensibilibus. Quod quia Pythagoras non fecit, insufficienter posuit. Concludit autem in fine, quod ista sufficienter de Pythagoricis opinionibus, na eas retigisse sufficiat.

Item, quomodo passiones quidem numeri, & ipsum numerum putandum causas eorum esse, quae sunt a principio, ac de nouo in caelo, sunt: numeru uero alium praeter hunc numeru, ex quo mundus constat, nullu esse?

Cum enim in hac quidem parte opinio sit, & tempus sit, paululum uero desuper aut deorsum iniuria, & discretio, aut mistio, probationem autem afferant, quod horum quidem unumquodque numerus est, contingit autem in hunc locum multitudinem iam constitutarum magnitudinem esse, eo quod passiones haec sequuntur singula loca, utrum iste est idem numerus, qui in caelo, quem oportet accipere, quod horum unumquodque est, an praeter istum aliter? Plato etenim alium esse ait. at ille quoque numeros putat, sed illa esse, & horum causas, & de intelligibilibus quidem causas, hos uero sensibiles. De Pythagoricis itaque praetermittamus modo. Sufficit enim in tantum eos atigisse.

*2. I. iniustit

LECT. XIII.



IC dicitur tra opinione Platonis: & diuiditur in duas partes. Primo disputat contra eius opinionem, quam ad hoc, quod ponebat de rerum substantiis. Secundo quantum ad hoc, quod de rerum principijs, ibi: Omni no autem sapientia, Prima diuiditur in duas partes. Primo enim disputat contra hoc, quod ponebat substantias species. Secundo quantum ad hoc, quod ponebat de mathematicis, ibi: Amplius si sunt numeri. Circa primum duo facit. Primo enim disputat contra ipsam positionem Platonis. Secundo contra rationem ipsius, ibi: Amplius autem secundum quosdam &c. Dicit ergo primo, quod Platonici ponentes ideas esse quaedam substantias separatas, in hoc uidentur deliquisse: quia, cum ipsi quaererent causas horum sensibilibus entium, praeter mistionem sensibilibus, adinuenierunt quaedam alia noua entia equalia numeris sensibilibus. Et hoc uideretur inconueniens: quia qui quaerit causas aliarum rerum, debet ipsas certificare, non alias res addere, ex quarum positione accretat necessitas inquisitionis. Hoc enim simile est, ac si aliquis uellet numerare res aliquas, quas non putet se posse numerare, sicut pauciores, sed uellet eas numerare multiplicando eas per additionem aliarum rerum. Constat enim, quod talis stulte mouetur, quia in paucioribus est uia magis, quia melius & facilius certificantur pauca quam multa. Et numerus tanto est certior, quanto est minor, sicut propinquior uinitati, quae est mensura certissima.

*2. I. iniustit

*a.c. addit causas.

Lect. 17.

par. 2. Lect. huius

LECTIO XIII.



VI uero ideas ponunt, primu quidem, cum quaererent horum existentiu causas habere, cetera equalia his numero attulerunt. uelut si quis numerare uolens, cum quidem pauciora existant, arbitretur non posse, plura uero ea faciat, & ita numeret. Ferè etenim forma aequales, aut non pauciores ips. Ex quibus, dum

enim disputat contra ipsam positionem Platonis. Secundo contra rationem ipsius, ibi: Amplius autem secundum quosdam &c. Dicit ergo primo, quod Platonici ponentes ideas esse quaedam substantias separatas, in hoc uidentur deliquisse: quia, cum ipsi quaererent causas horum sensibilibus entium, praeter mistionem sensibilibus, adinuenierunt quaedam alia noua entia equalia numeris sensibilibus. Et hoc uideretur inconueniens: quia qui quaerit causas aliarum rerum, debet ipsas certificare, non alias res addere, ex quarum positione accretat necessitas inquisitionis. Hoc enim simile est, ac si aliquis uellet numerare res aliquas, quas non putet se posse numerare, sicut pauciores, sed uellet eas numerare multiplicando eas per additionem aliarum rerum. Constat enim, quod talis stulte mouetur, quia in paucioribus est uia magis, quia melius & facilius certificantur pauca quam multa. Et numerus tanto est certior, quanto est minor, sicut propinquior uinitati, quae est mensura certissima.

Tho. sup Metaphy. C. Sicut

Sicut autem numeratio est quedam rerum certificatio quantum ad numerum, ita inquisitio de causis rerum est quedam certa mensura ad certificationem naturae rerum. Unde sicut numeratae pauciores res, facilius certificantur quantum ad earum numerum, ita pauciores res facilius certificantur quantum ad earum naturam.

T.com. 27. part. 2.

part. 3.

part. 4.

T.c. 28. part. 5.

queretes causas ab his ad illas peruenerunt. Secundum vnum quodque enim equiuocum homogeneum aliquid est, & circa substantias aliorum est in multis vnu, & in his & in sempiternis.

Amplius autem secundum quos modos ostendimus quia sunt species secundum nullum videntur horum: ex quibusdam enim non est necesse fieri syllogismum ex quibusdam vero ita, & non quorum putamus, horum sunt species.

Quia secundum rationes eas, quae sunt ex scientiis, omnium erunt species quorumcumque sunt scientiae, & secundum vnum in multis, & in negationibus.

Et secundum quod intelligitur aliquid corrupti corruptibilem: Phantasma enim aliquid horum est.

Amplius autem rationum certissime, aliae quidem eorum, quae ad aliquid, ideas faciunt, quorum non dicunt esse secundum se genus: aliae vero tertium hominem dicunt.

In quantum inueniuntur multa unius speciei. Et hoc non solum in sensibilibus corruptibilibus, sed etiam in mathematicis, quae sunt sempiterna: quia & in eis multa sunt unius speciei, ut supra dictum est. Unde relinquitur, quod omnibus speciebus rerum sensibilibus respondeat aliqua idea. Quilibet igitur earum est quoddam equiuocum cum illis sensibilibus, quia communicat in nomine cum eis. Sicut enim Socr. dicitur homo, ita & illa: tamen differunt ratione. Ratio enim Soera. est cum materia, ratio vero hominis idealis est sine materia. Vel secundum aliam litteram. Vnaquaeque species dicitur esse aliquid vniuocum, in quantum scilicet est vnum in multis, & conuenit cum illis, de quibus praedicatur quantum ad rationem speciei. Ideo autem dicitur aequales, aut non pauciores, quia ideae uel ponuntur solum specierum, & sic erunt aequales numero istis sensibilibus, si numerentur hic sensibilia, secundum diuersas species, & non secundum diuersa individua, quae sunt infinita. Vel ponuntur ideae non solum specierum, sed etiam generum, & sic sunt plures ideae quam species sensibilibus, quia ideae tunc erunt species omnes, & praeter haec omnia & singula genera. Et propter hoc dicit, aut non pauciores: quasi dicat, sed plures. Vel aliter, ut dicantur esse aequales, in quantum ponebat eas esse species sensibilibus, non pauciores autem, sed plures, in quantum ponebat eas non solum species sensibilibus, sed etiam mathematicorum.

Hic disputat contra Platonem quantum ad rationem suae positionis, & circa hoc duo facit. Primo tangit modos in generali, quibus rationes Platonis deficiebant. Secundo exponit illos in speciali, ibi. Quia secundum rationes scientiarum, dicit ergo primo, quod secundum nullum illorum modorum videntur species esse secundum quos nos Platonem ostendimus species esse. Et hoc ideo, quia ex quibusdam illorum modorum non necessarium est fieri syllogismum: id est quaedam rationes Platonis, quia scilicet non de necessitate possunt syllogizari species esse. Ex quibusdam vero modis fit syllogismus, sed non ad propositum Platonem, quia per quasdam suas rationes ostenditur, quod species separatae sunt quarundam rerum, quarum esse species Platonem non putauerunt similiter, sicut & illarum quarum putauerunt esse species.

Hic prosequitur istos modos in speciali, & primo prosequitur secundum, ostendendo, quod sequitur per rationem Platonis species esse aliorum, quorum species Plato non ponebat. Secundo prosequitur primum, ostendens, quod rationes Platonis non sunt sufficientes ad ostendendum esse ideas, ibi: Omnium autem dubitabit aliquis &c. Circa primum ponit septem rationes: quarum prima talis est: Vna ratio non inducitur Platonem ad ponendum ideas sumebatur ex parte scientiae, quia videlicet scientia, cum sit de necessariis, non potest esse de his sensibilibus, quae sunt corruptibilia, sed oportet quod sit de entibus separatis in corruptibilibus. Secundum igitur haec rationem ex scientiis sumptam, sequitur, quod species sunt omnium quorumcumque sunt scientiae. Scientiae autem non solum sunt de hoc, quod est esse vnum in multis, quod est per affirmationem, sed etiam de negationibus: quia sicut sunt aliquae demonstrationes concludentes affirmatiuum propositionem, ita sunt etiam demonstrationes concludentes negatiuum propositionem: ergo oportet etiam negationum ponere ideas.

Item quibus modis ostenditur quod formae sunt, secundum nullum eorum apparent. Et quibusdam nanque, non est necesse fieri syllogismum: de quibusdam vero etiam, quorum non putamus, horum formae sunt.

Secundum nanque rationes, quae ex scientiis, formae erunt omnium, quorum scientiae sunt, secundum vero unum in multis, & negationum.

At secundum quod intelligitur quippiam eo corrupto, etiam corruptibilem: siquidem quicquam est horum phantasma.

Insuper rationum, quae magis certe sunt, quaedam quidem eorum, quae ad aliquid sunt, ideas faciunt, quorum non dicimus esse per se genus: quaedam vero tertium hominem dicunt.

Hic ponit secundam rationem. In scientiis enim non solum intelligitur, quod quaedam semper se eodem modo habent, sed etiam quod quaedam corruptuntur: aliter tolleretur scientia naturalis, quae circa motum versatur. Si igitur oportet esse ideas omnium illorum, quae in scientiis intelliguntur, oportet esse ideas corruptibilium, in quantum corruptibilia, hoc est in quantum sunt haec sensibilia singularia. Sic enim sunt corruptibilia. Non autem potest dici secundum rationem Platonis, quod scientiae illae, quibus intelligimus corruptiones rerum, intelligantur corruptiones horum sensibilibus: quia horum sensibilibus non est intellectus, sed imaginatio, uel phantasia, quae est motus factus a sensu secundum actum, secundum quod dicitur Secundo de Anima.

Hic ponit tertiam rationem, quae continet duas conclusiones, quas certissimis rationibus dicit concludi. Vna est, quia, si ideae sunt omnium, quorum sunt scientiae, scientiae autem non solum sunt de absolutis, sed etiam sunt de his, quae dicuntur ad aliquid: sequitur hac ratione faciente, quod ideae sunt etiam eorum, quae sunt ad aliquid: quod est contra opinionem Platonis: quia, cum ideae separatae, sint secundum se existentes, quod est contra rationem eius, quod est ad aliquid, non ponebat Plato eorum, quae sunt ad aliquid, aliquid esse genus idearum, quae secundum se dicuntur. Alia conclusio est, quae ex alijs rationibus certissimis sequitur, quod scilicet sit tertius homo. Quod quidem tripliciter potest intelligi. Vno modo, quod intelligatur, quod homo idealis sit tertius a duobus hominibus sensibilibus, qui communis hominis praedicationem suscipiunt. Sed haec non videtur eius esse intentio, licet hoc tangatur Secundo Elenchorum. Haec enim est positio, contra quam disputat. Vnde ad hoc non ducere;

T.c. 106.

part. 6.

part. 7. Tex. c. 29.

part. 8.

duceret quasi ad inconueniens. Alio modo potest intelligi, ut dicitur tertio homo, scilicet qui sit communis & homini idealis, & homini sensibili. Cui enim homo sensibilis & homo idealis conueniant in ratione, sicut duo homines sensibiles, & sicut homo idealis ponitur tertius praeter duos homines sensibiles, ita alius homo debet poni tertius praeter hominem idealis & hominem sensibilem. Et hoc etiam non videtur hic esse eius intentio, quia ad hoc inconueniens statim alta ratione ducit. Vnde esset superfluum hic ad id inconueniens ducere. Tertio modo potest intelligi, quia Plato ponebat in quibusdam generibus tria, quaedam scilicet sensibilia, mathematica, & species, sicut in numeris, & lineis, & omnibus huiusmodi. Non est autem maior ratio, quare in quibusdam rebus ponantur media, quae in alijs, ergo oportet etiam in specie hominis ponere hominem diuini, qui erit tertius inter hominem sensibilem & idealis. Et hanc etiam rationem in posterioribus libris Aristoteles ponit.

Et omnino quae sunt de speciebus rationes, auferunt ea, quae magis esse volunt dicentes species esse, quae ipsas ideas esse. Accidit autem ei dualitate non esse primam, sed numerum: & ad aliquid ipso quod secundum se: & omnia quaecumque aliquid de speciebus opiniones sequentes opposuerunt principijs.

Amplius autem ad existimationem quidem, secundum quae dicimus ideas non solum esse substantiarum species, sed & multorum aliorum. Etenim intelligentia vna non solum circa substantias, sed & de alijs est. Et scientiae non solum sunt ipsius substantiae, sed aliorum. Accidunt autem & mille talia alia. Secundum vero necessitatem & opiniones de ideis, si sunt participabiles species, substantiarum necesse ideas esse solum. Non enim secundum accidens participantur, sed oportet haec in vnoquoque participare, in quantum non de subiecto dicuntur. Dico autem, ut si quid per se duplo participat, hoc & sempiterno participat, sed secundum accidens. Accidit enim duplo sempiternum esse: quare substantia erit species.

Hic ponit quartam rationem, quae talis est. Quicumque per suam rationem re mouer aliqua, quae sunt apud eum magis nota, quam ipsa positio, inconuenienter ponit: sed iste rationes, quas Plato posuit de speciebus separatis, auferunt quaedam principia, quae Platonici dicentes esse species, magis volunt esse vera, quam hoc ipsum quod est ideas esse. Ergo Plato inconuenienter ponit: sed iste rationes, quas Plato posuit de speciebus separatis, auferunt quaedam principia, quae Platonici dicentes esse species, magis volunt esse vera, quam hoc ipsum quod est ideas esse. Ergo Plato inconuenienter ponit. Minorem autem sic manifestat. Idea secundum Platonem, sunt priores rebus sensibilibus & mathematicis: sed ipsae ideae sunt numeri secundum eum, & magis numeri impares, quae pares: quia numeri impari parem attribuebat formae, parem autem materiae, unde & dualitatem dixit esse materiam, sequitur ergo, quod alij numeri sunt priores dualitati, quam ponebat sicut materiam sensibilibus, ponens magnum & parum. Cuius contrarium Platonici maxime assererent, scilicet dualitatem esse primam in genere numeri. Item si, sicut per superiorem rationem probatum est, oportet esse aliquas ideas relationum, quae sunt secundum se ad aliquid, & ipsa ideae est prior eo, quod participat ideae, sequitur quod hoc ipsum, quod est ad aliquid, est prius absoluto, quod secundum se dicitur. Nam huiusmodi substantiae sensibiles, quae participat ideas, absolute dicuntur. Et similiter de omnibus est quaecumque illi, qui sequuntur opinionem de ideis, dicunt opposita principijs per se notis, quae etiam ipsi maxime concedebant.

Hic ponit quintam rationem, quae talis est. Ideae ponebantur a Platone, ut eis compererent rationes, siue definitiones posset in scientiis, ut etiam de eis scientiae esse possent. Sed si intel-

gentia una id est simplex & indiuisibilis, qua scitur de vnoquoque quid est, non solum est circa substantias, sed & de alijs: scilicet accidentibus. Et similiter scientiae non solum sunt substantiae, & de substantia, sed etiam inueniuntur scientiae aliorum: scilicet accidentium: ergo patet quod ad existimationem, secundum quam vos Platonici, esse dicitis ideas, sequitur quod species non solum essent substantiarum, sed etiam multorum aliorum, scilicet accidentium. Et hoc idem sequitur non solum propter definitiones & scientias, sed etiam accidit multa alia talia: scilicet plura, ex quibus oportet ponere ideas accidentium secundum rationes Platonis. Sicut quia ponebat ideas principia esse di & heri rerum, & multorum huiusmodi, quae conueniunt accidentibus.

Et simpliciter haec de formis rationes, illa perueniunt, quae magis esse quam ipsas ideas esse volunt, qui dicunt formas. Accidit enim non dualitatem esse primam, sed numerum, & quod ad aliquid eo, quod per se est: & cum est, quaecumque cum quidam sequerentur de ideis opiniones, aduersarij principijs sunt.

Item secundum existimationem, secundum quam esse dicimus ideas, non solum substantiarum, sed multorum etiam aliorum formae erunt. Etenim unus conceptus non solum de substantijs, sed de ceteris etiam est. Et scientiae non solum substantiae, sed etiam aliorum sunt: & cetera huiusmodi accidenti infinita. Secundum vero necessitatem & opiniones de eis, si formae participabiles sunt, necesse est substantiarum solum esse ideas. Non enim secundum accidens participatio earum est, sed eatenus oportet vniuersumque participem esse, quatenus non de subiecto dicitur. Dico autem, ut siquid ipso duplo participat, hoc etiam aeterno participat, sed secundum accidens. accidit enim duplo, aeterno esse. quare formae substantiae erunt.

Haec autem hic, & ibi substantiam significant. An quicquam erit dicere esse aliquid praeter has unum in multis? Et si eadem species est idearum, & participantium, erit aliquid commune. Cur enim magis incorruptibilibus dualitatibus, & pluribus quidem dualitatibus, sed aeternis, dualitatem esse unum, & quod sic patet, quia si aliquod sensibile participat per se duplo, id est, duplo separato (sic enim appellabat Plato omnia separata), scilicet per se entia, oportet quod participet sempiterno, non quidem per se: quia tunc sequeretur, quod dupla sensibilia essent sempiterna, sed per accidens, in quantum scilicet ipsum per se duplum, quod participatur, est sempiternum. Ex quo patet, quod participatio, non est eorum, quae accidentia sunt, sed solum modo substantiarum. Vnde secundum opinionem Platonem, non erat aliquid accidens species separata, sed solum substantiarum. Et tamen secundum rationem sumptam ex scientiis, oportebat quod esse species etiam accidentium, ut dictum est.

Hic ponit sextam rationem, quae talis est. Iste res sensibiles substantiam significant in rebus, quae videntur: & similiter illic, ut in rebus intelligibilibus, quae substantiam significant, quia tam intelligibilia quam sensibilia substantiam ponebant. Ergo necesse est ponere praeter vnaqueque substantias, scilicet intelligibiles & sensibiles, aliquid commune eis, quod sit vnum in multis. Ex hac enim ratione Platonici ideas ponebant, quia inueniebant vnum in multis, quod credebant esse praeter illa, multa. Et quod hoc ponere necessarium, scilicet aliquid vnum praeter substantias sensibiles, & praeter species, sic ostendit. Aut enim ideas & sensibilia, quae participat ideas, sunt vnius speciei, aut non. Si sunt vnius

Quod sic patet, quia si aliquod sensibile participat per se duplo, id est, duplo separato (sic enim appellabat Plato omnia separata), scilicet per se entia, oportet quod participet sempiterno, non quidem per se: quia tunc sequeretur, quod dupla sensibilia essent sempiterna, sed per accidens, in quantum scilicet ipsum per se duplum, quod participatur, est sempiternum. Ex quo patet, quod participatio, non est eorum, quae accidentia sunt, sed solum modo substantiarum. Vnde secundum opinionem Platonem, non erat aliquid accidens species separata, sed solum substantiarum. Et tamen secundum rationem sumptam ex scientiis, oportebat quod esse species etiam accidentium, ut dictum est.

vnus species, omnium autem multorum in specie continen-
tium, oportet ponere secundum positionem Platonis vnam
speciem separata communem: oportet igitur aliquid ponere
commune sensibilibus & ipsis ideis, quod sit separatum
ab vtroque. Non potest autem responderi ad hanc rationem,
quod idea, quæ sit
incorporales & im-
materiales, non in-
digent alijs specie-
bus superioribus: quia
similiter mathematica,
quæ ponuntur a Platone
media inter sensibilia &
species, sunt incorpo-
rea & immaterialia,
& tamen quia plu-
ra eorum inveniuntur
vnus vnus species,
Plato posuit eorum
speciem communem
separatam, quæ etiã
participat non solum
mathematica, sed etiã
sensibilia. Si igitur
est vnus & eadem
dualitas, quæ est
species, vel idea
dualitatis, quæ quid-
dem est etiã in dua-
litate sensibilibus,
quæ sunt corrupti-
biles, sicut exemplar
est in exemplo, &
in dualitatibus etiã
mathematicis, quæ
sunt multæ vnus
speciei, sed tamen
sunt sempiternæ:
eadem ratione in
eadem dualitate,
scilicet quæ est idea,
& i alia, quæ est
mathematica, vel
sensibilis, erit alia
dualitas separata.
Non enim potest reddi
propter quod illud sit,
& hoc non sit. Si autem
datur alia pars, scilicet
sensibilia, quæ partici-
pant ideas, non sunt
eiusdem speciei cum
ideis, sequitur quod
nomen, quod dicitur
de ideis & de substan-
tia sensibili, dicitur
omni-
no æquiuoce. Illa enim
dicitur æquiuoce, quorum
solum
nomen commune est,
ratione speciei existente
diuersa. Nec solum
sequitur quod sint quocunq;
modo æquiuoca: sed
simpliciter æquiuoca,
sicut illa quibus imponitur
vnus nomen
sine respectu ad aliquam
communicationem,
quæ dicitur
æquiuoca a casu. Sicut
si aliquem hominem
aliquis uocaret
Calliam, & aliquid lignum.
Hoc autem ideo addidit
Aristoteles, quia posset
aliquis dicere, quod non
omnino æquiuoce
aliquod nomen prædicatur
de idea, & de substantia
sensibili, cum de idea
prædicetur essentialiter,
de substantia vero sensibili
per participationem.
Nam idea hominis secundum
Platonem dicitur per se
homo, hic autem homo
sensibilis dicitur per
participationem. Sed tamen
talis æquiuocatio non est
pura, sed nomen quod
per participationem prædicatur,
dicit per respectum
ad illud quod prædicatur
per se, quod non est
pura æquiuocatio, sed
multiplicitas analogiæ.
Si autem essent omnino
æquiuoca a casu idea &
substantia sensibili,
sequeret, quod per vnũ
non posset cognosci
aliud, sicut æquiuoca non
se inuicem notificat.

LECTIO XV.

Mnium autem dubitabit aliquis maxime, quid conferunt species sempiternis sensibilibus, aut his, quæ sunt & corrumpuntur.

Neque enim motus, nec transmutationis vllius sunt causa in eis.

Sed nec ad scientiã auxiliantur eis. nec enim illa horum substantia nã essent in eis. Nec ad esse, cum non participantibus insint. Sic enim forsã causa videbitur esse album permixtum albo. Sed hæc quidem ratio valde mobilis est, quã Anaxagoras prius, & Hesiodus posterus, & alij quidem dixerunt. Facile nanque colligere multa & impossibilia ad talem opinionem. At uero nec ex speciebus sunt alia secundum vllum modum confectorum.

LECTIO XV.

Improbatur opinio Platonis quantum ad hoc quod non concludebat, quod concludere intendebat. Intendebat enim Plato concludere ideas esse per hoc, quod sunt necesse sensibilibus rebus secundum aliquem modum. Vnde Aristoteles ostendens, quod idea ad nihil possunt sensibilibus viles esse, destruit rationes Platonis de positione idearum. Et ideo dicitur, inter omnia dubitabilia, quæ sunt contra Platonem, illud est maximum, quod species a Platone posita non videtur aliquid conferre rebus sensibilibus, nec sempiternis, sicut sunt corpora celestia: nec his, quæ sunt & corrumpuntur, sicut corpora elementaria.

aria. Quod singillatim de omnibus ostendit, propter quæ Plato ponebat ideas, cum dicitur. Vbi incipit quinque ostendere. Primo, quod non profunt ad motum. Secundo, quod non profunt ad scientias, ibi: Sed nec ad scientiam. Tertio, quod non profunt ad exemplaria, ibi: Dicere vero exemplaria esse, sicut ostendit. Alio modo, quia est simile metaphoris, quas Poeta inducunt, quod ad philosophum non pertinet. Nam philosophus ex proprijs docere debet. Ideo hoc dicit esse metaphoricum, quia Plato productionem reru naturalium assimilauit factioni reru artificialium, in quibus artifex ad aliquod exemplar respiciens, operatur aliquod simile suæ arti. Hoc probat profuntur tribus rationibus. Hoc nã esse opus exemplaris, & vtilitas: quod artifex respiciens ad exemplar inducat similitudinem formæ in suo artificio. Videmus autem in operatione naturalium rerum, quod similia ex similibus generantur, sicut ex homine generatur homo. Aut ergo similitudo ista peruenit in rebus generatis propter respectum ad exemplar, aut non: si non, quid erit opus, & vtilitas, quod aliquod agens sit rebus ad ideas, sicut ad exemplaria? Quasi dicat nullum. Si autem similitudo provenit ex respectu ad exemplar separatum, tunc non poterit dici, quod causa huius similitudinis in genito, sit forma inferioris generantis. Fiet enim aliquod simile propter respectum ad hoc exemplar separatum, & non per respectum ad agens hoc sensibile. Et hoc est quod dicitur, & non simile illi, & agentis sensibili. Ex quo sequitur hoc inconueniens, quod aliquis generetur similis Socrati sine posito, siue remoto Socrate. Quod videmus esse falsum, quia nisi Socrates agat in generatione, nunquam generabitur aliquis similis Socrati. Si igitur hoc est falsum, quod non similitudo generatorum dependeat a proximis generantibus, vnus & superfluum est ponere aliqua exemplaria separata. Sciendum autem, quod illa ratio, erit destruat exemplaria separata a Platone posita, non tamen remouet diuinam scientiam esse rerum omnium exemplar. Cum enim res naturales naturaliter intendunt similitudines in res generatas inducere: oportet quod ista intentio ad aliquod principium dirigens reducatur, quod est in finem ordinis vnus quodque. Et hoc non potest esse nisi intellectus, cuius sit cognitio finem & proportionem rerum in finem. Et sic ista similitudo effectum ad causas naturales reducitur, sicut in primum principium, in intellectum aliquem: non autem oportet quod in aliquas alias formas separatas; quia ad similitudinem prædictam sufficit prædicta directio in finem, qua virtutes naturales dirigitur a primo intellectu.

LECTIO XV.

Otissimum vero dubitabit aliquis, quidnam forma conferat sempiternis sensibilibus, aut illis, quæ sunt & corrumpuntur.

Nec enim motus, nec alicuius transmutationis eis cause sunt.

At nec ad scientiam aliorum profunt. nec enim horum vllæ substantia sunt: in his etenim essent. nec ad esse, cum non insint participantibus. ita etenim forsã causa putabuntur esse, ut album mixtum albo. Sed ista ratio facile redargui potest, quam Anaxagoras prius, Eudoxus uero posterus, & quidam alij dixerunt, facile enim est multa, & impossibilia ad hanc opinionem congerere. At nec ex formis cetera sunt, secundum vllum illorum modorum, qui dici solent.

rebus sensibilibus inuenitur, hoc sit secundum participantiam idearum, quæ per se sunt immobiles.

Ostendit secundo, quod species non profunt sensibilibus ad scientiam tali ratione. Cognitio vnus cuiusque proficitur per cognitionem suæ substantiæ, & non per cognitionem aliquarum substantiarum extrinsecarum: sed substantiæ separata, quas dicebant species, sunt omnino aliæ ab istis substantijs sensibilibus: ergo earum cognitio non auxiliatur ad scientiam illorum sensibilibus. Nec potest dici, quod illa species sunt substantiæ istorum sensibilibus. Nam cuiuslibet rei substantia est in eo, cuius est substantia. Si igitur illa species essent substantiæ rerum sensibilibus, essent in his sensibilibus: quod est contra Platonem. Nec iterum potest dici, quod illa species adstant istis substantijs sensibilibus, sicut participantibus eas. Hoc enim modo Plato opinabatur aliquas species horum sensibilibus causas esse. Sicut nos intelligeremus ipsum album per se existens, ac si esset quoddam album separatum, permixtum albo, quod est in subiecto, & albedinem participaret. vnde scierim dicamus quod homo iste, qui est separatus, permisceatur huic homini, qui componitur ex materia & natura speciei, quam participat. Sed hæc ratio est valde mobilis, & est destructibilis. Hanc enim rationem primo reiecit Anaxagoras, qui posuit etiam formas & accidentia permisceri rebus. Et secundo reiecit Hesiodus & alij quidam. Et ideo dico, quod est valde mobilis, quia facile est colligere multa impossibilia contra talem opinionem. Sequitur enim, sicut supra dixit contra Anaxagoram, quod accidentia & formas possunt esse sine substantijs. Nam ea sola nata sunt misceri, quæ possunt separatim existere. Sic igitur non poterit dici, quod species sic cõferant ad scientiã sensibilibus, ut eorum substantiæ, nec quod sint eis principia existendi per modum participantium. Nec etiã poterit dici, quod ex speciebus sint ex principijs sunt alia: sensibilia secundum vllum eorum modum qui cõstauerunt dici. Vnde si eadem sunt principia essendi, & cognoscendi, oportet quod species non conferant ad scientias, cum principia essendi esse non possint. Ideo autem dicit secundum vllum modum confectorum dicit quia Plato inuenerat nouos modos aliquid esse, & alio cognoscendi.

part. 2. prima parte lect. 2. part. seq. part. 4. & sequen. par. 7. & se. par. 9. & se.

Hic tertio ostendit, quod species non conferant sensibilibus sensibilem ponere alius Socrati sempiternus, quasi exemplaris, ibi: Nam quid opus est &c. Dicit ergo primo, quod dicitur species esse exemplaria sensibilibus & mathematicis, eo quod huiusmodi eas participans, est dupliciter inconueniens. Vno modo, quia vnus & nulla vtilitas est huiusmodi exemplaria ponere, sicut ostendit. Alio modo, quia est simile metaphoris, quas Poeta inducunt, quod ad philosophum non pertinet. Nam philosophus ex proprijs docere debet. Ideo hoc dicit esse metaphoricum, quia Plato productionem reru naturalium assimilauit factioni reru artificialium, in quibus artifex ad aliquod exemplar respiciens, operatur aliquod simile suæ arti. Hoc probat profuntur tribus rationibus. Hoc nã esse opus exemplaris, & vtilitas: quod artifex respiciens ad exemplar inducat similitudinem formæ in suo artificio. Videmus autem in operatione naturalium rerum, quod similia ex similibus generantur, sicut ex homine generatur homo. Aut ergo similitudo ista peruenit in rebus generatis propter respectum ad exemplar, aut non: si non, quid erit opus, & vtilitas, quod aliquod agens sit rebus ad ideas, sicut ad exemplaria? Quasi dicat nullum. Si autem similitudo provenit ex respectu ad exemplar separatum, tunc non poterit dici, quod causa huius similitudinis in genito, sit forma inferioris generantis. Fiet enim aliquod simile propter respectum ad hoc exemplar separatum, & non per respectum ad agens hoc sensibile. Et hoc est quod dicitur, & non simile illi, & agentis sensibili. Ex quo sequitur hoc inconueniens, quod aliquis generetur similis Socrati sine posito, siue remoto Socrate. Quod videmus esse falsum, quia nisi Socrates agat in generatione, nunquam generabitur aliquis similis Socrati. Si igitur hoc est falsum, quod non similitudo generatorum dependeat a proximis generantibus, vnus & superfluum est ponere aliqua exemplaria separata. Sciendum autem, quod illa ratio, erit destruat exemplaria separata a Platone posita, non tamen remouet diuinam scientiam esse rerum omnium exemplar. Cum enim res naturales naturaliter intendunt similitudines in res generatas inducere: oportet quod ista intentio ad aliquod principium dirigens reducatur, quod est in finem ordinis vnus quodque. Et hoc non potest esse nisi intellectus, cuius sit cognitio finem & proportionem rerum in finem. Et sic ista similitudo effectum ad causas naturales reducitur, sicut in primum principium, in intellectum aliquem: non autem oportet quod in aliquas alias formas separatas; quia ad similitudinem prædictam sufficit prædicta directio in finem, qua virtutes naturales dirigitur a primo intellectu.

Dicere vero exemplaria esse, & eis alia participare, vaniloquium est, & metaphoras dicere poeticas.

Nam quid est opus ad ideas respiciens. Contingit enim & esse fieri simile aliquod, & non assimilatum ad illud. Quare existente Socrate & non existente fieri qualis Socrates.

Similiter autem palam, quia etiam si sit Socrates sempiternus, erit eiusdem exemplaria plura, quare & species vnus animal & bipes: similiter autem & autofanthropos.

Amplius autem non solum sensibilibus species exemplaria, sed etiã ipsarum, vt genus specierum, quare idem erit exemplar & imago.

Amplius opinabitur utique impossibile esse separatim substantiam, & cuius est substantia. Quare quod idea substantiæ reru existentes separatim erunt?

In Phedone vero sic dicitur, quod ipse esse & fieri cause sint species, & etiam existentibus speciebus tamẽ, non sunt participantia nisi sit quod mouit.

Et multa sunt alia, vt domus & annulus, quorum non dicimus esse species, quare palam, quia contingit & alia esse & fieri, & propter tales causas, quales & nunc dictas.

Multa alia sunt, velut domus, aut annulus, quorum non dicimus esse formas, quare patet posse contrarietas, quare patet esse, & fieri etiam propter tales causas, quales eorum, quæ nunc dicta sunt.

Hic ponit secundam rationem, quæ talis est: Sicut Socrates est eo quod est Socrates, ad id aliquid supra hominem, ita etiam homo ad id aliquid supra animal, & sicut Socrates participat hominem,

parte. 6.

ica homo participat animal. Sed, si præter istum Socratem, sensibilem ponere alius Socrati sempiternus, quasi exemplaris, sequeretur, quod dicitur Socrati sensibilibus essent plura exemplaria, scilicet Socrati sempiternus, & idea hominis, ergo & eadem ratio species hominis haberet plura exemplaria. Fiet enim exemplar eius & animal, & bipes, & iterum (Autofanthropos) & idea hominis. Hoc autem est inconueniens, quod vnus exemplari sint plura exemplaria: ergo inconueniens est ponere huiusmodi sensibilibus exemplaria.

Dicere uero exemplaria eas esse, & cetera eis participare, vaniloquium est, & metaphoras poeticas dicere est.

Quod enim est, quod agit, ad ideas respiciens? possibile enim est esse, & fieri quodcunq; simile, etiam non ad illius imaginem, quare & existente Socrate, & non existente, fieri utique qualis Socrates est.

Similiter autem etiam si Socrates sempiternus esset. At eiusdem erunt plura exemplaria, ergo etiam forma veluti hominis, animal, & bipes, simul autem & idealis homo.

Item non solum sensibilibus exemplaria formæ erunt, verum etiam ipsarum, ut puta genus, tanquam genus specierum, quare idem erit exemplar, & imago.

Item videri possit impossibile esse separatim substantiam, & cuius est substantia, quare quomodo idea, cum rerum substantiæ sint, separate fuerint?

In Phedone autem ita dicitur, quod ipse esse, tum ipsius fieri forma cause sunt, Quamquam formis existentibus, non tamẽ participantia sunt, si non sit, quod moueat.

Multa alia sunt, velut domus, aut annulus, quorum non dicimus esse formas, quare patet posse contrarietas, quare patet esse, & fieri etiam propter tales causas, quales eorum, quæ nunc dicta sunt.

Multa alia sunt, velut domus, aut annulus, quorum non dicimus esse formas, quare patet posse contrarietas, quare patet esse, & fieri etiam propter tales causas, quales eorum, quæ nunc dicta sunt.

Hic ponit secundam rationem, quæ talis est. Sicut se habet artificialia ad causas artificiales, ita se habent naturalia ad causas naturales: sed videmus, quod multa alia a naturalibus, vt domus & annulus, sunt in istis inferioribus, quorum Platonici species non ponebant, ergo & alia. Naturalia contingit esse & fieri propter tales causas proximas, quales continentur esse in dictas, scilicet artificiales, vt scilicet sicut res artificiales sunt a proximis a generibus, ita & res naturales.

aut de v. p. 201.

T. c. 33. parte. 7.

ipse l. 6.

parte. 3. T. c. 34. parte. 9.

parte. 10.

Tex. c. 31. part. 1.

part. 3.

LECTIO XVI.

T. com. 35. par. prima. T. c. 36. Lec. pñ. Part. pri. Par. 8. lec. huius.

ab ipso de alijs mathematicis, ibi: Volentes autem substantias &c. Circa primum ponit sex rationes, quarum prima talis est. Eorum, quae sunt idem secundum substantiam, vnum non est causa alterius: sed sensibilia secundum substantiam, sunt numeri secundum Platonicos & Pythagoricos: Si igitur species sunt etiam numeri, non poterunt species esse cause sensibilia, si autem dicatur, quod alij numeri sunt species, & alij sunt sensibilia, sicut ad literam Plato ponebat: vt, si dicamus quod hic numerus est homo, & ille alius numerus est Socr. & alius numerus est Callias, istud adhuc non videtur sufficere: quia secundum hoc, sensibilia & species conueniunt in ratione numeri: & eorum quae sunt idem secundum rationem, vnum non videtur esse causa alterius: ergo species non erunt cause horum sensibilia. Non iterum potest dici, quod sunt cause, quia illi numeri, qui sunt species, sunt semper idem. Illa enim differentia non sufficit ad hoc, quod quaedam ponantur cause aliorum, quae aliqua differunt per semper idem & non semper idem secundum esse suum absolute consideratum, sed per causam & causatum differunt secundum habitudinem vnius ad alterum: ergo diuersa numero non differunt per causam & causatum per hoc quod quaedam sunt semper idem, & quaedam non semper idem. Si autem dicatur, quod haec sensibilia sunt quaedam rationes: id est in musicis consonantijs: quia numeri dicuntur esse cause consonantiarum: in quantum proportionibus numerales, vt scilicet eorum, quae sunt illius generis proportionibus, sensibilia constituent, sicut praeter proportionibus numerales in consonantijs inueniuntur soni. Si autem illud, cui applicatur illa proportio numeralis in sensibilibus, est materia, manifestum est, quod oportebat dicere, quod ipsi numeri separati, qui sunt species, sunt proportionibus alius vnius, scilicet ad aliquod aliud. Oportet enim dicere, quod hic homo, qui est Callias, vel Socr. est similis homini ideali, qui dicitur: arosanthropos id est per se homo. Si igitur Callias non est numerus tantum, sed magis est ratio quaedam, vel proportio in numeris elementorum, scilicet ignis, terra, aqua & aere, & ipse homo idealis erit quaedam ratio, vel proportio in

LECTIO XVI.

Amplius, si sunt numeri species, quomodo cause erunt? Vtrum quae alij numeri sunt ipsa existentia, vt hic quidem numerus homo, ille vero Socrates, & alius Callias? Quid igitur his sunt cause illi? nec enim si hi sunt semper idem, illi vero non, differunt. Si vero quia rationes numerorum & hic, vt symphonia, palam quia est vnum quidem, quorum sunt rationes. Si itaque haec materia, manifestum quia & ipsi numeri & alique rationes sunt aliud ad aliud. Dico autem, vt si est Callias ratio in numeris ignis, aquae, terrae, & aere & arosanthropos, id est ipse homo, siue numerus quis existens, siue non, tamen est ratio in numeris quorundam, & non numerus, & non erit quis propterea numerus.

Amplius ex multis numeris fit vnus numerus, ex speciebus autem vna species qualiter, vel quomodo.

Sed, si nec ex eis, sed ex vnijs, vt in millenario, quomodo se habent vnitates? Siue enim eiusdem speciei, multa inconuenientia accidit. siue non eiusdem speciei, nec necesse sibi inuicem, nec alie omnes omnibus. Quomodo namque differunt imparsibiles existentes? nec enim rationabilia haec, nec intelligentie confessa.

symphonia

parte. 3.

T. c. 38.

parte. 3.

T. c. 42.

parte. 3.

T. c. 42.

parte. 3.

T. c. 42.

parte. 3.

T. c. 42.

parte. 3.

LECTIO XVI.

Tem, si forma numeri sunt, quomodo erunt causa? Vtrum quoniam ipsa erunt diuersi numeri, vt puta hic quidem numerus homo, hic vero Socrates, hic autem Callias? Cur igitur illi his causa sunt? etenim si hi quidem aeterni, hi vero non, nihil differunt. Quod si quoniam proportionibus numerorum ea, quae hic, aut consonantia, patet quod vnus quidam erit, quorum proportionibus sunt. Si igitur hoc materia est, manifestum est quod ipsi etiam numeri proportionibus cuiusquam alterius ad alterum erunt. Dico autem, vt si Callias proportio est in numeris ignis, terrae, aquae, & aere, & ipse homo aliquorum aliorum subiectorum erit, & idea numerus, ac etiam ipse idealis homo, siue alius numerus sit, siue non, erit tamen proportio in numeris aliquorum, & non numerus, & non erit quis propterea numerus.

Item de multis numeris vnus numerus fit, ex speciebus vero, quomodo species vna?

Quod si nec ex his, sed ex numeris bilibus, ut ex decem millibus, quomodo se habent vnitates? Siue enim eiusdem speciei sunt, multa inconuenientia sequuntur, siue non eiusdem speciei, nec eadem inuicem, nec cetera omnia omnibus. Quo namque differunt imparsibiles sunt? haec enim nec rationabilia sunt, nec intelligentie consentanea.

quod vnum constituendum, nisi secundum rationem indiuiduorum, quae alterantur, vt postint permisceri: ipsa autem species numerorum simul coniunctae numerum constituent. vt species numeri binarij, & species numeri ternarij simul iunctae constituent numerum quinarium, ita quod in quinario vterque numerus remanet & saluatur. Sed quia ad hanc rationem posset responderi ex parte Platonis, quod ex multis numeris non fit vnus numerus, sed quilibet numerus immediate constituitur ex vnitatibus: ideo consequenter cum dicitur.

Excludit etiam hanc responsionem. Si enim dicitur, quod aliquis numerus maior, vt millenarius, non constituitur ex eis, scilicet ex duobus vel pluribus numeris minoribus, sed constituitur ex vnijs: id est ex vnitatibus, remanebit quaestio, quomodo se habent vnitates ad inuicem, ex quibus numeri constituentur? Aut non oportet, quod omnes vnitates sint conformes ad inuicem, aut quod sint diffformes ad inuicem. Sed primo modo sequuntur multa inconuenientia, & praecipue quantum ad ponentes species esse numeros, quia sequitur, quod diuersae species non differant secundum substantiam, sed solum secundum excessum vnius speciei super aliam. Inconuenientia etiam videtur, quod vnitates nullo modo differant, & tamen sunt multae, cum diuersitas multitudinem consequatur. Si vero non sint conformes, hoc potest esse dupliciter. Vno modo, quia vnitates vnius numeri sunt differentes ab vnitatibus alterius numeri, sicut

T. c. 37. par. prima.

T. c. 39. par. 4.

parte. 3. T. c. 38.

T. c. 40. par. 5.

parte. 3.

T. c. 42.

parte. 3.

T. c. 42.

parte. 3.

sicut vnitates binarij ab vnitatibus ternarij, & tamen vnitates vnius & eiusdem numeri sibi inuicem sunt conformes. Alio modo, vt vnitates eiusdem numeri non sibi inuicem, nec vnitatibus alterius numeri conformes existant. Hanc diuisionem significat, cum dicitur, Nec eadem sibi inuicem id est quae ad eundem numerum pertinent, nec aliae omnes &c. scilicet quae pertinent ad diuersos numeros, quocumque autem modo ponatur differentia inter vnitates, vt inconueniens. Nam omnis differentia est per aliquam formam, vel passionem, sicut videmus quod corpora differentia differunt calido & frigido, albo & nigro, & huiusmodi passionibus. Vnitates autem huiusmodi passionibus carent, cum sint impassibiles secundum Platonicos. Ergo non poterit inter ea poni talis differentia vel differentia, quae causatur ab aliqua passione. Et sic patet, quod ea, quae Plato ponit de speciebus & numeris, nec sunt rationabilia, sicut illa, quae per certam rationem probantur, nec sunt intelligentie confessa, sicut ea quae sunt per se nota, & solo intellectu certificantur, vt prima demonstratio nis principia.

Amplius autem vnitates, quae sunt in dualitate, vtraque est ex aliquo priori dualitate, quamuis impossibile.

Amplius quare numerus ex his collectus est?

Amplius autem cum dicitur, si sint differentes vnitates, oportet ita dicere, quae admodum & quicquid; elementa quatuor, aut duo dicitur. Etenim horum quilibet non dicitur elementum, vt corpus, sed ignis & terra, siue sit corpus, siue non. Nunc autem dicitur, quod vno exente, quae admodum ignis, aut aqua, similitudinem partium. si vero sic, non erunt substantiae numeri. Sed palam, quia si dicitur, quod vnum ipsum, & hoc est principium, quare multipliciter dicitur ipsum vnum, aliter est impossibile.

Hic ponit tertiam rationem contra Platonem, quae talis est. Omnia mathematica, quae a Platone sunt dicta intermedia sensibilia, & specierum, sunt ex numeris, aut simpliciter sicut ex proprijs principijs, aut sicut ex primis. Et hoc ideo dicitur, quia secundum vnam viam videtur, quod numeri sunt immediata principia aliorum mathematicorum, nam vnum dicebant constituere punctum, binarium lineam, ternarium superficiem, quaternarium corpus. Secundum vero aliam viam, videtur resoluuntur in numeros, sicut in prima principia & non in proxima. Nam corpora dicebantur componi ex superficiebus, superficies ex lineis, lineae ex punctis, puncta autem ex vnitatibus, quae constituent numeros. Vtrouque autem modo sequebatur, numeros esse principia aliorum mathematicorum. Sicut igitur alia mathematica erant media inter sensibilia & species, ita necessarium est facere aliquod genus numeri, quod sit aliud a numeris, qui sunt species, & a numeris, qui sunt substantia sensibilibus: & quod de huiusmodi numero sit Arithmetica, sicut de proprio subiecto, quae est vna mathematicarum, sicut Geometria de magnitudinibus mathematicis. Hoc autem poterit videri superfluum esse, nam nulla ratio poterit assignari, quare sint numeri medij inter sensibilia & species, & eas, scilicet species, cum tam sensibilia quam species sint numeri.

Volentes autem substantias ad principia reducere, Longitudines quidem non ponimus ex puncto & ex longis et breui ponunt, ex quodam igne, terram, aquam & aerem, quae sunt corpora differentia. Vnde, si vnitates sint differentes, quantum omnes conueniant in ratione vnitatis, non tamen erit dicendum, quod ipsa vnitates, in quantum huiusmodi, sit principium, quod est contra positionem Platonis. Nam nunc ab eis dicitur, quod vnum sit principium, sicut etiam de Naturalibus dicitur, quod ignis, aut aqua, aut aliquid corpus similitudinem partium principium sit. Sed si hoc est verum quod conclusum est contra positionem Platonis, scilicet, quod vnum, in quantum vnum, non sit principium & substantia rerum, sequeretur quod numeri non sint rerum substantia. Numerus enim non ponitur esse rerum substantia, nisi in quantum constituitur ex vnitatibus, quae dicuntur esse rerum substantia. Quod iterum est contra positionem Platonis, quam nunc prosequitur, quae scilicet ponitur, quod numeri sint species. Si autem dicas, quod omnes vnitates sunt indifferentes, sequitur, quod omnes id est vniuersum totum sit aliquid vnum & idem, ex quo substantia rei cuiuslibet est ipsum vnum, quod est commune indifferentes. Et vterque sequitur, quod idem illud sit vnum principium omnium: quod est impossibile ratione ipsius rationis, quae de se est inopinabilis, vt scilicet sint omnia vnum secundum rationem substantiam, cum quia includit contradictionem ex eo, quod ponit vnum esse substantiam rerum, & tamen ponit illud vnum esse principium. Nam vnum & idem non est sui ipsius principium, nisi forte dicatur, quod vnum multipliciter dicitur, vt distincto vno ponantur omnia esse vnum generis, & non species, vel numero.

Hic disputat contra positionem Platonis quantum ad hoc, quod posuit de magnitudinibus mathematicis. Et primo ponit eius positionem. Secundo obijcit contra ipsam, ibi: Itaque quomodo habebit &c. Dicit ergo primo, quod Platonis

oportet quod vnitates posterioris dualitatis, sint causatae ex priori dualitate.

Hic ponit quintam rationem, quae talis est. Multa non conueniunt ad vnum constituendum, nisi propter aliquam causam, quae potest accipi vel extrinseca, sicut aliquid agens, quod coniungit: vel intrinseca, sicut aliquid vinculum vniens. Vel si aliqua vniuntur per se ipsa, oportet vt vnum sit, vt potentia: & aliud vt actus. Nullum autem horum potest dici in vnitatibus, quare numerus id est ex qua causa numerus erit quoddam, & comprehendit id est congregatum ex pluribus vnitatibus: quae dicitur, non erit hoc assignare.

Item vnitates, quae in dualitate sunt, vtraque ex aliqua priore dualitate, at hoc impossibile est.

Item cur vnum est numerus collectus.

Item ad haec, quae dicta sunt, si vnitates differentes sunt, oportet ita dicere, sicut quicumque quatuor, aut duo dicuntur elementa. Etenim horum singuli non dicuntur elementum, quod commune est, ut puta corpus, sed ignem, & terram, siue commune quid sit corpus, siue non. nunc autem dicitur, ac si vnum ita esset (ut ignis, aut aqua) similitudinem partium. quod si ita sit, numeri non erunt substantiae. Sed si ipsum vnum aliquid est, & hoc principium est, patet quod vnum multipliciter dicitur, aliter nanque impossibile est.

Volentes autem substantiam referre ad principia. Longitudines quidem ex longo et breui ponunt, ex quodam

gis ignem, terram, aquam & aerem, quae sunt corpora differentia. Vnde, si vnitates sint differentes, quantum omnes conueniant in ratione vnitatis, non tamen erit dicendum, quod ipsa vnitates, in quantum huiusmodi, sit principium, quod est contra positionem Platonis. Nam nunc ab eis dicitur, quod vnum sit principium, sicut etiam de Naturalibus dicitur, quod ignis, aut aqua, aut aliquid corpus similitudinem partium principium sit. Sed si hoc est verum quod conclusum est contra positionem Platonis, scilicet, quod vnum, in quantum vnum, non sit principium & substantia rerum, sequeretur quod numeri non sint rerum substantia. Numerus enim non ponitur esse rerum substantia, nisi in quantum constituitur ex vnitatibus, quae dicuntur esse rerum substantia. Quod iterum est contra positionem Platonis, quam nunc prosequitur, quae scilicet ponitur, quod numeri sint species. Si autem dicas, quod omnes vnitates sunt indifferentes, sequitur, quod omnes id est vniuersum totum sit aliquid vnum & idem, ex quo substantia rei cuiuslibet est ipsum vnum, quod est commune indifferentes. Et vterque sequitur, quod idem illud sit vnum principium omnium: quod est impossibile ratione ipsius rationis, quae de se est inopinabilis, vt scilicet sint omnia vnum secundum rationem substantiam, cum quia includit contradictionem ex eo, quod ponit vnum esse substantiam rerum, & tamen ponit illud vnum esse principium. Nam vnum & idem non est sui ipsius principium, nisi forte dicatur, quod vnum multipliciter dicitur, vt distincto vno ponantur omnia esse vnum generis, & non species, vel numero.

Hic disputat contra positionem Platonis quantum ad hoc, quod posuit de magnitudinibus mathematicis. Et primo ponit eius positionem. Secundo obijcit contra ipsam, ibi: Itaque quomodo habebit &c. Dicit ergo primo, quod Platonis

parte. 6.

* a. l. indiffe. rentes. T. c. 41. parte. 7.

parte. 3. T. c. 42. par. seq.

Platonis

Platonici volentes rerum substantias reducere ad prima principia, cum ipsas magnitudines dicerent esse substantias rerum sensibilibus, lineam, superficiem, & corpus: istorum principia assignantes, putabant se rerum principia inuenisse. Assignando autem magnitudinum principia, dicebant: longitudines;

part. 9.

T.c. 43. par. 10.

T.c. 44. par. primo.

brevi, & ex aliquo paruo & magno: & planum ex lato & arcto: corp^o vero ex pfundo & humili.

i. Attamē quomō habebit aut planū lineā, aut solidū lineā, & planum? Aliud enim est genus latum & arctum, & profundum & humile. Quemadmodū ergo nec numer^o est in eis, quia multum & paucū ab his alterū, palā quia nec aliud nihil superiorū inerit inferioribus. At vero nec genus profundi latū. Erit enim planum aliquod corpus.

k. Amplius puncta ex quo existunt. Huic quidē generi & Plato oppugnabat, tāquā existēte geometrico dogmate. sed lineę principū vocabat. Hic autem multoties indiuisibiles lineas posuit, quāuis necesse est aliqd horum esse. Quare ex qua ratione linea est, & punctum est.

LECTIO XVII.

Mnino autē sapientia de manifestis causam ingrente, hoc quidē p̄termisimus. nihil. n. de causa dicim^o, vnde principū est trās mutationis. horū aut substantiā dicere putātes ipforū alias quidem substantias dicimus esse.

Quomō vero illa substantię horum vane dicimus: nā & participare, sicut pri^o dixim^o vis, nihil est. Nec quā in scientiis videm^o existens causa, propter quam omnis intellectus & omnis natura

& humile, que ponuntur principia corporis. Et similiter potest dici de longo & breui, quod differunt ab utroq; ergo etiā linea & superficies & corpus, erunt adinuicem distincta. Quo modo ergo poterat dici, quod superficies haberet in se lineā, & quod corpus habeat lineam & superficiem? Et ad huius rationis confirmationem inducit simile de numero. Multum enim & paucum, que simili ratione ponuntur principia rerū, sunt alterius generis a longo & breui, lato, & stricto, & profundo & humili. Et ideo numerus non continetur in his magnitudinibus, sed est separatus per se. Vnde & eadem ratione nec superius inter predicta erit etiam in inferioribus, sicut linea non in superficie, nec superficies in corpore. Sed quia posset dici, quod quaedam p̄dictorum contrariorum sunt genera aliorum, sicut quod longum esset lati genus, & latum genus profundi, hoc remouet tali ratione. Sicut se habent principia adinuicem, & principata. Si igitur latum est genus profundi, & superficies erit genus corporis: & ita corpus erit aliquod planum, idest aliqua species superficiē: quod patet esse falsum.

k. Hic ponit secundam rationem, que sumitur ex punctis, circa quam Plato videtur dupliciter deliquisse. Primo quidē, quia cum punctus sit terminus lineę, sicut linea superficiē, & superficies corporis: sicut posuit aliqua principia, ex quibus componuntur p̄dicta, ita debuit aliquid ponere, ut quo ex-

sterent puncta, quod videtur p̄termisisse. Secundo, quia circa puncta videbatur diuersimode sentire. Quandoque enim contendebat totam doctrinam Geometricam de hoc genere existere, scilicet de punctis, in quantum scilicet puncta ponebat principia & substantiam omnium magnitudinum. Et hoc non solum im-

paruo & magno: planum vero ex lato & stricto: corpus autem ex alto & humili.

At quomodo aut planum habebit lineam, aut solidum lineam atque planum? aliud nanque genus latum & strictum, altum & humile. Quemadmodum igitur neque numerus est in eis, eō quod multum & paucum ab his aliud est, ita manifestū est, quod nec aliud quicquam superiorum inferioribus inerit. At vero nec latū genus aliū est. etenim corpus esset planū quid.

Item puncta, ex quo insunt? At huic generi aduersabat Platō, tanquam existentī dogmati Geometrico. sed nominabat principium lineę, hoc vero sepius ponebat lineas indiuisibiles. atqui necesse est harum aliquam esse terminum. quare ex qua ratione linea est, punctum quoque est.

LECTIO XVII.

T omnino cum sapientia sit de manifestis causam querere, hanc quidem p̄termisimus. nihil enim de causa dicimus, vnde principium transmutationis. substantiam vero eorum dicere putantes, alias substantias esse dicimus. Quomodo vero illa horum substantiā, incassum dicimus. participare nanque, ut prius diximus, nihil est. Nec illam etiam, quam scientiis esse causam videmus, propter quam omnis intellectus, & omnis natura facit: nec

do autē aliquis & c. Circa primum ponit sex rationes, quarū prima sumitur ex hoc, quod genera causarū p̄termittēbat. Vnde dicit, quod s̄ omnino sapientia scilicet philosophia habet inquirere causas & de manifestis: idest de his, que sensui apparent. Ex hoc enim homines incesperunt philosophari, quod causas inquisierunt, vt in p̄terito dictum est. Platonici autem, quibus se connumerat, rerum principia p̄termiserunt: quia nihil dixerunt de causa efficiente, que est principium transmutationis. Causam vero formalem putauerunt se assignare ponentes ideas. Sed, dum ipsi putauerunt se dicere substantiam eorum, scilicet sensibilibus, dixerunt quādam esse alias substantias separatas ab illis diuersas. Modus autem, quo assignabant illa separata esse substantias horum sensibilibus est superuacuos: idest efficacias non habens, nec veritatem. Dicebant enim, quod species sunt substantiæ eorum, in quantum ab illis participantur. Sed hoc, quod de participatione dicebant, nihil est, sicut ex supradictis patet. Item species, quas ipsi ponebant, non tangunt causam finalem, quod tamen videmus in aliquibus scientiis, que demonstrantur per causam finalem, & agens per naturam operatur, vt secundo Physicorum ostensum est. Et sic ponendo species non tangunt causam, que dicitur finis, ita nec causam, que dicitur principium, scilicet efficientem, que

quæ fini quasi opponitur. Sed Platonici p̄termittentibus huiusmodi causas facta sunt naturalia, ac si essent mathematica sine motu, dum principium & finem motus p̄termittēbant. Vnde & dicebant, quod mathematica debent tractari non solum propter seipsa, sed aliorum gratia, id est naturalium, in quantum passiones mathematicorum sensibilibus attribuebant.

b. Hic ponit secundam rationem, que talis est. Illud, quod ponitur tanquam rei materia, magis est substantia rei & p̄dicabile de re, quam illud, quod est separatum a re: sed species est separata a rebus sensibilibus: ergo secundum Platoniorum opinionem magis aliquis suscipiet substantiam substantiam, vt materiam, esse substantiam mathematicorum, quam speciem separatam. Magis etiam suscipiet eam predicari de re sensibili, quā speciem p̄dicatam. Platonici enim ponebant magnum & paruum esse differentiam substantiæ & materiæ. Hęc enim duo principia ponebant ex parte materię, sicut naturales ponentes rarum, & densum esse primas differentias substantiæ: id est materię, per quas, scilicet materia transformabatur, dicebant eas quodammodo, scilicet magnum & paruum. Quod ex hoc patet, quia rarum, & densum sunt quedam superabundantia & defectio. Spiritum enim est quod habet multum de materia sub eisdem dimensionibus. Rarum quod parum. Et tamen Platonici substantiam rerum sensibilibus magis dicebant species, quā mathematica, & magis predicari.

c. Hic ponit tertiam rationem, que talis est. Si ea, que sunt in sensibilibus, causantur a speciebus separatis, necessarium est dicere: quod sit in speciebus idea motus, aut non: si est ibi aliqua species & idea motus, etiam constat, quod non potest esse motus sine eo quod mouetur, & necesse erit, quod species moueantur: quod est contra Platoniorum opinionem, qui ponebant species immobiles. Si autem non sit idea motus: ea autē, que sunt in sensibilibus, causantur ab ideis, non erit assignare causam vnde motus veniat ad ista sensibilia. Et sic auferetur tota p̄seruatio scientię naturalis, que inquit de rebus mobilibus.

d. Hic ponit quartam rationem, que talis est. Si vnum esset substantia rerum omnium, sicut Platonici posuerunt, oporteret dicere, quod omnia sint vnum, sicut & naturales, qui ponebant substantiam omnium esse equam, & sic de elementis

Et de motu, si quidē hęc erit motus, palam quia mouentur species. sin autem, vnde veni? Tota nanque de natura auferretur p̄seruatio.

d. Et quod videtur facile esse monstrare, quod vnum omnia non sint. Expositione enim omnia vnum non sunt. Sed id aliquid vnū, si quis dicat, omnia: & nec hoc, si non dat genus vniuersale esse. Hoc autem in quibusdam impossibile.

e. Nullam nanq; rationem habebit, nec que sunt post numeros longitudines, latitudines, solidas, nec que presentia, aut futura sunt, nec si aliquā habent potestatem. Hęc enim nec species possibile esse. Non enim sunt numeri. Nec inter media (sunt. n. ille mathematica) nec corruptibilia. Sed rursum quantum videtur hoc aliquod genus.

f. Et omnino existentium quætere elementa, nō diuidentem multipliciter dicta, inuenire impossibile est. & aliter secundum

mathematica, que media sunt. Huiusmodi autem lineę & superficies, ex quibus componuntur corpora sensibilia, non est possibile esse species: quia species sunt numeri essentialiter. Huiusmodi autem sunt post numeros, nec iterum potest dici, quod sunt intermedia inter species & sensibilia. Huiusmodi enim sunt entia mathematica, & a sensibilibus separata, quod non potest dici de illis lineis & superficiebus, ex quibus corpora sensibilia componuntur. nec iterum possunt esse sensibilia. Nam sensibilia sunt corruptibilia, huiusmodi autem incorruptibilia sunt, vt infra probabitur in tertio. Ergo vel ista nihil sunt, vel sunt quantum aliquod genus entium, quod Plato p̄termisist.

f. Hic ponit sextam rationem, que talis est. Impossibile est inuenire principia alicuius multipliciter dicti, nisi multipliciter

T.com. 45. par. 1.

part. 3. Tex. c. 46.

part. 4.

part. 5.

part. 8. Lect. huius

part. 6.

aliis. Sed facile est monstrare, quod omnia non sunt vnum: ergo positio, que ponit substantiam omnium esse vnum, est improbabilis. Si autem aliquis dicat, quod ex positione Platonis non sequitur, quod omnia sint vnum simpliciter, sed ali quod vnum, sicut dicimus aliqua esse vnum secundum genus, vel secundum speciem, si quis velit dicere sic omnia esse vnum, nec hoc etiam poterit sustineri, nisi hoc, quod dico vnum, sit genus, vel vniuersale omnium. Per hunc enim modum possemus dicere omnia esse vnum specialiter, sicut dicimus hominem, & animal esse animal substantialiter. Hoc autem quibusdam videtur impossibile, scilicet quod sit vnum genus omnium: quia oporteret, quod differentia diuisiua huius generis non esset vna, vt in tertio dicitur: ergo nullo modo potest poni, quod substantia rerum omnium sit vnum.

illam causam, quam vnā de principis esse dicimus, ipsa forme attribuit. sed qui hac atque sunt his * Mathematica facta sunt philosophia, quibus dicant aliorum gratia ea oportere tractare.

Item subiectam substantiam, vt materiam magis mathematicam, quis profecto putauerit, ac magis predicari, & differentiam substantiæ, & materiæ esse, veluti magnum, & paruum, sicut autem Physiologi rarum, & densum primas subiecti dicentes has differentias esse. hęc autem excessus quidam, & defectus sunt.

De motu autem, si hęc quidem motus erunt, patet quod forme mouebuntur. Quod si non, vnde euenit? tota etenim de natura consideratio perit.

Et quod facile probare videtur, quod omnia vnum non sit. expositione etenim non sunt omnia vnum. Sed ipsum vnum si quis concedat omnia, nec hoc quidem. nisi quis vniuersale concedat esse genus. hoc autem in quibusdam impossibile.

Nullam autem rationem habent, nec ille, que post numeros, longitudines, plana, & solida sunt: nec quomodo sunt, aut futura sunt, nec si quam vim habent, hęc enim nec formas possibile est esse. non enim sunt numeri, nec media (mathematica enim illi sunt) nec corruptibilia. Sed rursum quantum videtur hoc genus apparere.

Et omnino elementa querere entium non diuidentem, cum multipliciter dicantur, impossibile est inuenire: p̄sertim cum hoc modo quæ-

mathematica, que media sunt. Huiusmodi autem lineę & superficies, ex quibus componuntur corpora sensibilia, non est possibile esse species: quia species sunt numeri essentialiter. Huiusmodi autem sunt post numeros, nec iterum potest dici, quod sunt intermedia inter species & sensibilia. Huiusmodi enim sunt entia mathematica, & a sensibilibus separata, quod non potest dici de illis lineis & superficiebus, ex quibus corpora sensibilia componuntur. nec iterum possunt esse sensibilia. Nam sensibilia sunt corruptibilia, huiusmodi autem incorruptibilia sunt, vt infra probabitur in tertio. Ergo vel ista nihil sunt, vel sunt quantum aliquod genus entium, quod Plato p̄termisist.

f. Hic ponit sextam rationem, que talis est. Impossibile est inuenire principia alicuius multipliciter dicti, nisi multipliciter

*discipline

eitas diuidatur. Ea enim, quæ solo nomine cõuenientia sunt, & differunt ratione, non possunt habere principia cõmunia, quia sic haberent rationem eandem, cum rei cuiuscumque ratio ex suis principiis sumatur. Distincta autem principia his, quibus solum nomen commune est, assignari impos-

T.c.47.

ibile est, nisi his quorum principia sunt assignanda ad inuicem diuersis. Cũ igitur ens multipliciter dicatur, & nõ uniuoce de substantia & aliis generibus, inconuenienter assignat Plato principia existentium non diuidendo ab inuicem entia. Sed, quia aliquis posset aliquibus rone differenciis, quibus nomen commune est, principia assignare, singulis propria principia coaptando, sine hoc quod nominis cõis multiplici- tatem distingueret, hoc etiam Platonici non fecerunt. Vnde & aliter. i. alia ratione inconuenienter reu principia assignauerunt querentes, ex quibus elementis sunt entia, secundum hunc modum, quo quæsi- runt, ut. l. non omnibus entibus suffi- cientia principia assignarent. Nõ enim ex eorum dictis est accipere, ex quibus principia est agere aut pati, aut curari, aut rectum, aut alia huiusmodi accidentia. Assignabant. n. solum principia substantiarum, accidentia prætermittentes. Sed, si aliquis defendo Platonem dicere uellet, quod tunc contingit omnium entium elementa esse acquisita aut inuenta, quando contingit solarum substantiarum principia habita esse uel inuenta, hoc opinari non est uerum. Nam licet principia substantiarum etiam quodammo-

parte. 8.

do sunt principia accidentium, tamen accidentia propria principia habent. Nec sunt omnibus modis omnium generum eadem principia, ut ostendetur infra. xi. vel xij. huius. g. ¶ Disputat contra Platonem quantum ad hoc, quod ponebat ideas esse principia scientiæ in nobis. Et ponit quatuor rationes, quarum prima est. Si ex ipsis ideis scientia in nobis causatur, non continget addiscere rerum principia. constat autem quod addiscimus: ergo ex ipsis ideis scientia non causatur in nobis. Quod autem non cõtingeret aliquid addiscere sic probat. Nullus enim præcognoscit illud, quod addiscere debet, sicut geometra, & si præcognoscit alia, quæ sunt necessaria ad demonstrandum, tamen ea, quæ debet addiscere, nõ debet præcognoscere. Et similiter est in alijs scientiis. Sed, si ideæ sunt causa scientiæ in nobis, oportet quod omnium scientiam habeat, quia ideæ sunt rationes omnium scibilium: ergo non possu-

T.c.48.

mus aliquid addiscere, nisi aliquis dicat addiscere illud, quod prius præcognouit. Vnde, si ponatur quod aliquis addiscat, oportet quod non præexistat cognoscens illa, quæ addiscit, sed quædam alia, cum quibus fiat disciplinatus, i. addiscens per præcognita & omnia, id est uniuersalia & aut quædam id est singularia. Vniuersalia quidem sicut in his quæ addiscuntur per demonstrationem & diffinitionem. Nam oportet, sicut in demonstrationibus, ita in diffinitionibus esse præcognita ea, ex quibus diffinitiones sunt, quæ sunt uniuersalia. Singularia uero oportet esse præcognita in his quæ discuntur per inductionem.

Te.c.49. parte. 9.

h. ¶ Hic ponit secundam rationem, quæ talis est. Si ideæ sunt causa scientiæ, oportet nostram scientiam esse nobis connaturalem. Sensibilia. n. per hæc naturam propria adipsam participant secundum Platonicos. Sed potissima disciplina siue cognitio est illa, quæ est nobis conaturalis, nec eius possumus obliuisci, sicut patet in cognitione primorum principiorum demonstrationis, quæ nullus ignorat: ergo nullo modo possumus omnium scientiam ab ideis in nobis causatam obliuisci. Quod est contra Platonicos, qui dicebant, quod anima ex unione ad corpus obliuiscitur scientiæ, quæ naturaliter de omnibus habet, & postea per disciplinam addiscit homo illud, quod est prius notum, quasi addiscere nihil sit nisi remissioni.

par. 10.

i. ¶ Hic ponit tertiam rationem, quæ talis est. Ad cognitionem rerum, oportet de sensibilibus notitiam habere. quia sensibilia sunt manifesta elementa materialium rerum, ex quibus componuntur, sicut uoces cõpositæ ut syllabe & dictiones cõponuntur ex proprijs elementis. Si igitur per ideas scientia in nobis causatur, oportet quod per ideas causetur in nobis cognitio sensibilibus. Cognitio autem in nobis causata ex ideis, sine sensu est accepta, quia per sensum non habemus habitudinem ad ideas.

par. 11.

k. ¶ Hic ponit quartam rationem, quæ talis est. Ad cognitionem rerum, oportet de sensibilibus notitiam habere. quia sensibilia sunt manifesta elementa materialium rerum, ex quibus componuntur, sicut uoces cõpositæ ut syllabe & dictiones cõponuntur ex proprijs elementis. Si igitur per ideas scientia in nobis causatur, oportet quod per ideas causetur in nobis cognitio sensibilibus. Cognitio autem in nobis causata ex ideis, sine sensu est accepta, quia per sensum non habemus habitudinem ad ideas.

¶ Quomodo autem aliquis discet omnium elementa? Palam enim, quia nõ est possibile præexistere cognoscẽtem prius. Si cut enim geometrizare discen- tem, alia quidẽ oportet præscire, quorũ aut scietia, & de quibus futuris est discere, nõ præ- noscit, ita & in alijs. Quare, si qua est omnium scietia, & de quibus oportet, ut quidã aiunt, nihil utique hic præexistit cogno- scẽs. Quãuis sit omnis discipli- na per præcognita, aut oia, aut quedã, aut per demonstratiõem aut per diffinitionem. oportet n. ex quibus est diffinitio præ- scire & esse nota. similiter autem & quæ per inductionem.

¶ Quomodo uero aliquis cuncto- rum elementa discet? Manifestum est enim, quod non est possibile quicquam eum cognoscere prius. quemadmodum enim ille, qui Geometriam discit, aliqua quidem præscire con- tingit: quorum uero illa scientia est, & quæ docendus est nihil præscit, ita & in cæteris. Quare si qua cuncto- rum est scientia, ut quidam aiunt, nihil profecto is præcognoscere possit. Atqui omnis disciplina per præco- gnita, aut omnia, aut aliqua est: & aut per demonstratiõem, aut per diffinitionem: ex quibus enim diffini- tio est, illa præcognoscere oportet, ac nota esse. similiter & quæ per in- ductionem.

¶ At si innata nobis est, mirum est quomodo nos fugit, optimam scientiarum habentes.

¶ Item quo pacto quis cognoscat, ex quibus est, & quomodo manifestum erit: etenim hoc habet ambiguitatem. Dubitabit enim quispiam, sicut & de quibusdam syllabis. quidam enim syllabam S M A ex S & M & A aiunt esse: quidam uero alium sonum esse dicunt, & nullum ex notis.

¶ Item quorum sensus est, ea quomodo quis noscet sensum nõ habens? atqui oportet et. siquidem eadem cunctorum elementa sunt, ex quibus, sicuti compositæ uoces, ex proprijs sunt elementis.

¶ Quod ex hoc patet: quia de his interdum contingit esse dubitationem, sicut de hac syl- laba sma, quidã dubitabãt utrũ sit cõposita ex tribus literis, s. s. m. a. aut sit una litera præter oes prædictas, habes propriũ sonũ. Sed ex ideis nõ possunt cognosci nisi principia formalia, quia ideæ sunt formæ rerum: ergo nõ sunt sufficientes causæ cogni- tionis rerum, principijs materialibus remanentibus ignotis.

¶ Secundo inde.

¶ Hic ponit

¶ Hic ponit

¶ Hic ponit

In co-

In cognoscendo ergo, sequitur, quod aliquis non habens sensum possit cognoscere sensibilia: quod patet esse falsum. Nam cæcus natus non potest habere scientiam de coloribus.

¶ Quæ ergo dictas casus in phy- sicis quere uisi sunt oes, & extra has nullã habemus dicere: palam ex pri' dictis. Sed obscure hæc, & nõ quodã nullatenus. Balbutiẽs uero uisa prima philoso- phia. de omnibus, uelut noua existẽs circa principium & pri- mum. Quoniã & Empe. osi dicitur inesse rones. Hoc autem est quod quid erat esse & substantia rei. At uero similiter necessariũ & carnis & aliorũ singulorũ esse rone, aut nihil. pp hoc. n. & caro & os est & aliorũ unũquod- que, & nõ pp materiã, quã ille dicit ignẽ, & terrã, & aerem, & aquã. Sed hoc alio dicente quod similiter dixit ex necessitate: manifeste uero nõ dixit. De tali- bus quodã igitur prius est ostẽdum. Quæcumque uero de ipsis his du- bitabit aliquis, resumam' ite- rum. nam forsitan ex ipsis ali- quid inuestigabimus ad poste- riores dubitationes.

¶ Sed similiter necessarium est de carne & de singulis alio- rum, aut de nullor. Omnia enim ista ex elementis commista sunt. Et propter hoc patet, quod caro, & os & omnia huiusmodi non sunt id, quod sunt propter mate- riam, quæ ab eo po- nit quatuor elemen- ta, sed pp hoc prin- cipium, scilicet forma- le. Hoc autem Empe. quasi ex necessi- tate ueritatis coa- ctus posuit, aliquo- alio expressus ista dicente: sed ipse ma- nifeste non expresse- sit. Et sicut expresse non manifestauerunt naturam formæ, ita nec materiæ, ut su- pra de Anaxagora dictum est. Et si- militer nec alicuius alterius principij. De talibus ergo, quæ ab alijs imper- fecte dicta sunt, di- ctum est prius. Ite- rum autem in Ter- tio libro recapitula- bimus de istis qua- cunque circa hoc potest aliquis dubi- tare ad unam par- tem uel ad aliam. Ex talibus enim du- bitationibus forsitan inuestigabimus aliquid utile ad dubitationes, quas postea per totam scientiam proficere & determinare oportet.

COMMENTARIORVM S. THO. SVPER PRIMVM Metaphy. Finis.



A R I S T O T E L I S M E T A P H Y S I C O R V M .

LIBER SECVNDVS,

Cum Diui Thomæ præclarissimis commentarijs .

LECTIO I.

Rostquam Philosophus reprobat opinioniones anti-
quorum philosophorum de primis principiis re-
rum, circa quæ uersatur principaliter Philosophi
primi intentio, hic accedit ad determinandum ue-

T. con. 1.
par. 1.

par. 1.

par. 3.

par. 4.

par. 5.

Le. 2. huius
secundi,
Lect. ulti-
ma huius.
par. 6.
Lect. huius
par. 8.
Lect. huius

ritatem. Aliter autem
se habet considera-
tio philosophiæ pri-
mæ circa ueritatem,
& aliarum particula-
rium scientiarum.
Nam unaquæq; par-
ticularis scientia co-
siderat quædam par-
ticulare ueritatē cir-
ca determinatū Geo-
metria circa rerum
magnitudines, Ari-
thmetica circa nu-
meros. Sed philoso-
phia prima conside-
rat uniuersalem ue-
ritatem entium. Et
ideo ad hunc Philo-
sophum pertinet co-
siderare, quomodo
se habeat homo ad
ueritatem cognosce-
dam. Diuiditur ergo
ista pars in par-
tes duas. In prima
parte determinat ea
quæ pertinent ad co-
siderationē uniuersa-
lis ueritatis. In se-
cunda incipit inqui-
rere ueritatē de pri-
mis principiis & om-
nibus alijs, ad quæ ex-
tenditur huius phi-
losophiæ consideratio, & hoc in tertio libro, qui incipit
Necesse est nobis acquirere scientiam &c. } Prima autem pars
d uiditur in partes tres. In prima dicit qualiter se habet ho-
mo ad considerationem ueritatis. In secunda ostendit ad quæ
scientiam principaliter pertinet cognitio ueritatis. ibi: } Vocari
uero philosophiam ueritatis &c. } In tertia parte ostendit
modum considerandæ ueritatis, ibi: } Contingunt autem
auditiones &c. } Circa primum tria facit. Primo ostendit faci-
litatem existentem in cognitione ueritatis. Secundo ostendit
causam difficultatis. ibi: } Forasan autem ex difficultate &c. }
Tertio ostendit quomodo homines se inueniunt iuuant ad co-
gnoscentium ueritatem, ibi: } non solum autem his dicere &c. }
Circa primum duo facit. Primo proponit intentum dicens
quod theoria. i. consideratio uel speculatio de ueritate, quodam
modo est facilis, & quodammodo difficilis. Secundo ibi.
¶ Manifestat propositum, & primo quantum ad facilitatē.
Secundo quantum ad difficultatē, ibi: } Habere autem to-
tum & partem &c. } Facilitatem autem in considerando ueri-
tatem ostendit tripliciter. Primo quidem hoc signo, quod licet
nullus homo ueritatis perfectam cognitionē adipisci possit:
tamen nullus homo est ita expertus ueritatis, quin aliquid de
ueritate cognoscat. Quod ex hoc apparet, quod unusquis-
que potest enuntiare de ueritate & natura rerum: quod est
signum considerationis interioris. Secundo signum ponit
ibi:
¶ Dicens, quod licet id, quod unus homo potest immitte-
re, uel apponere ad cognitionem ueritatis suo studio & inge-
nio, sit aliquid paruum per comparationem ad totam consi-
derationem ueritatis, tamen illud, quod aggregatur ex omni-
bus } coarticulatis } id est exquisitis & collectis sit aliquid ma-

LECTIO I.

Re ueritate quæ theoria
i. cōtēplatio sic diffici-
lis est, sic uero facilis.

Signum autem, nec digne
nullū adipisci ipsam posse, nec
omnes fallere, sed unum quē-
que aliquid de natura dicere.

Et secundū unumquēq; qui
dē nihil, aut parum ei immitte-
re, de omnibus autē coarticu-
latis fieri magnitudinē aliquā.

Quare, si uidetur habere ut
proverbialiter dicimus, In for-
ribus quis delinquet? si quidē
utriusque erit facilis.

Habere autem totum, & par-
tem non posse, hoc eius difficultatem
eius ostendit.

Forasan autem & difficultate
secundum duos existente mo-
dos, nō in reb; , sed in nobis est

gnum, ut potest apparere in singulis artibus, quæ per diuer-
sorum studia & ingenia ad mirabile incrementum peruenerunt:
Tertio manifestat idem per quoddam exemplum vul-
garis prouerbii. ibi.
¶ Concludens ex præmissis, quod ex quo unusquisq; po-
test cognoscere de ueritate, licet par-
uum, ita se habere uidetur in cognitio-
ne ueritatis, sicut p-
uerbially dicitur, In } foribus } id est
in sanis domorum
quis delinquet? In-
teriora enim domus
quis delinquet? In-
teriora enim domus
difficile est scire, &
circa ea facile est ho-
minem decipi, sed
sicut circa ipsum in-
troitum domus, qui
omnibus patet &
primo occurrit, nul-
lus decipitur, ita et
est in consideratione
ueritatis. Nam
ea, per quæ intratur
in cognitionē alio-
rum nota sunt om-
nibus, & nullus cir-
ca ea decipitur. Hu-
iusmodi autem sunt
prima principia na-
turaliter nota, ut nō
esse simul affirmare
& negare, & quod
omne totum est ma-
ius sua parte, & simi-
lia. Circa conclusio-
nes uero, ad quas
p- huiusmodi quasi
per ianuā intratur,
contingit multaties errare. Sic igitur cognitio ueritatis est fa-
cilis } in quantum scilicet ad minus istud modicum, quod est
principium per se notum, per quod intratur ad ueritatem, est
omnibus per se notum. Deinde cum dicit.
¶ Manifestat difficultatem, dicens, quod hoc ostendit diffi-
cultatem, quæ est in consideratione ueritatis: quia non possu-
mus habere circa ueritatem totum & partem. Ad cuius eui-
dentiam considerandum est, quod hic dixit omnibus esse no-
tum, per quod in alia introitur. Est autem duplex uia pro-
cedendi ad cognitionem ueritatis. Una quidem per modum
resolutionis, secundum quam procedimus a compositis ad sim-
plicia, & a toto ad partem, sicut dicitur in Primo Physicorū,
¶ consilia sunt prius nobis nota. Et in hac uia perficitur cog-
nitio ueritatis, quando peruenitur ad singulas partes distin-
cte cognoscendas. Alia est uia compositionis, per quam proce-
dimus a simplicibus ad composita, qua perficitur cognitio ue-
ritatis cum peruenitur ad totum. Sic igitur hoc ipsum, quod ho-
mo nō potest in rebus perfecte totum & partem cognoscere,
ostendit difficultatem considerandæ ueritatis secundum utrā-
que uiam, Deinde cum dicit.
¶ Ostendit eam præmissa difficultatis. Vbi similiter considerā-
dū est, quod in oibus, quæ cōsistunt in quadā habitudine unius ad
alterū potest impediri dupliciter uel ex uno, uel ex alio acci-
dere. sicut si lignū nō cōburat, hoc contingit uel quia ignis est
debilis, uel quia lignū nō est bene cōbustibile. & sicut oculū im-
peditur a uisione alicuius uisibilis, aut quia est debilis, aut quia
uisibile est tenebrosius. Sic igitur potest contingere, quod ueritas sit
difficilis ad cognoscendum, uel propter defectum, qui est in ip-
sis reb; , uel propter defectum, qui est in intellectu nostro.
Et quod quantum ad aliquas res difficultas contingat, in co-
gnoscenti-

LECTIO I.

Speculatio de ueritate, par-
tim difficilis, partim faci-
lis est.

Signum autem, quod neque satis
eam aliquis consequitur, neque aber-
rant omnes ab ea, sed quisque aliquid
de natura dicit.

Et singuli quidem nil, aut paruum
ei addunt, ex omnibus uero collectis
aliqua magnitudo fit.

Quare, si uia se uidetur habere, ut
in prouerbio dicimus, quis aberrabit
a ianua? hoc modo profecto facilis
esset.

Totum autem, & partem habere
non posse, hoc eius difficultatem osten-
dit.

Cum uero difficultas duobus sit
modis, fortassis causa eius non reb; ,
sed nobis ipsis inest. que modum

et. 10

Tex. 3.
par. iuma.

T. 67.

T. 63.

gnosendo ueritatem ipsarum rerum, ex parte earum patet.
Cum enim unumquodque sit cognoscibile in quantum est
ens actu, ut infra in Nono huius dicitur, illa, quæ habent esse
deficiens & imperfectum, sunt secundum se ipsa parum cogno-
scibilia, ut materia, motus, & tempus propter esse eorum im-
perfectiōem, ut Boe-
tius dicit in libro
de Duabus Naturis.
Fuerunt autem ali-
qui Philosophi, qui
posuerunt difficulta-
tem cognitionis re-
ritatis, totaliter pro-
uenire ex parte re-
rum, ponentes nihil
esse fixum & stabile
in reb; , sed omnia
esse in continuo flu-
xu, ut infra in Quar-
to huius dicitur.
Sed hoc excludit
Philosophus dicens,
quod quamuis diffi-
cultas cognoscendæ
ueritatis forsitan pos-
sit secundum aliqua
diuersa esse duplici-
ter, uidelicet ex par-
te nostrā, & ex par-
te rerum, non tamē
principalis causa dif-
ficultatis est ex par-
te rerum, sed ex par-
te nostrā. Et hoc sic
probat. Quia, si dif-
ficultas esset princi-
paliter ex parte re-
rum, sequeretur, quod
illa magis cognosce-
remus, quæ sunt ma-
gis cognoscibilia secundū suam naturam. Sunt autē maxime
cognoscibilia secundū naturā suā, quæ sunt maxime in actu,
scilicet immaterialia & immobilia, quæ sunt maxime no-
bis ignota. Unde manifestum est, quod difficultas accidit in cog-
nitione ueritatis, maxime propter defectum intellectus nostri.
Ex quo contingit, quod intellectus animæ nostræ hoc modo se ha-
bet ad entia immaterialia, quæ inter omnia sunt maxime ma-
nifesta secundum suam naturam, sicut se habent oculi nyctico-
racum ad lucē diei, quæ uideri nō possunt, quāuis uideant ob-
scura. Et hoc est propter debilitatē uisus eorū. Sed uidentur
hec similitudo non esse cōueniens. Sensus enim quia est potētia
organī corporalis, corrumpitur ex uoluntate sensibilibus, intel-
lectus autē, cum non sit potētia alicuius organī corporalis, nō
corrumpitur ex excellenti intelligibili. Unde post apprehen-
sionem alicuius magni intelligibilis, non minus intelligimus
minus intelligibilia, sed magis, ut dicitur in Tertio de anima.
Dicendum est ergo, quod sensus impeditur a cognitione alicuius
sensibilis dupliciter. Vno modo, per corruptionem organī ab
excellenti sensibili, & hoc, locum nō habet in intellectu. Alio
modo, ex defectu proportionis ipsius uirtutis sensitivæ ad obie-
ctū. Potentia enim nō sunt eisdem uirtutis in omnibus ani-
malibus, sed sicuti homini hoc in sua specie cōuenit, quod ha-
beat pessimum olfactum, ita nycticoraci, quod habeat debilem ui-
sum, quia nō habet proportionē ad claritatē diei cognoscen-
dam. Sic igitur, cum anima humana sit uirtutis in ordine sub-
stantiarum intellectiuarum, minime participat de uirtute in-
tellectiua: & sicut ipsa quidē secundum naturā est actus corpo-
ris, eius autem intellectuā potētia nō est actus organī corpo-
poralis, ita habet naturā aptitudinem ad cognoscendū cor-
poralium, & sensibilem ueritatem, quæ sunt minus cognosci-
bilia secundum suā naturā propter eorum materialitatem, sed
tū cognosci possunt per abstractionē a sensibilibus phantaf-
matibus. Et quia hic modus cognoscendi ueritatem conuenit
naturæ humanæ animæ, secundū quod est forma talis corporis, quod
autē sunt naturalia semper manent, impossibile est, quod anima
humana huiusmodi corpori uita, cognoscat de ueritate re-
rum, nisi quantum potest eleuari per ea, quæ abstractio a phan-
tasmatis intelligit. Per hec autem nullo modo potest ele-
uari ad cognoscendū quidditatem immaterialium substantiarū,
rum, quæ sunt in proportionate istis substantiis sensibilibus.
Unde impossibile est, quod anima humana huiusmodi corpori
uita, apprehendat substantias separatas cognoscendo de eis.

quod quid est. Ex quo apparet falsum esse quod Auerr. hic di-
cit in cōmento, quod Philosophus nō demonstrat hic res abstra-
ctas intelligere, esse impossibile nobis, sicut impossibile est ve-
speritioni inspicere solem. Et ratio sua, quam inducit, est val-
de derisibilis. Subiungit enim, quoniam si ita esset, natura ocio-
se egisset, quia fecit
illud, quod in se est
naturaliter intelli-
gibile, non esse intelle-
ctū ab aliquo, sicut
si fecisset solem non
comprehensum ab
aliquo visu. Deficit
enim hec ratio. Pri-
mo quidem in hoc,
quod cognitio intel-
lectus nostri nō est
finitis substantiarum
separatarū, sed ma-
gis econuerso. Unde
nō sequitur, quod
si nou cognoscat
substantias separate
a nobis, quod propter
hoc sine frustra.
Frustra enim est, quod
nō sequitur finem,
ad quem est. Secun-
do, quia & si substā-
tiæ separate nō in-
telliguntur a nobis
secundū suas quid-
ditates, intelliguntur
tamen ab alijs
intellectibus: sicut
solem, & si non ui-
deat oculus nyctico-
racis, uidet tamen
eum oculus aquilæ.
Deinde cum dicit.
¶ Ostendit quomodo se homines ad inueniendum ad cō-
siderandum ueritatē. Adiuuatur enim uisus ab altero ad conside-
rationem ueritatis dupliciter. Vno modo directe. Alio modo
indirecte. Directe quidem iuuatur ab his, qui ueritatem inue-
nerunt, quia, sicut dicitur est, dum unusquisque proceditur
aliquid de ueritate inuenit, simul in unum collectū, postero-
res introducit ad magnam ueritatis cognitionē. Indirecte uero,
in quantum priores errantes circa ueritatem, & posterioribus
exercitij occasionem dederunt, ut diligenti discussione habi-
ta, ueritas limpida appareret. Est autem iustus, ut his, quibus
adiuri sumus in tanto bono, cognitione ueritatis, gratia aga-
mus. Et ideo dicit, quod iustus est gratiam referre non solum his,
quos quis existimat ueritatē inuenisse, quorum opinionibus
aliquis communicat sequendo eas, sed etiam illis, qui superfi-
cialiter locuti sunt ad ueritatem inuestigandam, licet eorū opi-
niones non sequamur, quia isti etiam aliquid cōserunt nobis.
Præstiterunt enim nobis quoddam exercitium circa inquisi-
tionem ueritatis. Et ponit exemplum de inuentoribus musi-
cæ: Si enim non fuisset Timotheus, qui multa de arte musi-
cæ inuenit, non haberemus ad presens multa, quæ seimus cir-
ca melodias. Et si non præcessisset quidam Philosophus nomi-
ne Phrynys, Timotheus non fuisset ita instructus in musica-
libus. Et similiter est dicendum de philosophis, qui enuncia-
uerunt uniuersaliter ueritatem rerum. A quibusdā enim præ-
decessorum nostrorum accepimus aliquas opiniones de uerita-
tate rerum, in quibus credimus eos bene dixisse, alias opinio-
nes prætermittentes. Et iterum illi a quibus nos accepimus,
inueniunt aliquos prædecessores, a quibus acceperunt, quibus
fuerunt eis causa instructionis.

Verum non solum illis agenda
sunt gratia, quorum opinionibus quis
acquiescit, sed illis, qui superficie-
tenus dixerunt. conferunt enim ali-
quid etiam isti. habitum namque no-
strum exerceuerunt. Si enim Timo-
theus non fuisset, multum melodiæ
nequaquam habuissēmus. si tamen
Phrynys non exiisset, ne Timotheus
quidem. Simili modo & de illis est,
qui de ueritate asseruerunt. a quibus-
dam enim aliquis accepimus opinio-
nes, quidam uero, ut hi fuerunt, cau-
sa fuerunt.

LECTIO II.

Reste autem se habet philo-
sophiam scientiam uerita-
tis cōtemplatiuam appel-
lasse. speculatiuam etenim finis ueri-

¶ Ostendit quomodo se homines ad inueniendum ad cō-
siderandum ueritatē. Adiuuatur enim uisus ab altero ad conside-
rationem ueritatis dupliciter. Vno modo directe. Alio modo
indirecte. Directe quidem iuuatur ab his, qui ueritatem inue-
nerunt, quia, sicut dicitur est, dum unusquisque proceditur
aliquid de ueritate inuenit, simul in unum collectū, postero-
res introducit ad magnam ueritatis cognitionē. Indirecte uero,
in quantum priores errantes circa ueritatem, & posterioribus
exercitij occasionem dederunt, ut diligenti discussione habi-
ta, ueritas limpida appareret. Est autem iustus, ut his, quibus
adiuri sumus in tanto bono, cognitione ueritatis, gratia aga-
mus. Et ideo dicit, quod iustus est gratiam referre non solum his,
quos quis existimat ueritatē inuenisse, quorum opinionibus
aliquis communicat sequendo eas, sed etiam illis, qui superfi-
cialiter locuti sunt ad ueritatem inuestigandam, licet eorū opi-
niones non sequamur, quia isti etiam aliquid cōserunt nobis.
Præstiterunt enim nobis quoddam exercitium circa inquisi-
tionem ueritatis. Et ponit exemplum de inuentoribus musi-
cæ: Si enim non fuisset Timotheus, qui multa de arte musi-
cæ inuenit, non haberemus ad presens multa, quæ seimus cir-
ca melodias. Et si non præcessisset quidam Philosophus nomi-
ne Phrynys, Timotheus non fuisset ita instructus in musica-
libus. Et similiter est dicendum de philosophis, qui enuncia-
uerunt uniuersaliter ueritatem rerum. A quibusdā enim præ-
decessorum nostrorum accepimus aliquas opiniones de uerita-
tate rerum, in quibus credimus eos bene dixisse, alias opinio-
nes prætermittentes. Et iterum illi a quibus nos accepimus,
inueniunt aliquos prædecessores, a quibus acceperunt, quibus
fuerunt eis causa instructionis.

LECTIO II.

Rostquam Philosophus ostendit qualiter se habet
homo ad considerationem ueritatis, hic ostendit,
quod cognitio ueritatis maxime ad philosophiā
primam pertinet. Et circa hoc duo facit. Primo
ostendit, quod ad philosophiam primam, maxime pertinet
cognitio ueritatis: Secundo excludit quandam falsam opinio-
nem, per quam sua probatio tolleretur, ibi: } At uero quod sit
principium. } Circa primum duo facit. Primo ostendit, quod
ad philosophiam primam pertinet cognitio ueritatis: Secun-
do quod maxime ad ipsam pertinet, ibi: } Necesse est autem
uerum

part. sequē.
Lect. huius
part. 2.
Lect. huius
text.

verum sine causa &c. Hec autem duo ostendit ex duobus; quae supra probata sunt in proemio libri, scilicet quod sapientia sit non practica, sed speculativa: & quod sit cognoscitiva causarum primarum. Ex primo autem horum, sic argumentatur ad primam conclusionem. Theorica, id est, speculativa differt a practica secundum finem; nam finis speculativus est veritas. Hoc enim est quod intendit, scilicet veritatis cognitionem. Sed finis practicus est opus, quia & si practici hoc est operari intendunt cognoscere veritatem, quomodo se habeat in aliquibus rebus, non tamen quaerunt eam tanquam vltimum finem. Non enim considerant causam veritatis secundum se, & propter se, sed ordinando ad finem operationis, siue applicando ad aliquod determinatum particulare, & ad aliquod determinatum tempus. Si ergo huic commiserimus, quod sapientia, siue philosophia prima non est practica, sed speculativa, sequetur, quod recte debeat dici scientia veritatis. Sed quia multae sunt scientiae speculativae, quae veritatem considerant, ut geometria, & arithmetica, sicut necessarium consequenter ostendit, quod philosophia prima maxime considerat veritatem propter id, quod supra ostensum est, scilicet, quod est considerativa primarum causarum: & ideo argumentatur sic. Scientia de vero non habetur nisi per causam, ex quo apparet, quod coram verum, de quibus est scientia aliqua, sunt aliqua causa, quae etiam veritatem habent. Non enim potest sciri verum per falsum, sed per aliud verum. Unde & demonstratio, quae facit scientiam, ex veris est, ut dicitur in primo Posteriorum. Deinde adiungit quandam vniuersalem propositionem, quae talis est. Vnumquodque inter alia maxime dicitur, ex quo causatur in aliis aliquid vniuersae praedicationis de eis, sicut ignis est causa caloris in elementis. Unde, cum calor vniuersae dicitur & de igne, & de elementis corporibus, sequitur quod ignis sit calidissimus. Facit autem mentionem de vniuersatione, quia quandoque contingit, quod effectus non peruenit ad similitudinem causae secundum eandem rationem speciei, propter excellentiam ipsius causae. Sicut sol est causa caloris in istis inferioribus, non tamen inferiora corpora possunt recipere impressionem solis, aut aliorum caelestium corporum secundum eandem rationem speciei, cum non communicent in materia. Et propter hoc, non dicimus solem esse calidissimum, sicut ignem, sed dicimus solem esse aliquid amplius quam calidissimum. Nomen autem veritatis non est proprium alicui speciei, sed se habet communiter ad omnia entia. Unde, quia illud, quod est causa veritatis, est causa communicans cum effectu in nomine & ratione communi, sequitur, quod illud, quod est posterioribus causa, ut sint vera, sit verissimum. Ex quo vltimus concludit, quod principia eorum quae sunt semper, & corporum caelestium, necesse est esse verissima.

Tex. c. 5. part. 2.

Tex. c. 5.

ctice opus. Etenim si quomodo se habet intendunt: non tamen secundum se, sed ut ad aliquid: & nunc speculatur practici. Nescimus autem verum sine causa. Vnumquodque vero maxime ipsum aliorum dicitur, secundum quod & in aliis inest vniuersatio. puta ignis calidissimus: etenim est causa aliis hic calor. Quare & verissimum: quod posterioribus est causa, ut sint vera. Quapropter semper existentium principia esse verissima necesse est. non enim quoadque vera, quae non vera: nec illis causa aliqua est ut sint, sed illa aliis. Quare vnumquodque, sicut se habet ut sit, ita & ad veritatem.

At vero quod sit principium quoddam, & non infinitum causae existentium nec indirectum, nec secundum speciem, palam. Neque enim ut ex materia hoc ex hoc in infinitum progredi est possibile: velut carnem quidem ex terra, terram vero ex aere, aerem autem ex igne, & hoc non stare. Nec unde principium motus, ut hominem ab aere moueri, & hunc a sole, & solē a luce, & huiusmodi nullum esse finem. Similiter autem nec id, cuius causa, in infinitum ire est possibile. Iter quidem sanitatis causa, illa vero felicitatis, & felicitate alterius, & ita semper aliud alterius causam esse. Et in quod quid erat esse similiter.

ma. Et hoc duplici ratione. Primo quidem, quia non sunt quandoque vera, & quandoque non: & per hoc transcendit in veritate generalia & corruptibilia, quae quandoque sunt, & quandoque non sunt. Secundo, quia nihil est eis causa, sed ipsa sunt causa essendi aliis. Et per hoc transcendunt in veritate & entitate corpora esse lesia, quae & si sint incorruptibilia, tamen habent causam non solum quantum ad suum moueri, ut quidam opinati sunt, sed etiam quantum ad suum esse, ut hic Philosophus expressit. Er hoc est necessarium, quia necesse est ut omnia composita & participantia, reducatur in ea, quae sunt per essentiam, sicut in causas. Omnia autem corporalia sunt entia in actu, in quantum participant aliis quas formas. Unde necesse est substantiam separatam, quae est forma per suam essentiam, corporalis substantiae principium esse. Si ergo huic deductioni adiungamus, quod philosophia prima considerat primas causas: sequetur, ut philosophia prima considerat ea, quae sunt maxime vera. Unde ipsa est maxime scientia veritatis. Ex his autem inferat quoddam corollarium. Cum enim ita sit, quod ea quae sunt aliis causa essendi, sunt maxime vera, sequitur, quod vnumquodque sicut se habet ad hoc, quod sit, ita etiam se habeat ad hoc, quod habeat veritatem. Ea enim, quorum esse non semper eodem modo se habet, nec veritas eorum semper manet. Et ea, quorum esse habet causam, etiam veritatis causam habent. Et hoc ideo, quia esse rei est causa vere existimationis, quam mens habet de re. Verum enim & falsum non est in rebus, sed in mente, ut dicitur sexto huius. Deinde cum dicitur.

tas, practicae autem opus. Etenim si quomodo se habent considerant, non causam per se, sed ad aliquid, & eo in tempore practici speculantur. Nescimus autem verum absque causa. Vnumquodque vero id ipsum maxime aliorum est, secundum quod aliis vniuersatio inest, & igitur calidissimum: etenim ceteris hic est caliditatis causa. Quare verissimum etiam est id, quod posterioribus ut vera sint, causa est. Propter quod principia semper existentium necesse est verissima esse. nec enim aliquando vera: nec illis ut sint, aliquid aliud causa est, sed illa ceteris. Quare ut secundum esse vniuersum quodque, se habet, ita etiam secundum veritatem.

At vero quod est principium aliud quod, neque sunt infinita entium causa; neque in rectum, neque secundum speciem, patet. Nec enim ut ex materia, hoc ex hoc potest ire in infinitum, ut carnem ex terra, terram ex aere, aerem ex igne, & hoc non stare. Nec unde principium motus, velut hominem quidem ab aere moueri, hunc vero a sole, solem autem a contentione, & huius nullum esse finem. Similiter nec cuius causa in infinitum progredi potest: ut deambulationem quidem sanitatis causa, illam vero felicitatis, felicitatem vero alterius, & ita semper aliud alterius gratia esse. Similiter autem & de ipso quid erat esse.

modo se habet, nec veritas eorum semper manet. Et ea, quorum esse habet causam, etiam veritatis causam habent. Et hoc ideo, quia esse rei est causa vere existimationis, quam mens habet de re. Verum enim & falsum non est in rebus, sed in mente, ut dicitur sexto huius. Deinde cum dicitur.

Remouet quoddam, per quod praecedens probatio posset infringi, quae procedebat ex suppositione huius, quod philosophia prima considerat causas primas. Hoc autem tolleretur, si causa in infinitum procederet: tunc enim non essent aliquid prime causa. Unde hoc hic remouere intendit. Circa hoc duo facit. Primo proponit intentum. Secundo probat propositum, ibi: Mediorum, n. extra quae est aliquid &c. Dicit ergo primo. Palam potest esse ex his, quae dicuntur, quod sit aliquid principium esse, & veritatis rerum, & quod causae existentium non sunt infinitae, nec procedendo in directum secundum vnam aliquam speciem causae, puta, in specie causarum efficientium: nec etiam sunt infinitae secundum speciem, ita quod sint infinitae species causarum. Exponit autem quod dixerat causas infinitas esse in directum. Primo quidem in genere causarum materialium. Non enim possibile est procedere in infinitum in hoc, quod aliquid fiat ex aliquo sicut ex materia, puta, ut caro fiat ex terra, terra vero ex aere, aer ex igne, & hoc non fiat in aliquo primo, sed procedat in infinitum. Secundo exemplificat in genere causae efficientis dicens, quod nec possibile est ut causa, quae dicitur, unde principium motus, in infinitum procedat, puta cum

lect. 14.

Tex. c. 6. par. prima.

T. com. 7. part. 1.

part. 3.

part. 1. Lect. huius part. sequē. Lect. sequē. part. 5. Lect. sequē.

LECTIO III.

LECTIO III.

cum dicitur hominem moueri ad deponendum vestes ab aere calefacto, aerem vero calefieri a sole, solem vero moueri ab aliquo alio, & hoc in infinitum. Tertio, exemplificat in genere causarum finalium: & dicit, quod similiter non potest procedere in infinitum illud, quod est quae causa & scilicet causa finalis. ut si dicamus, quod iter, siue ambulatio est propter sanitatem, sanitas autem propter felicitatem, felicitas autem propter aliquid, & sic in infinitum. Vltimo, facit mentionem de causa formali: & dicit, quod similiter non potest procedi in infinitum in hoc, quod est quod quod erat esse: id est in causa formali, quam significat diffinitio. Sed exempla praetermittit, quia sunt manifesta, & probatum est in primo posteriorum, quod non proceditur in infinitum in praedicatione, pura quod animal praedicitur de homine in eo quod quid est, & viuū de animali, & sic in infinitum.



Nediorum enim, extra quae est aliquid vltimum & primum, necesse est esse quod prius est, causam esse eorum quae post illud sunt. Si enim dicere nos oportuerit quid trium causa est, primum dicemus, non enim vltimum; nullius enim quod vltimum est, neque medium; unius enim: nullius differt unum an plura sint, nec infinita, aut finita. Infinitorum quidem hoc modo, & omnino infiniti secundum modum istum & omnino infiniti partes, omnes mediae sunt, similiter autem vsque modo. Quare, si nihil est ex toto aliquid primum, nec ex toto causa nulla est.

LECTIO III.



Dupliciter autem fit hoc ex hoc, non ut hoc dicitur post hoc, ut ex isthmiis olympia, sum ire, procedere autem in patientibus est in deorsum ire. Sicut autem agere attribuitur causae mouenti, ita pati attribuitur materiae. Unde processus causarum mouentium est in sursum, processus autem causarum materialium est in deorsum. Quia ergo ostendit, quod non est in infinitum procedere in causis mouentibus, quasi in sursum procedendo, subiungit, quod nec etiam possibile est ire in infinitum in deorsum, secundum scilicet processum causarum materialium, supposito quod sursum ex parte causarum mouentium inueniatur aliquod principium. Et exemplificat de processu materialium, qui est in deorsum. ut si dicamus, quod ex igne fit aqua, & ex aqua terra, & sic in infinitum. Et vterque hoc exemplo secundum opinionem antiquorum naturalium, qui posuerunt vnum aliquod elementorum esse principium aliorum quoddam ordine. Potest autem & aliter exponi, ut intelligamus, quod in causis mouentibus manifesti sunt ad sensum vltimi effectus, qui non mouent. Et ideo, non quaeritur si procedatur in infinitum in inferioribus secundum illud genus, sed si procedatur in superius. Sed in genere causarum materialium e conuerso supponitur vnum primum, quod sit fundamentum & basis aliorum, & dubitatur, utrum in infinitum procedatur in deorsum, secundum processum eorum, quae generantur ex materia. Et hoc sonat exemplum propositum. Non enim dicitur ut ignis ex aqua, & hoc ex alio, sed e conuerso, ex igne aqua, & ex hoc aliud. Unde supponitur prima materia, & quaeritur an sit processus in infinitum in his, quae generantur ex materia. Deinde cum dicitur.

ultima, & vtrunque repugnat rationi infiniti: quod excludit opinionem terminum & principium & finem. Est autem & ad aliud attendendum, quod si alicuius finiti sint plures partes mediae, non omnes partes simili ratione sunt mediae. Nam quaedam magis appropinquant primo, quaedam magis appropinquant vltimo. Sed in infinito, quod non habet primum & vltimum, nulla pars potest magis appropinquare, vel minus principio, aut vltimo. Et ideo, vsque ad quancunque partem, quam modo signaueris, omnes partes similiter sunt mediae. Sic igitur, si causet mouentes procedant in infinitum, nulla erit causa prima. Sed causa prima erat causa omnium: ergo sequeretur, quod totaliter omnes causet tolleretur. Sublata enim causa, tolluntur ea, quorum est causa. Deinde cum dicitur.



Et neque deorsum possibile est in infinitum descendere, cum id, quod sursum uersus principium habet, ut ex igne quidem aquam, ex hac uero terram, & ita semper aliud quoddam genus fieri. Dupliciter enim hoc ex hoc fit, non ut hoc post hoc dicitur, ut ex isthmiis ludis olympiaci, sed ut aut

Et neque deorsum possibile est in infinitum descendere, cum id, quod sursum uersus principium habet, ut ex igne quidem aquam, ex hac uero terram, & ita semper aliud quoddam genus fieri.

Dupliciter enim hoc ex hoc fit, non ut hoc post hoc dicitur, ut ex isthmiis ludis olympiaci, sed ut aut

sum ire, procedere autem in patientibus est in deorsum ire. Sicut autem agere attribuitur causae mouenti, ita pati attribuitur materiae. Unde processus causarum mouentium est in sursum, processus autem causarum materialium est in deorsum. Quia ergo ostendit, quod non est in infinitum procedere in causis mouentibus, quasi in sursum procedendo, subiungit, quod nec etiam possibile est ire in infinitum in deorsum, secundum scilicet processum causarum materialium, supposito quod sursum ex parte causarum mouentium inueniatur aliquod principium. Et exemplificat de processu materialium, qui est in deorsum. ut si dicamus, quod ex igne fit aqua, & ex aqua terra, & sic in infinitum. Et vterque hoc exemplo secundum opinionem antiquorum naturalium, qui posuerunt vnum aliquod elementorum esse principium aliorum quoddam ordine. Potest autem & aliter exponi, ut intelligamus, quod in causis mouentibus manifesti sunt ad sensum vltimi effectus, qui non mouent. Et ideo, non quaeritur si procedatur in infinitum in inferioribus secundum illud genus, sed si procedatur in superius. Sed in genere causarum materialium e conuerso supponitur vnum primum, quod sit fundamentum & basis aliorum, & dubitatur, utrum in infinitum procedatur in deorsum, secundum processum eorum, quae generantur ex materia. Et hoc sonat exemplum propositum. Non enim dicitur ut ignis ex aqua, & hoc ex alio, sed e conuerso, ex igne aqua, & ex hoc aliud. Unde supponitur prima materia, & quaeritur an sit processus in infinitum in his, quae generantur ex materia. Deinde cum dicitur.

part. sequē.

Hac parte sequē. part. 6. huius lect. part. 7. huius lect.

tur improprie aliqd fieri ex aliquo, ex hoc solo, quod sit post illud. Vt si dicamus quod quaedam festa Grecorum, quae dicebantur Olympica, sunt ex quibusdam aliis festis, quae dicebantur Isthmica, pura, si no. dicerem quod festum Epiphaniae sit ex festo Natalis. Hoc autem non proprie dicitur, quia fieri est quod non mutari. In mutatione autem non solum requiritur ordo duorum terminorum, sed etiam si fuerit in e. v. r. i. u. l. q. j. Quod quidem non contingit in praedicto exemplo. Sed hoc dicimus secundum quod imaginatur tempus esse ut subiectum diuersorum festorum. Sed oportet proprie dicere aliqd fieri ex aliquo, quando aliquod vnu subiectum mutatur de hoc in illud. Et hoc expliciter, vno modo sicut dicimus, quod ex puero fit vir, in quantum puer mutatur de statu puerili in statum virile. Alio modo sicut dicimus, quod ex aqua fit aer per aliquam transmutationem. Deinde cum dicitur.

part. 4. **d** Ostendit duas differentias inter praedictos modos: quarum prima est: quia dicimus ex puero fieri virum, sicut ex eo, quod est in fieri, fit illud, quod iam est factum: aut ex eo, quod est in fieri, fit illud quod iam est perfectum. Illud, n. quod est in fieri, & in fieri, est medium inter ens, & non ens, sicut generatio est medium inter esse, & non esse. Et ideo, quia per medium venitur ad extremum, dicimus, quod ex eo quod generatur, fit illud, quod generatum est: & ex eo quod perficitur, fit illud, quod perfectum est. Et sic dicimus, quod ex puero fit vir, vel quod ex addiciente fit sciens: quia addicens se habet ut in fieri ad scientem. In alio autem modo, quo dicimus ex aere fieri aquam, vnum extremorum non se habet ut via, vel medium ad alterum, sicut fieri ad factum esse, sed magis ut terminus, a quo recedit, ut ad alium terminum perueniatur. Et ideo ex vno corrupto fit alterum. Deinde cum dicitur.

part. 5. **e** Concludit ex praemissa differentia, aliam differentiam. Quia enim in primo modo vnum se habet ad alterum, ut fieri ad factum esse, & medium ad terminum, patet, quod habent ordinem naturaliter ad invicem. Et ideo non reflectuntur ad invicem, ut indifferenter vnum fiat ex altero. Vnde non dicimus, quod ex viro fiat puer, sicut dicimus econuerso. Cuius ratio est, quia illa duo, ex quorum vno secundum istum modum dicitur alterum fieri, non se habent ad invicem sicut duo termini mutationis alicuius, sed sicut ea, quorum vnum est post alterum. Et hoc est quod dicitur, quod illud quod fit, id est, terminus generationis, scilicet esse, non fit ex generatione, quasi ipsa generatio mutetur in esse, sed est post generationem, quia naturaliter ordinem consequitur ad generationem, sicut terminus est post viam, & vltimum post medium. Vnde, si consideremus ista duo, scilicet generationem & esse, no differunt ab illo modo, quem exclusimus, in quo consideratur ordo tantum, sicut cum dicimus, quod dies fit ex aurora, quia est post auroram. Et propter istum naturalem ordinem, non

dicimus econuerso, quod aurora fit ex die, id est, post diem. Et ex eadem ratione non potest esse quod puer fiat ex viro. Sed secundum alterum modum, quo aliquis fit ex altero, inuenitur reflectio. Sicut enim aqua generatur ex aere corrupto, ita aer generatur ex aqua corrupta. Et hoc ideo, quia ista duo non se habent ad invicem secundum naturalem ordinem, scilicet ut medium ad terminum, sed sicut duo extrema, quorum vtrumque potest esse & primum, & vltimum. Deinde cum dicitur.

part. 6. **f** Ostendit, quod non sit procedere in infinitum secundum vtrumque, vtrumque istorum modorum, & primo secundum primum, prout dicimus ex puero fieri virum. Illud enim ex quo dicimus aliquid fieri, sicut ex puero virum, se habet ut medium inter duo extrema, scilicet inter esse, & non esse. Sed postis extremis, impossibile est esse infinita media: quia extremum infinitate repugnat: ergo secundum istum modum non conuenit procedere in infinitum. Similiter etiam nec secundum alium, quia in alio modo inuenitur reflexio extremorum ad invicem, propter hoc, quod alterum corruptio, est alterius generatio, ut dictum est. Vbi cumque autem est reflexio, reducit ad primum, ita scilicet quod id, quod fuit primo principium, postea fit terminus. Quod in infinitis non potest contineri, in quibus non est principium, & finis. ergo nullo modo ex aliquo potest aliquid fieri in infinitum. Deinde cum dicitur.

part. 7. **g** Ostendit quo praedictorum modorum ex prima materia aliquid fiat. Vbi considerandum est, quod Aristoteli, videtur hic duabus communibus suppositionibus, in quibus omnes antiqui naturales conveniebant: quarum vna est, quod sit aliquid primum principium materiale, ita scilicet, quod in generationibus rerum non procedatur in infinitum ex parte superiori, scilicet eius, ex quo generatur. Secunda suppositio est, quod prima materia est sempiterna. Ex hac igitur secunda suppositione statim concludit, quod ex prima materia non fit aliquid secundo modo, scilicet sicut ex aere corrupto fit aqua: quia scilicet illud, quod est sempiternum, non potest corrumpi. Sed quia potest aliquis dicere, quod primum principium materiale non ponitur a philosophis sempiternum, propter hoc, quod vnum numero manens sit sempiternum, sed quia est sempiternum per successionem, sicut si ponatur humanum genus sempiternum: Hoc excludit ex prima suppositione dicens, quod, quia generatio non est infinita in sursum, sed deveniunt ad aliquod primum principium materiale, necesse est, quod si aliquid sit primum principium materiale, ex quo fiunt alia per eius corruptionem, quod non sit illud sempiternum, de quo Philosophi dicunt. Non enim potest esse illud primum principium principium sempiternum, si eo corrupto alia generarentur, & iterum ipsum ex alio corrupto generaretur. Vnde manifestum est, quod ex pri-

mo materiali principio fit aliquid, sicut ex imperfecto, & in potentia existente, quod est medium inter purum non ens, & ens actus, non autem sicut aqua ex aere fit corrupto.

LECTIO III.

T. com. 8. part. 1. **ostendit** quod magis philosophus, quod in causis mouentibus, & materialibus non proceditur in infinitum, hic ostendit idem in causa finali, quae nominatur scilicet causa finalis. Et ostendit propositum quatuor rationibus. quarum prima talis est. Id, quod est cuius causa habet rationem finis: sed finis est id, quod non est propter alia, sed alia sunt propter ipsum. Aut ergo est aliquid tale, aut nihil: & si quidem fuerit aliquid tale, ve scilicet omnia sint propter ipsum, & ipsum non sit propter alia, ipsum erit vltimum in hoc genere. Et ita non procedatur in infinitum. Si autem nihil inueniatur tale, non erit finis. Et ita tollitur hoc genus causae, quod dicitur cuius causa. Secundam rationem ponit ibi.

part. 2. **part. 3.** **T. com. 9. part. 4.** **T. c. 10. part. 5.** **part. 6.** **T. c. 11. part. 7.** **part. 7.** **part. 8.** **part. 9.** **part. 10.** **part. 11.** **part. 12.** **part. 13.** **part. 14.** **part. 15.** **part. 16.** **part. 17.** **part. 18.** **part. 19.** **part. 20.** **part. 21.** **part. 22.** **part. 23.** **part. 24.** **part. 25.** **part. 26.** **part. 27.** **part. 28.** **part. 29.** **part. 30.** **part. 31.** **part. 32.** **part. 33.** **part. 34.** **part. 35.** **part. 36.** **part. 37.** **part. 38.** **part. 39.** **part. 40.** **part. 41.** **part. 42.** **part. 43.** **part. 44.** **part. 45.** **part. 46.** **part. 47.** **part. 48.** **part. 49.** **part. 50.** **part. 51.** **part. 52.** **part. 53.** **part. 54.** **part. 55.** **part. 56.** **part. 57.** **part. 58.** **part. 59.** **part. 60.** **part. 61.** **part. 62.** **part. 63.** **part. 64.** **part. 65.** **part. 66.** **part. 67.** **part. 68.** **part. 69.** **part. 70.** **part. 71.** **part. 72.** **part. 73.** **part. 74.** **part. 75.** **part. 76.** **part. 77.** **part. 78.** **part. 79.** **part. 80.** **part. 81.** **part. 82.** **part. 83.** **part. 84.** **part. 85.** **part. 86.** **part. 87.** **part. 88.** **part. 89.** **part. 90.** **part. 91.** **part. 92.** **part. 93.** **part. 94.** **part. 95.** **part. 96.** **part. 97.** **part. 98.** **part. 99.** **part. 100.**

rentiarum vna est prior altera. Idem ergo est, quod in infinitum procedatur in formis, & quod in infinitum procedatur in partibus definitionis. Et ideo, volens ostendere, quod non sit procedere in infinitum in causis formalibus, proponit non esse infinitum in partibus definitionis. Et ideo dicit, quod non conuenit hoc, quod est quod quid erat esse, in infinitum reduci ad aliam definitionem, ut sic semper multiplicet ratio. Pura qui diffinitio hominis in diffinitione eius ponit animal. Vnde diffinitio hominis reducit ad diffinitionem animalis, quae ulterius reducit ad diffinitionem alicuius alterius, & sic multiplicatur ratio diffinitiva. Sed hoc non conuenit in infinitum procedere. No autem hoc dicimus quasi in vno & eodem individuo multiplicentur formae secundum numerum generum, & differentiarum, ut si in homine sit alia forma, a qua est homo, & alia a qua est animal, & sic de aliis: sed quia necesse est ut in rerum naturae gradus formarum inueniantur, quot inueniuntur genera ordinata, & differentia. Est enim in rebus inuenire aliquam formam, quae est forma corporis, & non est forma corporis, & aliqua, quae est forma corporis, sed non est forma corporis, sed non est forma corporis, & sic de aliis. Deinde cum dicitur.

part. 1. **f** Probat propositum quatuor rationibus, quarum prima talis est. In multitudine formarum, vel rationum semper illa, quae est prior, est magis. Quod non est intelligendum quasi sit completior, quia formae specificae sunt complexae. Sed dicitur esse magis, quia est in plus quam illa, quae est posterior, quae non est vbiunque est prior. Non enim vbiunque est ratio animalis, est ratio hominis. Ex quo argumentatur, quod si primum non est nec habitum, id est, consequens est. Sed, si in infinitum procedatur in rationibus & formis, non erit prima ratio, vel forma diffinitiva: ergo excludentur omnes consequentes. Secundam rationem ponit ibi.

part. 2. **g** Quae talis est. Impossibile est aliquid scire prius, quam perueniatur ad individua. Non autem accipitur hic individuum singulare, quia scientia non est de singularibus: sed individuum potest dici vno modo ipsa species specialissima, quae non diuiditur ulterius per essentialia differentias. Et secundum hoc intelligitur, quod non habetur perfecta scientia de re, quousque perueniatur ad speciem specialissimam, quia ille, qui scit aliquid in genere, nondum habet perfectam scientiam de re. Et secundum hanc expositionem oportet dicere, quod sicut prima ratio concludebat, quod in causis formalibus non procedatur in infinitum in sursum, ita haec ratio concludit, quod non procedatur in infinitum in deorsum. Sic enim non est devenire ad speciem specialissimam, ergo ista positio destruit perfectam scientiam. Sed, quia formalis diuisio non solum est secundum quod genus diuiditur per differentias, per cuius diuisionis priuationem species specialissima potest dici individuum, sed etiam est secundum quod diffinitum diuiditur in partes definitionis, ut patet in Primo Physicorum, ideo individuum potest hic dici, cuius diffinitio non resoluitur in aliqua diffinitia. Et secundum hoc supremum genus Thom. super Metaphy. D est

METAPHYSICORVM.

est individuum. Et secundum hoc erit sensus, quod non potest haberi scientia de re per aliquam diffinitionem, nisi deueniatur ad supra genera, quibus ignoratis impossibile est aliquid posteriori sciri. Et secundum hoc, concluditur ratio, quod in causis formalibus non procedatur in infinitum, sicut & prius. Vel ad idem concludendum potest aliter exponi individuum, vt. s. propositio immediata dicitur individuum. Si enim procedatur in infinitum in diffinitionibus in futurum, nulla erit propositio immediata. Et sic vniuersaliter tollitur scientia, quae est de cõsuetudine deductis ex principis immediatis. h. q. Tertiam rationem ponit, quae procedit non solum ad scientiam excludendam, sed ad excludendum simpliciter omnem cognitionem humanam. Et circa hanc rationem duo facit. Primo, ponit rationem. Secundo, excludit obiectionem quandam, ibi: Non enim simile &c. Rõ autem talis est. Vnũquodq; cognoscitur per intellectum suae formae: sed, si in formis procedatur in infinitum, non poterunt intelligi, quia infinitum in quantum huiusmodi non comprehendit intellectu, ergo ista propositio vniuersaliter destruit cognitionem. Deinde cum dicitur: Excludit quandam obiectionem. Possent aliquis dicere, quod illud, quod habet infinitas formas, potest cognosci, sicut & linea, quae in infinitum diuiditur. Sed hoc excludit dicens, quod non est simile de linea, cuius diuisiones non sunt, sed in infinitum procedunt. Impossibile enim est, quod aliquid intelligatur, nisi in aliquo statu. Vnde linea in quantum statuitur, vt finita in actu propter suos terminos, sic potest intelligi. Secundum vero, quod non statuitur in eius diuisione, non potest sciri. Vnde nullus potest numerare diuisiones lineae, secundum quod in infinitum procedunt. Sed infinitum in formis est infinitum in actu, & non in potentia, sicut est infinitum in diuisione lineae. Et ideo, si essent infinitae formae, nullo modo esset aliquid scitum, vel notum. Deinde cum dicitur: Ponit quartam rationem, quae talis est. In omni eo, quod mouetur, necesse est intelligere materiam. Omne enim, quod mouetur, est in potentia. Ans autem in potentia est materia. Ipsa autem materia habet rationem infinitam, & ipsi in finito, quod est materia, conuenit ipsam nihil, quia materia secundum se intelligitur absque omni forma. Et cum ei, quod est infinitum, conueniat hoc, quod est nihil, sequitur per oppositum, quod illud, per quod est esse, non sit infinitum, & quod in infinito id est materia non sit esse infinitum. Sed esse est per formam, ergo non est infinitum in formis. Est autem hic aduertendum, quod hic ponit nihil esse de ratione infiniti, non quod priuatio sit de ratione materiae, sicut Plato posuit non distinguens priuationem a materia, sed quia priuatio est de ratione infiniti. Non enim ens in potentia habet rationem infiniti, nisi secundum quod est sub ratione priuationis, vt patet in tertio Physicorum. Deinde cum dicitur: Ostendit, quod non sunt infinitae species causarum, tali ratione. Tunc putamus nos scire vnũquodq; quando cognoscimus omnes causas eius, sed si sunt infinitae causae secundum adiunctionem vnus speciei ad aliam, non erit pertransire ista infinitatem, ita quod possint omnes causae cognosci: ergo etiam per istum modum excluditur cognitio rerum.

part. 8.

part. 9.

T.c. 12. part. 10.

part. 11.

part. seq. T.c. 14. part. 1.

part. 2.

T.c. 14.

h Et cognoscere non est. Nam quae sic sunt infinita, quomodo contingit intelligere?

i Non enim simile in linea, quae secundum diuisiones non stat. Intellegere enim non est statuendum. Propter quod non enumerabitur sectioes, quae per infinita procedunt.

k Sed materiam in eo, quod mouetur, intelligere est necesse. & infinito nihil est, esse autem non.

l Si vero non est infinitum, quod est esse infinito? Sed si infinitae essent pluralitates specierum, non eest nec ita cognoscere. Tunc enim scire putamus, cum causas ipsas nouerimus. Infinitum vero secundum adiunctionem non est pertransire in finito tempore.

LECTIO V.

Ontingunt autem auditio nes secundum consuetudinem entibus. Nam vt consueuimus, ita dignamur dici, & quae preter ea, non similia videtur: sed preter consuetudinem minus nota, & magis extranea. Nam consuetum notius.

b Quantam vero vim habeat quod consuetum est, leges ostendunt, in quibus fabularia & puerilia magis valent cognitione de eis propter consuetudinem.

habet infinitas formas, potest cognosci, sicut & linea, quae in infinitum diuiditur. Sed hoc excludit dicens, quod non est simile de linea, cuius diuisiones non sunt, sed in infinitum procedunt. Impossibile enim est, quod aliquid intelligatur, nisi in aliquo statu. Vnde linea in quantum statuitur, vt finita in actu propter suos terminos, sic potest intelligi. Secundum vero, quod non statuitur in eius diuisione, non potest sciri. Vnde nullus potest numerare diuisiones lineae, secundum quod in infinitum procedunt. Sed infinitum in formis est infinitum in actu, & non in potentia, sicut est infinitum in diuisione lineae. Et ideo, si essent infinitae formae, nullo modo esset aliquid scitum, vel notum. Deinde cum dicitur: Ponit quartam rationem, quae talis est. In omni eo, quod mouetur, necesse est intelligere materiam. Omne enim, quod mouetur, est in potentia. Ans autem in potentia est materia. Ipsa autem materia habet rationem infinitam, & ipsi in finito, quod est materia, conuenit ipsam nihil, quia materia secundum se intelligitur absque omni forma. Et cum ei, quod est infinitum, conueniat hoc, quod est nihil, sequitur per oppositum, quod illud, per quod est esse, non sit infinitum, & quod in infinito id est materia non sit esse infinitum. Sed esse est per formam, ergo non est infinitum in formis. Est autem hic aduertendum, quod hic ponit nihil esse de ratione infiniti, non quod priuatio sit de ratione materiae, sicut Plato posuit non distinguens priuationem a materia, sed quia priuatio est de ratione infiniti. Non enim ens in potentia habet rationem infiniti, nisi secundum quod est sub ratione priuationis, vt patet in tertio Physicorum. Deinde cum dicitur: Ostendit, quod non sunt infinitae species causarum, tali ratione. Tunc putamus nos scire vnũquodq; quando cognoscimus omnes causas eius, sed si sunt infinitae causae secundum adiunctionem vnus speciei ad aliam, non erit pertransire ista infinitatem, ita quod possint omnes causae cognosci: ergo etiam per istum modum excluditur cognitio rerum.

scimus omnes causas eius, sed si sunt infinitae causae secundum adiunctionem vnus speciei ad aliam, non erit pertransire ista infinitatem, ita quod possint omnes causae cognosci: ergo etiam per istum modum excluditur cognitio rerum.

Et ipsum cognoscere non est. quae enim ita infinita sunt, quomodo intelligere contingit?

Nec enim simile de linea est, quae secundum diuisiones quidem non stat. Intellegere vero non potest, nisi sistat. quare non numerabitur diuisiones, qui infinitam pertransit.

Sed etiam materiam necesse est in eo, quod mouetur, intelligere. atque nulli est esse infinito.

Quod si non, non infinitum est infinito esse. Atque etiam, si species causarum infinitae multitudine essent, nec hoc modo esset ipsum cognoscere. tunc enim scire putamus, cum causas cognoscimus, infinitum vero secundum adiunctionem non est in tempore finito pertransire.

LECTIO V.

Vsculationes autem secundum consuetudines accidunt. quemadmodum enim consueuimus, ita indicamus dici debere. & quae praeter haec non apparent similia: sed quia non consueuimus, ignota, & magis peregrina consuetum etenim notius est.

Quantum vero vim habeat, leges declarat, in quibus fabulosa, ac puerilia plus possunt propter consuetudinem, quam si cognoscereamus ea.

sunt secundum consuetudines. Ea enim sunt consuetudines, libentius audiuntur, & facilius recipiuntur. Dignum enim vobis, vt ita dicatur de quocumque, sicut consueuimus audire. Et si qua dicatur nobis praeter ea, quae consueuimus audire, non videntur nobis similia in veritate his, quae consueuimus audire. Sed videntur nobis minus nota, & magis extranea a ratione, propter hoc, quod sunt inconsueti. Illud enim, quod est consuetum, est nobis magis notum. Cuius ratio est, quia consuetudo vertitur in naturam. Vnde & habitus ex consuetudine generatur, qui inclinat per modum naturae. Ex hoc autem, quod aliquis habet talem naturam, vel talem habitum, habet proportionem determinatam ad hoc vel illud. Requiritur autem ad quamlibet cognitionem determinatam proportio cognoscens ad cognoscibile. Et ideo, secundum diuersitatem naturarum, & habituum accidit diuersitas circa cognitionem. Videmus enim, quod hominibus secundum humanam naturam, sunt innata prima principia, & secundum habitum virtutis apparet vniciquod bonum, quod conuenit illi virtuti: sicut & gustui videtur aliquid conueniens, secundum eius dispositionem. Sic igitur, quia consuetudo causat habitum consimilem naturae, contingit, quod ea, quae sunt consueti sunt notiora. Deinde cum dicitur: Manifestat quod dixerat per quoddam signum, ostendens, quod leges ab hominibus posita, ostendunt per experientiam, quantam vim habeat consuetudo in quibus quidem legibus propter consuetudinem magis valent fabulariter, & pueriliter dicta ad hoc, quod eis assentiantur, quam cognitio veritatis. Loquitur autem hic Philosophus de legibus ab hominibus adiuuentis, quae ad conservationem ciuitatis, sicut ad vltimum finem ordinantur. Et ideo, quicunq; inueniunt eas, aliqua quibus

LECTIO V.

Ontologus Philosophus ostendit, quod consideratio veritatis partim est difficilis, & partim facilis, & maxime prius ad Primum Philosophum, hic ostendit quis sit modus conueniens ad considerandum veritatem. & circa hoc duo facit. Primo, ponit diuersos modos, quos homines sequuntur in consideratione veritatis. Secundo, ostendit quae sit modus conueniens, ibi: Propter quod oportet erudiri, &c. Circa primum duo facit. Primo, ostendit efficaciam consuetudinum in consideratione veritatis. Secundo, concludit diuersos modos, quibus homines videntur in consideratione veritatis, pp diuersas consuetudines, ibi: Alij vero si non mathematicae &c. Circa primum duo facit. Primo, ostendit virtutem consuetudinis in consideratione veritatis. Secundo, manifestat per signum, ibi: Quam vero vim habeat &c. Dicit ergo primo, quod aditiones contingunt in homibus de his, quae sunt secundum consuetudines. Ea enim sunt consuetudines, libentius audiuntur, & facilius recipiuntur. Dignum enim vobis, vt ita dicatur de quocumque, sicut consueuimus audire. Et si qua dicatur nobis praeter ea, quae consueuimus audire, non videntur nobis similia in veritate his, quae consueuimus audire. Sed videntur nobis minus nota, & magis extranea a ratione, propter hoc, quod sunt inconsueti. Illud enim, quod est consuetum, est nobis magis notum. Cuius ratio est, quia consuetudo vertitur in naturam. Vnde & habitus ex consuetudine generatur, qui inclinat per modum naturae. Ex hoc autem, quod aliquis habet talem naturam, vel talem habitum, habet proportionem determinatam ad hoc vel illud. Requiritur autem ad quamlibet cognitionem determinatam proportio cognoscens ad cognoscibile. Et ideo, secundum diuersitatem naturarum, & habituum accidit diuersitas circa cognitionem. Videmus enim, quod hominibus secundum humanam naturam, sunt innata prima principia, & secundum habitum virtutis apparet vniciquod bonum, quod conuenit illi virtuti: sicut & gustui videtur aliquid conueniens, secundum eius dispositionem. Sic igitur, quia consuetudo causat habitum consimilem naturae, contingit, quod ea, quae sunt consueti sunt notiora. Deinde cum dicitur: Manifestat quod dixerat per quoddam signum, ostendens, quod leges ab hominibus posita, ostendunt per experientiam, quantam vim habeat consuetudo in quibus quidem legibus propter consuetudinem magis valent fabulariter, & pueriliter dicta ad hoc, quod eis assentiantur, quam cognitio veritatis. Loquitur autem hic Philosophus de legibus ab hominibus adiuuentis, quae ad conservationem ciuitatis, sicut ad vltimum finem ordinantur. Et ideo, quicunq; inueniunt eas, aliqua quibus

T.c. 15. part. 3.

part. 4. h. ius lect.

T.c. 16 part. 5.

part. 3. part. seq.

bus hominum animi retraherentur a malis, & prouocarentur ad bona secundum diuersitatem gentium, & nationum in suis legibus tradiderunt, quamuis multa eorum essent vana, & frivola, sed homines a pueritia audientes magis approbant, quam veritatis cognitionem. Sed lex diuinitus data ordinat hominem ad veram felicitatem, cui omnis falsitas repugnat. Vnde in lege Dei nulla falsitas continetur. Deinde cum dicitur: Hic ostendit quomodo homines in consideratione veritatis propter consuetudinem diuersos modos accipiunt. & dicitur, quod quidam non recipiunt quod eis dicitur, nisi dicatur eis per modum mathematicum. Et hoc quidem conuenit propter consuetudinem huiusmodi, qui in mathematicis sunt nutriti, & quia consuetudo est similitudo naturae. Possent etiam hoc quibusdam contingere propter indispotionem, illis scilicet qui sunt fortis imaginationis, non habentes intellectum multum eleuatum. Alij vero sunt, qui nihil volunt recipere, nisi proponatur eis aliquod exemplum sensibile, vel propter consuetudinem, vel propter doctum, vel propter doctum in sensibus virtutis in eis, & debilitatem intellectus. Quidam vero sunt, qui nihil reputant esse dignum, vt aliquid eis indicatur absque testimonio poetae, vel alicuius auctoris. Et hoc etiam est vel propter consuetudinem, vel propter defectum iudicij: quia non possunt diiudicare verum ratio per certitudinem concludat, & ideo quasi non credentes suo iudicio, requirunt iudicium alicuius notum. Sunt etiam aliqui, qui omnia volunt sibi dici per certitudinem, id est per diligentem inquisitionem rationis. Et hoc contingit propter bonitatem intellectus iudicantis, & rationis inquirentis: dummodo non queratur certitudo in his, in quibus certitudo esse non potest. Quidam vero sunt, qui tristatur, si quid per certitudinem cum diligenti discussione inquiratur. quod quidem potest contingere dupliciter. vno modo propter impotentiam complectendi. habent enim debilem rationem: vnde non sufficiunt ad considerandum ordinem complexionis priorum, & posteriorum. Alio modo propter micrologiam, id est paruorum ratiocinationem. Cuius similitudo quaedam est in certitudinali inquisitione, quae nihil indiscussum relinquit vsque ad minima. Imaginantur autem quidam, quod sicut in symbolis conuulorum non pertinet ad liberalitatem, quod debeant etiam minima computari in ratiocinatione, ita etiam sit quaedam importunitas, & illiberalitas, si homo velit circa cognitionem veritatis etiam minima discutere. Deinde cum dicitur: Ostendit quis sit modus conueniens ad inquirendum veri-

T.c. 15. part. 3.

part. 4.

T.c. 16 part. 5.

part. 3. part. seq.

ratem, & circa hoc duo facit. Primo, ostendit quomodo homo possit cognoscere modum conuenientem in inquisitione veritatis. Secundo ostendit, quod ille modus, qui est simpliciter melior, non debet in omnibus quibuslibet scribitur. Dicit ergo primo, quod quia diuersi secundum diuersos modos veritatem inquirunt, ideo oportet quod homo instruat per quem modum in singulari scientiis sunt recipienda ea, quae dicuntur. Et quod non est facile, quod homo simul duo capiat, sed ad duo attendit, neutrum capere potest, absurdum est, quod homo simul quærat scientiam & modum, qui conuenit scientiae. Et propter hoc debet prius addiscere logicam, quam alias scientias, quia logica tradit communem modum procedendi in omnibus aliis scientiis. Modus autem proprius singulari scientiarum, in scientiis singulari circa principium tradi debet. Deinde cum dicitur: Ostendit, quod ille modus, qui est simpliciter optimus, non debet in omnibus queri, dicens, quod scilicet in quibusdam scientiis, & certatio, sicut est in mathematicis, non debet requiri in omnibus rebus, de quibus sunt scientiae: sed debet solum requiri in his, quae non habent materiam. Ea enim, quae habent materiam, subiecta sunt motui, & variationi: & ideo non potest in eis omnibus omnimoda certitudo haberi. Queritur enim in eis non quid semper sit, & ex necessitate, sed quid sit, vt in pluribus. Immaterialia vero secundum seipsa sunt certissima, quia sunt immobilia. Sed illa, quae in sui natura sunt immaterialia, non sunt certissima nobis propter defectum intellectus nostri, vt praedictum est. huiusmodi autem sunt substantiae separatae. Sed mathematicae sunt abstracta a materia, & tamen non sunt excedentia intellectum nostrum, & ideo in eis est requirenda certissima ratio. Et quia tota natura est circa materiam, ideo iste modus certissimae rationis non pertinet ad naturalem Philosophum. Dicit autem forsitan, propter corpora caelestia, quia non habent eodem modo materiam, sicut inferiora. Et quia in scientia naturali non conuenit iste certissimus rationis modus, ideo in scientia naturali ad cognoscendum modum conuenientem illi scientiae, primo perscrutandum est quid sit natura. Sic enim manifestum erit, de quibus sit scientia naturalis. Et iterum considerandum est, si vnus scientiae scilicet naturalis, sit omnes causas, & principia considerare, aut sit diuersarum scientiarum. Sic enim poterit scire quis modus demonstrandi conueniat naturali. Et hunc modum ipse seruat in secundo Physicorum, vt patet diligenter intuenti.

part. seq.

Aliqui igitur, nisi mathematice loquentes, non admittunt. Quidam vero non nisi exemplis utuntur. Quidam autem dignum ducunt, ut testis producatur aliquis Poeta. Et quidam exacte omnia. Quosdam vero laedet certitudinis, aut propterea, quod non possunt consequi, aut propter curiositatem. habet enim certitudo tale aliquid. quare ut in contrariis, & in orationibus illiberalis esse quibusdam apparet.

Quapropter oportet peritum esse quomodo singula admittenda sunt: quoniam absurdum est simul scientiam, & modum sciendi, est autem neutrum facile accipere.

Certitudinem vero sermonis mathematica non oportet in cunctis querere: sed in his, quae non habent materiam. Quare non est naturalis modus, tota enim natura forte habet materiam. Quamobrem considerandum est primum, quid natura sit. scilicet enim & de quo naturalis scientia est manifestum erit. & utrum vnus scientiae, an plurium est causas, & principia considerare.

bus sunt scientiae: sed debet solum requiri in his, quae non habent materiam. Ea enim, quae habent materiam, subiecta sunt motui, & variationi: & ideo non potest in eis omnibus omnimoda certitudo haberi. Queritur enim in eis non quid semper sit, & ex necessitate, sed quid sit, vt in pluribus. Immaterialia vero secundum seipsa sunt certissima, quia sunt immobilia. Sed illa, quae in sui natura sunt immaterialia, non sunt certissima nobis propter defectum intellectus nostri, vt praedictum est. huiusmodi autem sunt substantiae separatae. Sed mathematicae sunt abstracta a materia, & tamen non sunt excedentia intellectum nostrum, & ideo in eis est requirenda certissima ratio. Et quia tota natura est circa materiam, ideo iste modus certissimae rationis non pertinet ad naturalem Philosophum. Dicit autem forsitan, propter corpora caelestia, quia non habent eodem modo materiam, sicut inferiora. Et quia in scientia naturali non conuenit iste certissimus rationis modus, ideo in scientia naturali ad cognoscendum modum conuenientem illi scientiae, primo perscrutandum est quid sit natura. Sic enim manifestum erit, de quibus sit scientia naturalis. Et iterum considerandum est, si vnus scientiae scilicet naturalis, sit omnes causas, & principia considerare, aut sit diuersarum scientiarum. Sic enim poterit scire quis modus demonstrandi conueniat naturali. Et hunc modum ipse seruat in secundo Physicorum, vt patet diligenter intuenti.

T.com.1.

COMMENTARIORVM

S. THO. SVPER SECVNDVM

Metaph. Finis.

Thom. super Metaph. D. ARISTO.

A R I S T O T E L I S
M E T A P H Y S I C O R V M .
L I B E R T E R T I V S ,

Cum Dñi Thomæ præclarissimis commentarijs.

L E C T I O P R I M A .



ostendit Philosophus in secundo libro ostendit modum consideranda veritatis, hic procedit ad veritatis considerationem. Et primo, procedit modo disputationis, ostendens ea, quæ sunt dubitabilia circa rerum veritatem. Secundo, incipit determinare ve-

Lib. 4. Met. T. com. 1.

Le. 1. huius lib.

part. seq.

ritate. Et hoc i quo libro, qui incipit, ibi: *Est scientia quædam quæ speculat.* Prima autem pars dividit in partes duas. In prima dicit, de quo est intentio. In secunda exequitur postquam, ibi: *Est autem dubitatio prima quod scilicet circa primum duo facit. Primo, n. dicit, de quo est intentio. Secundo ratione assignat suam intentionis, ibi: *Inest autem investigare volentibus &c.* Dicit ergo primo, quod ad hanc scientiam, quæ prima de primis principiis, & vniuersali veritate rerum, necesse est ut primis aggrediamur ea, de quibus oportet dubitare, antequam veritas determinetur. Sunt autem huiusmodi dubitabilia, propter duas rationes. Vel quia antiqui Philosophi aliter susceperunt opinionem de eis, quam rei veritas habeat, vel quia omnino prætermissis de his considerare. Deinde cum dicit. *b. ¶ Assignat quatuor rationes suæ intentionis. & primo dicit, quod volentibus inuestigare veritatem contingit præ opere id est ante opus bene dubitare, id est bene attingere ad ea, quæ sunt dubitabilia. Et hoc ideo, quia posterior inuestigatio veritatis, nihil aliud est, quam solutio prius dubitatorum. Manifestum est autem in solutione corporaliu ligaminu, quod ille, qui ignorat vinculum, non potest soluere ipsum. Dubitatio autem de aliqua re hoc modo se habet ad mentem, sicut vinculum corporale ad corpus, & eundem effectum demonstrat. Igquantu, n. aliquis dubitat, in quantum patitur aliquid simile his, qui sunt stricte ligati. Sicut enim ille, qui habet pedes ligatos, non potest in anteriora procedere secundum viam corporalem, ita ille, qui dubitat quasi habens mentem ligatam, non potest ad anteriora procedere secundum viam speculationis. Et ideo, sicut ille, qui vult soluere vinculum corporale, oportet quod prius inspiciat vinculum, & modum ligationis, ita ille, qui vult soluere dubitationem, oportet, quod prius speculetur omnes difficultates, & earum causas.**

L E C T I O I .



ecessus est ad quæstam scientiam nos aggredi primu, de quibus dubitare primu oportet. Hæc autem sunt quæcunque de ipsis aliter susceperunt quidam, & si quid præter hoc est præmissum.

L E C T I O I .

Inest autem inuestigare volentibus præ opere bene dubitare. Posterior, n. inuestigatio, prioru est solutio dubitatoru. Soluere, n. non est ignorantis vinculum, sed mentis dubitatio, hoc de re demonstrat. In quantum, n. dubitat, intantum similiter ligatus est passus. Impossibile enim vtrisque procedere ad quod est ante. Propter quod oportet difficultates speculandi omnes prius, & horum causa.

L E C T I O I .

Et quia querentes sine dubitatione, primo similes quo oportet ire ignorantibus.

L E C T I O I .

Et adhuc neq; quando quæstiu inuenit non cognoscit. Finis enim huic est non manifestus, prædubitanti autem manifestus.

L E C T I O I .

Amplius autem melius necesse est se habere ad iudicandū eū, quod audiuit, velut aduersarioru, & dubitantium omnes rationes.

Secundam rationem ponit, & dicit, quod illi, qui volunt inquirere veritatem, non considerando prius dubitationem, assimilantur illis, qui nesciunt quo vadant. Et hoc ideo, quia sicut terminus viae est illud, quod inceditur ab ambulante, ita exclusio dubitationis est finis, qui intenditur ab inquirente

L E C T I O I .



illam, quæ queritur, scientiam, necesse est in primis nos percurrere, de quibus primo dubitandum est. hæc autem sunt, & quæcunque de eis aliter quidam existimauerunt, & si quid præter hoc præmissum sit.

L E C T I O I .

Est autem operæpretium, aliquid facultatis habere volentibus, bene dubitare. nam posterior facultas solutio eorum est, quæ ante dubitata fuerunt. Soluere autem non est, cum nodus ignoretur, sed intellectus hæsitatio manifestum hoc de re facit. quatenus, n. dubitat, eatenus simile quiddam ligatus patitur. utroque namque modo impossibile est ad ulteriora procedere. Quare omnes primo difficultates speculandi par est, et horu gratia.

L E C T I O I .

Et propterea quod illi, qui querunt, nisi primo dubitent, similes illis sunt, qui quoniam ire oporteat ignorant.

L E C T I O I .

Et adhuc neque vtrum inuenierint quod queritur, an non, cognoscere possunt. finis etenim his quidem non est manifestus, illi autem, qui antea dubitauerunt, patet.

L E C T I O I .

Item melius se habere necesse est illum ad iudicandum qui tanquam aduersarios, omnes vtriusque rationes oppositas audiat.

Illius se habeat in iudicando, si audierit omnes rationes quas aduersariorum dubitantium. Est autem attendendum, quod propter has rationes considero Arist. fuit fere in omnibus libris suis, ut inquisitioni veritatis, vel determinationi prætermitteret dubitationes emergentes. Sed in aliis libris singillatim ad singulas determinationes præmittit dubitationes, hic vero simul præmittit omnes dubitationes, & postea secundum ordinem debitum determinat veritatem. Cuius ratio est, quia alie scientie considerant particulariter de veritate, vnde & particulariter ad eas pertinet circa singulas veritates dubitare. sed ista scientia, sicut habet ad vniuersalem considerationem de veritate, ita etiam ad eam pertinet vniuersalis dubitatio de veritate. Et ideo non particulariter, sed simul vniuersalem dubitationem prosequitur. Potest etiam & alia esse ratio, quia dubitabilia, quæ tangit, sunt principaliter illa, de quibus Philosophi aliter opinati sunt. Non autem eodem ordine

T. com. 2. par. prima.

part. 2.

part. 3.

Le. 4. huius T. com. 1. 5. part. 5.

Le. 2. prima Le. 3. seq. Le. 2.

part. sequ.

part. 4.

part. sequ.

line ipse procedit ad inquisitionem veritatis, sicut & alij Philosophi. Ipse enim incipit a sensibilibus, & manifestis, & procedit ad separata: patet infra in septimo: Alij vero intelligibilia, & abstracta voluerunt sensibilibus applicare. Vnde, quia non erat eodem ordine determinaturus, quo ordine processerit alij Philosophi, ex quorum opinionibus dubitationes sequuntur, ideo præelegit primo ponere dubitationes omnes seorsum, & postea suo ordine dubitationes determinare. Tertiam assignat Auerrois dicens: hoc esse propter affinitatem huius scientie ad Logicam, quæ tangitur infra in quarto. Et ideo Dialecticam disputationem posuit quasi partes principales huius scientie.

L E C T I O I I .



ST autem dubitatio prima quidam quibus processualiter dicitis dubitauimus, vtrum vnus scientie, aut multarum sit scientiarum causas speculari.

Et vtrum substantie principia est scientie huius scire solū, aut de principiis, de quibus ostendunt omnes. vt vtrum contingit vnū & idem simul dicere & negare, aut non, & de aliis talibus. Et si est circa substantiam, vtrum vnā circa omnes, aut plures sunt. Sed, si plures, vtrum omnes cognate, aut earum hæc quidem sapientie, illæ vero aliquid aliud dicendæ sunt.

L E C T I O I I .



Secundum ea, quæ prædixit Philosophus, incipit hic præmittere dubitationes determinationi veritatis. & diuidit in duas partes. In prima ponit dubitationes. In secunda, causas dubitationis inducendo rationes ad singulas dubitationes, ibi: *¶ Primum ergo, de quibus in primis dicimur &c.* Dicitur autem in secundo libro, quod prius oportet querere modum scientie, & ipsam scientiam. Et ideo primo ponit dubitationes pertinentes ad modum considerationis huius scientie, Secundo, ponit dubitationes pertinentes ad prima principia, de quibus est ista scientia, vt in primo libro dictum est, & hoc ibi: *¶ Et vtrum principia & elementa &c.* Admodum autem scientie huius duo pertinent, vt in secundo dictum est, scilicet consideratio causarum, ex quibus scientia demonstrat, & iterum res, de quibus scientia considerat. Vnde circa primum duo facit. Primo mouet dubitationem pertinentem ad considerationem causarum. Secundo, mouet multas dubitationes pertinentes ad ea, de quibus est hæc scientia, ibi: *¶ Et vtrum substantie principia &c.* Dicit ergo, quod prima dubitatio est, quam dubitando proposuimus in fine secundi libri, qui est quasi proœmium ad totam scientiam, scilicet: vtrum consideratio causarum quatuor, secundum quatuor genera, pertinet ad vnā scientiam, vel ad multas & diuersas. Et hoc est querere: vtrum vnus scientie, & præcipue huius, sit demonstrare ex omnibus causis, vel magis diuersæ scientie quæ diuersis causis demonstrant. Deinde cum dicit. *b. ¶ Mouet dubitationes de his, de quibus considerat ista scientia. & primo inquit de quibus considerat ista scientia sicut de substantiis. Secundo, de quibus considerat ista scientia sicut de accidentibus, ibi: *¶ Et vtrum circa substantias &c.* Circa primum duo facit. Primo, multiplicat quæstiones ex parte ipsius scientie, quæ est de substantia. Secundo, ex parte substantiarum ipsarum, ibi: *¶ Et hoc idem quoque &c.* Circa primum ponit tres quæstiones. Supposito enim ex his,*

quæ in primo libro dicta sunt, quod ista scientia consideret principia prima: Prima quæstio hic erit: vtrum ad hanc scientiam solum pertineat cognoscere prima principia substantiarum aut etiam ad hanc scientiam pertineat considerare de primis principiis demonstrationis, ex quibus omnes scientie demonstrantur. vt puta, quod hæc scientia consideret: vtrum contingat vnū & idem simul affirmare, & negare, vel non. Et similiter de aliis demonstrationis principiis primis, & per se notis. Secunda quæstio est: si ista scientia est consideratio substantiarum, sicut primi entis: vtrum sit vna scientia considerans omnes substantias, vel sint plures scientie de diuersis substantiis. Videtur enim, quod de pluribus substantiis debeant esse plures scientie. Tertia quæstio est, si sint plures scientie de pluribus substantiis: vtrum omnes inter se affines, an aliquas earum sapientias, nonnullas aliquid aliud appellandum sit.

L E C T I O I I .



ST autem prima dubitatio de his, quæ in proœmio quoque dubitauimus, vtrum vnus an multarum scientiarum sit causas speculari.

Et vtrum prima substantie principia solum huius sit scientia considerare, an etiam de principiis, ex quibus omnes demonstrantur. vt puta vtrum contingit vnū & idem simul affirmare, & negare, an non & de aliis huiusmodi. Quod si circa substantiam est, vtrum vnā, an plures circa omnes sint. & si plures: vtrum omnes inter se affines, an aliquas earum sapientias, nonnullas aliquid aliud appellandum sit.

nobis nota, secundum hoc a nobis nominatur, ideo hoc nomen principium, secundum propriam sui inquisitionem significat id, quod est primum in magnitudine, super quam transit motus. Et ideo dicit, quod principium dicitur illud unde aliquis rem primo moueat, id est aliqua pars magnitudinis, a qua incipit motus localis. Vel secundum aliam litteram unde aliquid rei primo mouebitur id est, ex qua parte rei aliquid incipit primo moueri. Sicut in longitudine & in uia quacumque, ex illa parte est principium, unde incipit motus. Ex parte uero opposita, siue contraria, est diuersum uel alterum, id est finis uel terminus. Sciendum est, quod ad hunc modum pertinet principium motus, & principium temporis, ratione iam dicta. Quia uero motus non semper incipit a principio magnitudinis, sed ab ea parte unde est unicuique in promptu magis ut moueatur, ideo ponit secundum modum dicens, quod alio modo dicitur principium motus unde unumquodque fiet maxime optime, id est unusquisque incipit optime moueri. Et hoc manifestat per simile in disciplinis, scilicet in quibus non semper incipit aliquis addiscere, ab eo quod est principium simpliciter, & secundum naturam, sed ab eo, unde aliquis facilius siue opportunius ualeat addiscere, scilicet ab illis, quæ sunt magis nota quo ad nos. Quæ quandoque posteriora sunt secundum naturam. Differt autem hic modus a primo, nam in primo modo ex principio magnitudinis designatur prin-

tipium motus. Hic autem ex principio motus, designatur principium in magnitudine. Et ideo, etiam in illis motibus, qui sunt super magnitudines circulares, non habentes principium, accipitur aliquod principium, a quo optime vel opportunè mouetur ipobile secundum suam naturam. Sicut in motu primi mobilis, principium est ab oriente. In motibus etiam non sris, non semper incipit homo moueri a principio uitæ, sed quandoque a medio, uel a quocunque termino, unde est ei opportunè primo moueri. Ex ordine autem, qui consideratur in motu locali, fit nobis etiam notus ordo in aliis motibus, & ideo sequuntur significationes principij, quæ sumuntur secundum principium in generatione vel fieri reum. Quod quidem principium dupliciter se habet. Aut enim est inexistens, id est, intrinsecum, vel non est inexistens, id est, extrinsecum. Dicitur ergo primo modo principij, illa pars rei, quæ primo generatur, & ex qua generatio rei incipit, sicut in nauis fit primo sedile, vel carina, quæ est quasi nauis fundamentum, super quod omnia ligna nauis compaginantur. Similiter quod primo in domo fit, est fundamentum. In animali vero, primo fit cor secundum quoddam, & secundum alios cerebrum, aut aliud tale membrum. Animal enim distinguitur a non animali, sensu & motu. Principium autem motus, apparet esse in corde. Operationes autem sensus, maxime manifestantur in cerebro. Et ideo, qui considerauerunt animal ex parte motus, posuerunt cor principium esse in generatione animalis. Qui autem considerauerunt animal solum ex parte sensus, posuerunt cerebrum esse principium, quamuis etiam ipsius sensus, primum principium sit in corde, et si operationes sensus perficiantur in cerebro. Qui autem considerauerunt animal in quantum agit, vel secundum aliquas eius operationes, posuerunt membrum adaptatum illi operationi, ut hepar, vel aliud huiusmodi esse primam partem generatam in animali. Secundum autem Philosophi sententiam, prima pars est cor, quia a corde, omnes virtutes animæ per corpus diffunduntur. Alio autem modo dicitur principium, unde incipit rei generatio, quod tamen est extra rem, & hoc quidem manifestatur in tribus. Primo quidem, in rebus naturalibus, in quibus principium generationis dicitur, unde primum natus est motus incipere in his, quæ sunt per motum, sicut in his, quæ acquiruntur per alterationem, vel per aliquem alium motum huiusmodi. Sicut dicitur homo fieri magnus vel albus, vel unde incipit permutatio, sicut in his, quæ non per motum, sed per solam sunt mutationem, ut pater in factione substantiarum, sicut puer est ex patre & matre, qui sunt eius principium, & bellum ex conuitio, quod conicitur animos hominum ad bellum. Secundo, etiam manifestat in rebus agilibus, sive moralibus, aut politicis, in quibus

part. 2.

Tertio de animal. c. 3. & inde, & in de som. & vi. paulo post principium.

dicitur principium id, ex cuius voluntate vel proposito mouentur, & insuntur alia, & sic dicitur principatus in ciuitatibus illi, qui obtinent potestates, & imperia, vel etiam tyrannides in ipsis. Nam ex eorum voluntate fiunt, & mouentur omnia, in ciuitatibus. Dicuntur autem potestates habere homines, qui in particularibus officiis in ciuitatibus preponuntur, sicut iudices, & huiusmodi. Imperia autem illi, qui vniuersaliter quibuscumque imperant, ut reges. Tyrannides autem obtinent, qui per violentiam, & præter iuris ordinem ad suam utilitatem ciuitates, & regnum detinent. Tertii exemplum ponit in artificialibus, quia artes etiam, simili modo principia esse dicuntur artificiatorum, quia ab arte incipit motus ad artificij constructionem. Et inter has, maxime dicuntur principia architectonica, quæ principia sunt, quæ principia sunt, id est, principales artes dicuntur. Dicuntur enim artes architectonica, quæ aliis artibus subiectibus imperant, sicut gubernator nauis, imperat nauis facti, & militaris equestris. Ad si militudine aut or

transmutatio inchoari. ut proles ex patre, & matre, & bellum ex conuitio. Aliud porro id, ad cuius electionem mouentur, quæ mouentur, quæquodmodum ciuitatum principatus, potentia, regna, & tyrannides principia dicuntur. etiam artes, & ex his maxime architectonica. Item unde primum res cognita est, illud quoque principium rei dicitur, ut puta demonstrationum suppositiones. Toties autem causas, quoque dicuntur omnes nanque causas principia.

Omnibus igitur principijs commune est esse primum, unde aut est, aut fit, aut cognoscitur. Horum uero quædam intrinsecus, quædam extrinsecus sunt. Quare natura quoque principium est, & elementum, mens enim & electio, & substantia, & quod cuius causa. multis etenim, & cognitionis, & motus principium ipsum bonum, & malum.

in, qui in motibus exterioribus considerant, attenditur et quidam ordo in rerum cognitione, & præcipue, secundum intellectus noster quandam similitudinem motus habet, distans de principijs in conclusiones. Et ideo alio modo dicitur principium, unde res primo innotebit, sicut dicimus principia demonstrationis esse suppositiones, dignitates, & petitiones. His et modis & causis dicuntur quædam principia. (Nam omnes causas sunt quædam principia.) Ex causa enim incipit motus ad esse rei, licet non eadem ratione causa dicatur, & principium, ut dictum est. Deinde cum dicitur.

Reducit omnes predictos modos ad aliquid commune & dicitur commune in omnibus dictis modis est, ut dicatur principium illud, quod est primum, aut in esse rei, sicut prima pars rei dicitur principium: aut in fieri rei, sicut primum mouens dicitur principium: aut in rei cognitione. Sed quæuis omnia principia in hoc, ut dictum est, conueniant, differunt tamen, quia quædam sunt intrinseca, quædam extrinseca, ut ex predictis patet. Et ideo natura potest esse principium & elementum, quæ sunt intrinseca. natura quidem, sicut illud a quo incipit motus. Elementum autem sicut pars prima in generatione rei. Et mens, id est, intellectus. Et preuoluntas, id est, propositum, dicuntur principia, quasi extrinseca. Et iterum quasi intrinsecum dicitur principium substantia rei, id est, forma, quæ est principium in essendo, cum secundum eam res sit in esse. Et secundum etiam prædicta finis cuius causa fit aliquid, dicitur etiam esse principium. Bonum enim quod habet rationem finis in profectum, & malum in vitando, in multis sunt principia cognitionis & motus, sicut in omnibus, quæ aguntur propter finem. In naturalibus enim & moralibus & artificialibus, præcipue demonstrationes ex fine sumuntur.

LECTIO



Philosophus distinguit, quot modis dicitur causa, & circa hoc duo facit. Primo assignat species causarum. Secundo modos causarum, ibi

Le. & seq. parte 2. Le. & seq. in pri.

T. com. 2. par. prima.

Par. seq.

LECTIO II.



Aufa vero dicitur vno quidem modo ex quo fit aliquid, ut in existente, ut æs statua, & argentū phiale, & horum genera. Alio vero specie & exemplum. hæc autem ratio ipsius quod erat esse & huius genera. ut diapason. duo ad vnum, & totaliter numerus & partes, quæ in ratione. Amplius unde principium per mutationis primū, aut quietis. ut consiliator est causa, & pater pueri, & omnino efficiens facti, & permutans permutari. Amplius, ut finis. hoc autem est quod est cuius causa. ut ambulandi sanitas. nam quare ambulauit, dicitur ut sanetur. & dicentes ita, putamus reddidisse causam, & quæcunque mouente alio sunt infra finem. ut attenuatio, aut purgatio, aut pharmacia, aut organa. hæc namque omnia finis causa fiunt. differunt autem ab inuicem tanquam entia hæc quidem, ut organa, illa vero, ut opera. ergo causæ tere toties dicuntur.

aliqua materia est eius genus. sicut, si materia statuae est æs, eius materia erit metallum, & miltum & corpus, & sic de aliis. Alia autem modo dicitur causa, species & exemplum, id est, exemplar. & hæc est causa formalis, quæ comparatur dupliciter ad rem. Vno modo sicut forma intrinseca rei, & hæc dicitur species. Alio modo sicut extrinseca rei, ad cuius tamen similitudinem rei fieri dicitur: & secundum hoc exemplar rei dicitur forma. Per quem modum ponebat Plato ideas esse formas. Et quia vnumquodque conuenit naturam, vel eneris, vel speciei per formam suam, natura autem generis vel speciei est id, quod significat diffinitio dicens, quid est res, ideo forma est ratio ipsius, quod quid erat esse, id est, diffinitio, per quam scitur quid est res. Quæuis enim in diffinitione ponantur aliquæ partes materiales, tamen id, quod est principale in diffinitione, oportet quod sit ex parte forme. Et ideo hæc est ratio, quare forma est causa, quia perficit rationem quidditatis rei. Et sicut id, quod est genus materie, est etiam materia, ita etiam generatio marum sunt forme rerum, sicut forma consonantia diapason, est proportio duorum ad vnum. Quando enim duo soni se habent ad inuicem in dupla proportione, tunc est inter eos consonantia diapason, unde dualitas est forma eius. nam proportio dupla, ex dualitate rationem habet. Et, quia numerus est genus dualitatis, ideo, ut vniuersaliter loquamur, etiam numerus est forma diapason, ut scilicet dicamus, quod diapason est secundum proportionem numeri ad numerum. Et non solum roca diffinitio comparatur ad diffinitum, ut forma, sed etiam partes diffinitionis,

LECTIO II.



AVSA vero uno modo dicitur, ex qua in existente aliquid fit, ut æs statua, & argentum phiale, & horum genera. Alio vero forma, & exemplar. hæc autem est ratio ipsius quid erat esse, & horum genera. ut ipsius diapason, duo ad vnum, & simpliciter numerus, & partes, quæ in ratione sunt. Item, unde principium mutationis primū, aut quietis. ut qui consuluit causa, & pater prolis, & simpliciter faciens eius, quod factum est, & transmutatum transmutati. Item ut finis. hæc autem est cuius causa. ut ambulandi, sanitas. propter quod omnino ambulat, dicimus ut sanetur. & cum ita dicamus, putamus causam reddidisse, & quæcunque inter illud mouens, & finem media sunt. ut sanitas, attenuatio, purgatio, medicamenta, aut instrumenta. omnia etenim hæc finis gratia sunt. differunt uero ab inuicem, eo quod hæc quidem instrumenta, illa uero ut opera sunt. Causæ itaque ferè toties dicuntur.

tur causa efficiens, quæ vltimam rei perfectionem causat, sicut quod inducit formam substantialem in rebus naturalibus, vel artificialem in artificialibus ut edificator domus. Disponens autem, quod non inducit vltimam formam perfectam, sed tantummodo præparat materiam ad formam, sicut ille, qui doliat ligna & lapides, dicitur domum facere. Et hæc non proprie dicitur efficiens domus, quia id, quod ipse facit, non est domus nisi in potentia. Magis tamen proprie erit efficiens, si inducat vltimam dispositionem, ad quam sequitur de necessitate forma, sicut homo generat hominem non causans intellectum, qui est ab extrinseco. adiuuans autem dicitur causa, secundum quod operatur ad principale effectum. In hoc tamen differt ab agente principali, quia principale agens agit ad finem proprium: adiuuans autem ad finem alienum, sicut qui adiuuat Regem in bello, operatur ad finem regis. Et hæc est dispositio causæ secundariæ ad primam. Nam causa secunda operatur propter finem primæ causæ in omnibus agentibus, per se ordinatis, sicut militaris propter finem ciuilem. Consiliarius autem differt ab efficiente principali, in quantum dat finem, & formam agendi. Et hæc est habitudo primi agentis per intellectum, ad omne agens secundum, sive sit naturale, sive intellectuale. Nam primum agens intellectuale in omnibus dat finem & formam agendi. secundo agentis, sicut architector nauis nauim operanti. & primum intellectus toti nature. Ad hoc autem, genus causæ reducitur quæ quid facit aliquid quocumque modo esse, non solum secundum esse substantiale, sed secundum accidentale, quod conuenit.

S. Tho. sup. Metaphy.

part. 1. sic qualibet demonstratio vnum terminum addit. In quo manifestum est demonstrationes primas in postremis includi...

est a, vt quasi videtur esse ad hanc viciniam conclusio nem vnus syllogismus...

T.com. 5. parte pri.

Alia litera habet. Conasci & annasci ut embryo.

D. 107.

Et transferentes elementum vocat hinc quodcumque vnum ens & paruum, quod ad multa est vtile. Quapropter paruum & simplex & indiuisibile dicitur elementum.

LECTIO V.

Natura vero dicitur vno quidem modo generata, vno modo, ex quo generatur primum generatum in existente.

ter solutio cuiusdam questionis in 3. lib. disputate, scilicet quid sit magis elementum, vtrum genus vel species...

Hinc autem transferentes appellamus etiam elementum, quod vnum & paruum existens ad multa est vtile. Quare & paruum, & simplex, & indiuisibile, elementum dicitur.

LECTIO V.

Natura vero dicitur vno quidem modo generata, vno modo, ex quo generatur primum generatum in existente. Item: vnde primus motus inuoluntate eorum, que natura sunt, in eo secundum quod ipsum est: nasci autem dicuntur, quacumque incrementum per aliud habent, tangendo, & conascendo, aut adnascendo, sicut embryo.

LECTIO V.

IC distinguit hoc nomen natura, cuius quidem consideratio, licet non videatur ad Primum Philosophum, sed magis ad Naturalem pertinere: ideo tamen hic hoc nomen natura distinguitur.

infra pa. 3.

Alia litera patet, quae sic habet hinc pro tan vt si quis producat...

par. 2.

T.com. 3.

Non autem generatio rerum non viuentium potest dici natura proprie loquendo secundum commune usum vocabuli, sed solum generatio viuentium, vt dicitur natura ipsa naturi...

T.com. 3.

Et quia de nascentibus mentionem fecit, ostendit quid sit proprie nasci, vt habet alia litera, loco cuius haec litera improprie habet generari.

est per solum contactum. Alio modo per hoc quod est multum, id est aliqua duo simul producuntur adinuicem coaptata, sicut brachium & neruus & aliquid esse apte, id est quoddam aliquid adaptatur ad alterum iam praexistens, sicut capilli capiti, & dentes gingiuis.

quod nascitur semper est coniunctum ei, ex quo nascitur, ideo natura nunquam dicitur principium extrinsecum, sed secundum omnes suas acceptiones dicitur principium intrinsecum.

Tex. C. 7.

S. Tho. sup. Meth. H 4 existit

existimabant formam & materiam in rebus naturalibus, sicut in rebus artificialibus, in quibus forma sunt accidentia, & sola materia substantia.

par. 2.

Alia litera liquabilia.

par. 3.

Alia litera, Hec est in existens.

Alia litera, aut actu.

Tex. c. 6, par. 1.

Natura autem prima materia & haec dupliciter, aut quae ad id prima, aut ex toto prima ut operum creatorum, ad ipsa quidem primum es, totaliter vero forsan aqua, si omnia liquescerent aqua. Et species & substantia, haec autem finis generationis. Metaphora vero iam & omnino omnis substantia natura dicitur propter hanc, quia & natura substantia quaedam est.

Ex dictis igitur prima natura & proprie dicta, est substantia, quae principium motus habentium in se in quantum ea. Materia namque qua huius est susceptibilis, esse dicitur natura. Et generationes, & generari, quia sunt ab ea motus & principium motus natura existentium id ipsum esse existens, aut potentate aut perfectione.

LECTIO VI.



Necessarium dicitur, sine quo contingit esse, aut viuere quasi concauali. Ut spirare & cibum animalium est necessarium, nam sine his esse, est impossibile.

metaphoram & nominis extensionem omnis substantia dicitur natura, quia natura, quam est generationis terminus, substantia quaedam est. Et ita cum eo quod natura dicitur, omnis substantia similitudinem habet. Et hunc modum etiam ponit Boetius. Ratione autem istiusmodi distinguitur hoc nomine natura inter nomina communia.

Boetius.

par. 2.

par. 3.

Alia litera Incredibile.

par. 4.

par. 5.

Natura vero haec prima materia, & haec dupliciter, aut quae ad ipsum prima, aut simpliciter prima, ut puta operum creatorum ad ipsa quidem primum, simpliciter autem aqua fortassis, si omnia quidem liquabilia aqua. Et forma, & substantia, haec autem est generationis finis. Metaphorice vero omnino omnis substantia natura propter hanc dicitur, quoniam & natura est aliqua substantia.

Ex dictis itaque prima, & quae proprie dicitur natura, est substantia eorum, quae in seipsis, ut ipsa sunt motus principium habent. materia enim, eo quod huius est susceptibilis, dicitur natura. generationes autem, ac ipsum nasci eo quod ab hac motus sunt, principium quoque motus naturam, quae natura sunt, haec est, in existens quodammodo, aut potentia, aut actu.

LECTIO VI.



Necessarium dicitur, sine quo non contingit viuere tanquam concausa, ut respirare & alimentum animalium necessarium est, impossibile enim est absque his animal esse.

dicitur habere naturam, nisi secundum quod habet formam, unde patet ex dictis, quod primo & proprie natura dicitur substantia, id est forma rerum habentium in se principium motus in quantum huiusmodi. Materia enim dicitur esse natura, quia est forma susceptibilis. Et generationes habent nomen naturae, quia sunt motus procedentes a forma, & iterum ad formas. Et id ipsum, scilicet forma est principium motus rerum existentium secundum naturam, aut in actu, aut in potentia. Forma, nam non semper facit motum in actu, sed quandoque in potentia tantum, sicut quando impeditur motus naturalis ab aliquo exteriori prohibente: vel etiam quando impeditur actio naturalis ex materia defectu.

LECTIO VI.



Ostendam Philosophus distinguit nomina, quae significant causas, hic distinguit nomina, quae significant aliquid principium ad rationem causae, scilicet necessarium. Causa enim est, ad quam de necessitate sequitur aliud. Et circa hoc ergo duo facit. Primo distinguit modos necessarii. Secundo re ducit oes ad unum primum, ibi. Et sic hoc necessarium. Ponit autem in prima parte quatuor modos necessarii. Primum est sine quo dicitur aliquid necessarium, sine quo non potest aliquid viuere, aut esse, quod licet non sit principalis causa rei, est tamen quaedam concausa. Sicut respirare est necessarium animalium respiranti, quia sine respiratione viuere non potest. Ipsa enim respiratione, est non sit causa vitae, est tamen concausa, in quantum cooperatur ad contemperamentum caloris, sine quo non est vita. Et similiter est de cibo, sine quo, animal viuere non potest, in quantum cooperatur ad restaurandam deperditam, & impedit totalem consumptionem humiditatis radicalis, quod est causa vitae. Igitur huiusmodi dicuntur necessaria, quia sine eis impossibile est esse, secundum modum ponit ibi.

Dicit

¶ Dicit quod secundo modo dicuntur necessaria, sine quibus non potest esse, vel fieri bonum aliquod, vel vitari aliquod malum, vel expelli: sicut si bibere pharmacum id est medicinam laxatiuum, dicimus esse necessarium, non quia sine hoc viuere animal non possit, sed ad expellendum, scilicet hoc malum, quod est infirmitas, vel etiam vitandum. Est enim hoc necessarium, ut non labores, id est ut non infirmitur aliquis. Similiter nauigare ad Aeginam, scilicet ad illud locum, est necessarium, non quia sine hoc non possit homo esse, sed quia sine hoc non potest acquirere aliquod bonum, id est pecuniam. Unde dicitur, quod necessaria est talis nauigatio, ut aliquis pecuniam recipiat. Tertium modum ponit ibi.

¶ Et sine quibus homini bonum non contingit esse, aut fieri, aut aliquid malum expellere, aut vitari. Vel luti bibere pharmacum necessarium, ut non labores, & ad Aeginam nauigare, ut pecuniam recipiat.

¶ Amplius vim faciens, & vis. Sed hoc est propter impetum & praeuoluntatem impediens, & prohibens, vim, non faciens necessarium. Quapropter triste etiam, sicut Euenus ait, omnis, non res necessaria lamentabilis est facta. Et vis necessitas quaedam, ut Sophocles dicit: Sed vis ea me facere cogit. Et videtur necessitas aliquid inculpabile esse rebus. Contrarium enim est motui secundum praeuoluntatem, & secundum excogitationem.

¶ Amplius quod non contingit aliter se habere, necessarium dicimus sic se habere.

¶ Et secundum hoc necessarium, alia dicuntur omnia necessaria. Vim enim patiens necessarium, dicitur aut facere, aut pati tunc, quando non contingit secundum impetum propter coagens, quasi ea necessitate existente, propter quam non contingit aliter. Et in concausalibus viuendi, & boni similitur. Nam cum non contingit, hic quidem bonum, illic vero viuere, & esse sine aliquibus, ea necessaria, & causa necessitas quaedam est hoc.

¶ Dicitur esse violentum, quod est propter impetum id est inclinationem rei naturalis, & est impediens praeuoluntatem id est propositum in prosecutione motus voluntarii iam incipit, & prohibens etiam ne incipiat. Alia litera habet: & hoc est secundum artem, id est secundum impetum. Violentia enim est, cum aliquid agit secundum imperium exterioris agentis, contra voluntatem vim passum. Violentiam autem est secundum impetum vim faciens. Ex hac autem violentia distinctione, duas conclusiones inducit: quarum prima est, quod omne violentum est triste, sive flebile. Quod probat per cuiusdam poetae, sive doctoris dictum dicitur, quod omnis res necessaria, sive violenta est tristes, sive lamentabilis. Necessitas enim est quaedam violentia, sicut Sophocles poeta dicit. Violentia me facere coegit, id est necessitas. Dicitur enim, quod violentia est impediens voluntatem. Ea autem, quae uoluntati sunt contraria, contristant. Tristitia enim est de his, quae nobis uolentibus accidunt. Tristitia enim est de his, quae necessitas recte dicitur, quod est inculpabilis, & irreprehensibilis. Dicitur enim, quod necessitas magis meretur ueniam, quam increpationem. Et hoc ideo, quia non culpamur nisi de his, quae uoluntaria facimus, de quibus etiam rationabiliter increpamur. Necessitas autem violentia est contraria uoluntati, & excogitationi, ut dictum est, & ideo rationabilius dicitur.

¶ Dicit, quod necessarium etiam dicimus sic se habere, quod non contingit aliter se habere, & hoc est necessarium absolute. Prima autem necessaria sunt secundum quid. Differre autem necessaria absolute ab aliis necessariis, quia necessitas absolute, competit rei secundum id, quod est intimum, & proximum ei, sive sit forma, sive materia, sive ipsa rei essentia, sicut dicimus animal necesse esse corruptibile, quia hoc consequitur eius materiam, in quantum ex contrariis coponitur. Dicitur etiam animal necesse esse sensibile, quia consequitur eius formam: & animal necesse esse substantiam animatum sensibile, quia est eius essentia. Necessarium autem secundum quid, & non absolute est, cuius necessitas dependet ex causa extrinseca. Causa autem extrinseca est duplex, scilicet finis & efficiens. Finis autem est, vel ipsum esse absolute, & ab hoc sine necessitate sumpta pertinet ad primum modum; vel bene esse, sive ali-quod bonum habere, & ab hoc sine sumitur necessitas secundum modi. Necessitas autem, quae est a mouente exteriori, pertinet ad tertium modum. Nam violentia est, quando aliquid mouetur ab exteriori agente ad aliud, ad quod ex propria natura aptitudinem non habet. Si enim secundum suam naturam ordinatur ad hoc, quod recipiat motum ab exteriori agente, tunc motus non erit violentus, sed naturalis. Sicut patet de motu coelestium orbium a substantiis separatis, & de motu inferiorum corporum a superioribus. Deinde cum dicit,

¶ Item violentum, & uis, hoc autem est, quod propter propositum, & electionem obstat, & prohibet. Violentum enim necessarium dicitur, quare etiam tristes, ut Euenus quod ait, omnis nanque necessaria res tristes est, & uis necessitas quaedam est, quemadmodum Sophocles dicit. Euiam uis me cogit haec facere. Et recte necessitas uidetur inenitabile quiddam esse. contrarium enim uoluntario, & secundum cogitationem motui est.

¶ Item, quod non contingit aliter se habere, necesse dicimus ita se habere. Et secundum hoc necessarium, caetera quoque omnia dicuntur quodammodo necessaria. Nam & ipsum necessarium aut agere, aut pati tunc dicitur, cum non contingat propter illud quod uim infert, secundum propositum fieri, tanquam illa existente necessitate, propter quam non contingit aliter. Et in eis, quae concausa uiuendi, & boni sunt, similiter. cum enim non contingat hic quidem ipsum bonum, hic uero ipsum viuere, & esse sine quibusdam, haec necessaria, & haec causa necessitas quaedam est.

¶ Reducit omnes modos ad unum, & circa hoc tria facit. Primo ostendit, quod omnes modi necessitatis, qui in rebus inueniuntur, ad hunc ultimum modum pertinent. Secundo, ostendit, quod secundum ultimum modum accipitur necessarium in demonstratiuis, ibi: Amplius demonstratio. Tertio, infert quoddam corollarium ex praemissis, ibi: Horum quidem itaque, dicit ergo primo, quod secundum istum ultimum modum necessarii, omnes alij modi aliquater dicuntur. Quod primo ostendit in tertio modo. Illud enim, quod vim patitur, de necessitate dicitur aliquid facere, vel pati, propter hoc, quod non contingit secundum proprium impetum aliquid agere, propter violentiam agentis, quae est quaedam necessitas, propter quam non contingit aliter se habere. Et similiter ostendit hoc in primo, & secundo modo, in quibus necessitas sumitur ex causis uiuendi, vel essendi simpliciter: quantum ad primum modum, vel ex causis boni, quantum ad secundum modum. Sic enim in aliis modis necessarium dicebatur, sine quo non poterat esse ex una parte bonum, & ex alia parte viuere & esse. Et sic illa causa, sine qua non contingit viuere vel

part. sequens. par. 7.

vel esse, vel bonum habere, vel malo carere, necessitas dicitur, quasi ex hoc sit prima ratio necessarii, qua impossibile est aliter se habere. Deinde cum dicitur...

part. 6.

part. 7.

Tex. c. 7. part. 1.

T. com. 15.

T. com. 5. & inde.

Amplius demonstratio necessariorum est: quia non contingit aliter se habere quod demonstratum est simpliciter. Huius autem causa est quae prima sunt, si impossibile est aliter se habere, ex quibus est syllogismus.

Horum quidem itaque altera causa essendi necessaria est aliorum vero nulla, sed propter ea alia sunt ex necessitate. Quare primum & proprie necessarium ipsum simplex est. hoc. n. habere non contingit pluribus modis. Quare nec aliter & aliter, iam enim plus haberet. Ergo, si qua sunt sempiterna & immobilia, nihil illis est violentum, nec praeter naturam.

LECTIO VII.

Num dicitur aliud aut secundum accidens, aliud secundum se. Secundum accidens quidem, ut Coriscus & musicus, & Coriscus musicus. Idem. n. est dicere Coriscus & musicus & Coriscus musicus: & musicus iustus Coriscus. Oia namque ea vni dicuntur secundum accidens. Iustum quidem & musicum, quia vni substantiae accidunt, musicus vero & Coriscus, quia alterum alteri accidit. Similiter autem & modo quodam musicus, Coriscus cum Co-

... sunt necessariae, quae impossibile sunt aliter se habere. Nam ex causa non necessaria, non potest sequi effectus necessarius. Deinde cum dicitur... Concludit ex praemissis tres conclusiones sequentes, quarum prima est, quod ex quo in demonstrationibus praemissis sunt causae conclusionis, & utraque sunt necessariae, sequitur, quod aliqua sunt necessariae dupliciter. Quaedam quidem, quorum altera sit causa necessitatis, quaedam vero, quorum nulla sit causa necessitatis, & talia sunt necessariae propter seipsa. Et hoc est contra Democritum, qui dicebat, quod necessarium non sunt querenda causa, ut habetur in viij. Phy. Secunda conclusio, quia cum oporteat esse vnum primum necessarium, a quo alia necessitatem habent, quia in causis non est procedere in infinitum, ut in secundo ostensum est, oportet hoc primum necessarium, quod etiam maxime proprie est necessarium, quia est omnibus modis necessarium, quod ipsum sit simplex. Ea enim, quae sunt composita sunt mutabilia, & ita pluribus modis se possunt habere. Quae autem pluribus modis habere se possunt, possunt se habere aliter, & aliter: quod est contra rationem necessarii. Nam necessarium est, quod est impossibile aliter se habere. Unde oportet, quod primum necessarium non aliter, & aliter se habeat, & per consequens nec pluribus modis. Et ita oportet ipsum esse simplex. Tertia conclusio est, quod cum violentum sit quod movetur ab aliquo exteriori agente praeter naturam propriam, principia autem necessaria sunt simplicia, & immobilia, ut ostensum est, necessarium est, ut si sunt aliqua sempiterna, & immobilia, sicut sunt substantiae separatae, quod in illis non sit aliquid violentum, nec praeter naturam. Et hoc dicitur, ne deceptio accidat in nomine necessitatis, cum dicitur de substantiis immaterialibus, nec per hoc intelligitur aliqua violentia in eis esse.

LECTIO VII. Ostendam Philosophus distinguit nomina, quae significant causas, hic distinguit nomina, quae significantur id, quod est subiectum aliquo modo in ista scientia. Et dividitur in duas partes. Primo ponit sine distinguit nomina, quae significantur subiectum huius scientiae: Secundo ea, quae significantur partes subiecti, ibi: {Eadem dicuntur} Subiectum autem huius scientiae potest accipi, vel sicut communiter in tota scientia consideratur, cuiusmodi est ens, & vnum: vel sicut id, de quo est principalis intentio, ut substantia. Et ideo primo distinguit hoc nomen vni, secundo hoc nomen ens, ibi: {Ens dicitur &c.} Tertio, hoc nomen substantia, ibi: {Substantia dicitur &c.} Circa primum duo facit. Primo, distinguit vnum in per se, & per accidens, & ostendit quot modis dicitur vnum per accidens. Secundo, quot modis dicitur vnum per se, ibi: {Secundum se vero dicitur quidem, ut Coriscus & musicus, & Coriscus musicus idem enim est dicere Coriscus, & musicum, & Coriscus musicus: & musicum & iustum, & musicus iustus Coriscus. Cuncta etenim haec unum dicuntur secundum accidens. iustum quidem & musicum, quoniam vni substantiae accidunt: musicum vero & Coriscus, quoniam alterum alteri accidit. Similiter etiam quodammodo musicus Coriscus cum Coriscus, quoniam altera partium earum, quae

Item demonstratio necessariorum est: quoniam non contingit aliter se habere, si simpliciter demonstratum est. Huius vero causa ipsa prima, si impossibile est aliter se habere, ex quibus sit syllogismus.

Quorundam itaque alia est causa, ut necessaria sint: quorundam vero nihil, sed propter haec, alia necessaria sunt. Quare & proprie necessarium est, quod simplex est. hoc enim non potest multipliciter se habere. quapropter nec aliter, & aliter: etenim multipliciter se haberet. Si igitur aliqua perpetua, & immobilia sunt, nihil in eis violentum, aut praeter naturam est.

LECTIO VII.

Num dicitur uno modo secundum accidens, altero per se. Secundum accidens quidem, ut Coriscus & musicus, & Coriscus musicus idem enim est dicere Coriscus, & musicum, & Coriscus musicus: & musicum & iustum, & musicus iustus Coriscus. Cuncta etenim haec unum dicuntur secundum accidens. iustum quidem & musicum, quoniam vni substantiae accidunt: musicum vero & Coriscus, quoniam alterum alteri accidit. Similiter etiam quodammodo musicus Coriscus cum Coriscus, quoniam altera partium earum, quae

positum, & duo simplicia. Si enim vnum per accidens accipitur secundum comparationem accidentis ad subiectum, sic sunt ista tria, primum est Coriscus, secundum est musicus, tertium Coriscus musicus: & haec tria sunt vnum per accidens. nam idem subiecto est Coriscus, & musicus. Et similiter quando comparatur accidens ad accidens, tria est accipere, quorum primum est musicus, secundum est iustum, tertium est musicus iustus Coriscus. Et omnia praedicta dicuntur esse vnum secundum accidens, tamen alia & alia ratione. Iustum enim & musicum, quae sunt duo simplicia in secunda acceptione, dicuntur vnum per accidens, quia accidunt vni subiecto. Musicus vero & Coriscus, quae sunt duo simplicia in prima acceptione, dicuntur vnum per accidens, quia alterum eorum, scilicet musicum, accidunt alteri, scilicet Coriscus. Et similiter quantum ad aliquid musicus Coriscus cum Coriscus, quod est compositum cum vno simplicium in prima acceptione, dicuntur vnum per accidens, quia inter partes istas, quae sunt in hac oratione, id est in hoc termino complexo, scilicet Coriscus musicus, altera pars termini complexi, scilicet musicus, accidunt alteri parti per se signatae, scilicet Coriscus. Et eadem ratione potest dici, quod musicus Coriscus est vnum cum iusto Coriscus, quae sunt duo composita in secunda acceptione, quia ambae partes vtriusque compositi accidunt vni, scilicet Coriscus. Si enim idem est musicus & musicus Coriscus, & iustus & iustus Coriscus, cuiusque accidunt musicum accidunt musicus Coriscus, & quaeque accidunt Coriscus accidunt Coriscus iustus. Unde

Infralec.

Infralec.

Infralec.

T. co. 8. part. 2.

Infralec. 8. part. 5. Infra ibid. part. 4. Infralec. 8. part. 3. Lect. 8. part. 1.

Vnde, si musicum accidit Corisco, sequitur, quod musicus Coriscus accidit iusto Corisco. Et sic nihil differet dicere musicum Coriscum accidere iusto Corisco, quam musicum accidere Corisco. Quia vero huiusmodi predicata per accidens, per prius predicantur de singularibus, & per posterius de vniuersalibus, cum tamen eorum sit de praedicatis per se, manifestat sequenter in terminis vniuersalibus, quod in singularibus ostenderat, dicens, quod similiter accipitur vnum per accidens, si aliquod accidens dicitur cum aliquo nomine alieno generis, vel cuiuscunque vniuersalis, sicut accipitur vnum per accidens in praedictis, quoad accides, adiungitur nomini singulari, sicut cum dicitur, & homo, & musicus homo sunt vni per accidens, licet quantum ad aliquid differat. Singulares namque substantiae, nec de subiecto predicantur tantum substantiae, & nihil eis substat. Substantiae quidem vniuersales dicuntur de subiecto, sed non sunt in subiecto. vnde non substat accidentibus, & eis aliquid substat. Cui ergo accidens adiungit particulari substantiae, non potest esse alia ratio dicti, nisi quia accidens inest substantiae particulari, ut quia musicum inest Corisco

musicum, sed, cum dicitur homo musicus, potest esse duplex ratio dicti: aut enim hoc dicitur, quia musicum accidit homini, per quod significatur substantia, & ex hoc comparat sibi, quod possit substatere accidenti. Aut hoc ideo dicitur, quia ambo, scilicet homo, & musicus insunt alicui singulari, sicut Corisco, sicut musicum dicebatur iusto, quia eadem singulari insunt, & eodem modo, scilicet per accidens. Sed forsitan hoc non eodem modo, sed vniuersalis substantia inest singulari, ut genus, sicut hoc nomen animal, aut si non sit genus, saltem est in substantia subiecti, id est, ut substantiale predicatum, sicut hoc nomen homo. Sed aliud, scilicet musicum non est ut genus, vel essentiale predicatum, sed ut habitus, vel passio subiecti, vel quaecunque accidens. Ponit autem haec duo habitum, & passionem, quia quadam accidentia sunt manentia in subiecto, sicut habitus, quia sunt difficile mobilia, quaedam autem sunt accidentia pertransientia, & non manentia, sicut passiones. Patet igitur, quod isti sunt modi, quibus aliqua dicuntur vnum per accidens. Deinde cum dicitur...

Secundum se vero vnum dicitur alia dicitur natura continui tatis, ut onus vniuersale, & lignum cum visco. Et linea, & si flexa sit, continua autem, vna dicitur. sicut & partium singule, ut tibia & brachium. Ipsorum autem magis vnum natura continua quam arte. Continuum vero dicitur, cuius motus vnus secundum se, & non possibile aliter. vnus autem vnus indiuisibilis. indiuisibilis autem secundum tempus.

... sunt vnum per artificium, in quibus vinculum, vel viscus, vel aliquid tale est omnino extraneum a natura colligatorum. Et ita ea, quae sunt naturaliter colligata, prius accedunt ad ea, quae sunt secundum se continua, quae sunt maxime vnum. Et ad euentiam huius diffinitio continuum dicitur, quod continuum dicitur id, cuius est secundum se vnus motus tantum, & non est possibile aliter. Non enim possibile est in continuo, ut diuersae partes diuersis motibus moueantur, sed totum continuum mouetur vno motu. Dicit autem secundum se, quia possibile est ut continuum moueatur vno modo per se, & vno alio, vel pluribus per accidens. sicut si homo mouetur in nauis per se contra motum nauis, mouetur nihilominus motu nauis per accidens. Ad hoc autem, quod sit vnus motus, oportet quod sit indiuisibilis, & hoc dico secundum tempus, ut vide licet simul dum mouetur vna pars continui, moueatur & alia, non enim contingit in continuo, quod vna pars moueatur & alia quiescat, vel quod vna quiescat, & alia moueatur, ut si motus diuersarum partium continui sint in diuersis partibus temporis. Ideo autem hic diffinitio Philosophus continuum per motum, & non per unitatem termini, ad quem partes continui coniunguntur, sicut in Predicamentis, & in lib. Physic. habetur, quia ex ista diffinitione potest sumi diuersus gradus unitatis in diuersis continuis, sicut postea patebit, non autem ex diffinitione ibi data. Sciendum est autem, quod hoc, quod hic dicitur, quod motus continui, indiuisibilis est secundum tempus, non est contrarium ei, quod probatur in vj. Physic. licet, quod tempus motus diuiditur secundum partes mobilia. Hic enim loquitur Philosophus quantum ad motum absolutum, quia scilicet, non ante incipit moueri vna pars continui, quam alia: ibi autem loquitur referendo ad aliquod signum, quod signatur in magnitudine, per quod fit motus. Hic enim signum, quod est prior pars magnitudinis, in prior tempore transtrit,

continua, sicut dicitur alia translatio. Sed continua dicitur aliqua dupliciter. Quaedam enim sunt continua, sicut dicitur alia licet per aliquid, quaedam secundum se. Proficitur ergo primo continua, secundum aliud dicens, quod continua per aliud sunt, sicut onus lignorum continuum est ratione ligaminis, vel vinculi, & hoc modo ligna adiuuicem conuiscata, dicuntur vnum per viscum. Quod etiam contingit dupliciter, quia quandoque continuatio alligatur, sic secundum lineam rectam, quandoque autem secundum lineam indirectam, sicut est linea reflexa angulum cernens, quae fit ex contractu duarum in vna superficie, quarum applicatio non est directata. Per hunc enim modum partes animalis dicuntur vni, & continuum. Sicut tibia, quae habet reflexionem, & angulum continet ad genus, dicitur vna, & continua, & similiter brachium. Sed, cum talis continuatio, quae est per aliquid, possit esse, vel fieri naturaliter & arte, magis vnum sunt, quae sunt continua per naturam, quam quae sunt continua per artem: quia in his quae sunt continua per naturam, illud vnum, per quod fit continuatio, non est extraneum a natura rei, quae per ipsum continuatur: sicut accidit in his, quae sunt vnum per artificium, in quibus vinculum, vel viscus, vel aliquid tale est omnino extraneum a natura colligatorum. Et ita ea, quae sunt naturaliter colligata, prius accedunt ad ea, quae sunt secundum se continua, quae sunt maxime vnum. Et ad euentiam huius diffinitio continuum dicitur, quod continuum dicitur id, cuius est secundum se vnus motus tantum, & non est possibile aliter. Non enim possibile est in continuo, ut diuersae partes diuersis motibus moueantur, sed totum continuum mouetur vno motu. Dicit autem secundum se, quia possibile est ut continuum moueatur vno modo per se, & vno alio, vel pluribus per accidens. sicut si homo mouetur in nauis per se contra motum nauis, mouetur nihilominus motu nauis per accidens. Ad hoc autem, quod sit vnus motus, oportet quod sit indiuisibilis, & hoc dico secundum tempus, ut vide licet simul dum mouetur vna pars continui, moueatur & alia, non enim contingit in continuo, quod vna pars moueatur & alia quiescat, vel quod vna quiescat, & alia moueatur, ut si motus diuersarum partium continui sint in diuersis partibus temporis. Ideo autem hic diffinitio Philosophus continuum per motum, & non per unitatem termini, ad quem partes continui coniunguntur, sicut in Predicamentis, & in lib. Physic. habetur, quia ex ista diffinitione potest sumi diuersus gradus unitatis in diuersis continuis, sicut postea patebit, non autem ex diffinitione ibi data. Sciendum est autem, quod hoc, quod hic dicitur, quod motus continui, indiuisibilis est secundum tempus, non est contrarium ei, quod probatur in vj. Physic. licet, quod tempus motus diuiditur secundum partes mobilia. Hic enim loquitur Philosophus quantum ad motum absolutum, quia scilicet, non ante incipit moueri vna pars continui, quam alia: ibi autem loquitur referendo ad aliquod signum, quod signatur in magnitudine, per quod fit motus. Hic enim signum, quod est prior pars magnitudinis, in prior tempore transtrit,

Capitu. de quantitate, & tex. co. 2. Lect. 3. Lect. 7. T. com. 33.

transit, licet etiam in illa priori parte temporis, alia partes...

part. 3.

Secundum se autem continua, quecunq; non tactu sunt vnu. Na, si ponis se tangencia ligna...

Tex. c. 9.

part. 4.

Amplius alio modo dicitur, eo qd subiectum sit specie indifferens. Indifferens vero, vt quorum...

Tex. c. 10.

part. 5.

Dicuntur autem vnum, & quorum genus vnum differens oppositis differentiis. & hac dicuntur omnia vnum quod subicitur...

Dicitur quod secundo modo dicitur vnum, non tantum ratione continue quantitatis, sed ex eo, quod subiectum totum est in differens forma secundum speciem...

modi, Et tunc talia duo erunt vnum, si attendatur sola quantitas, non autem si attendatur natura subiecti.

Secundum se autem continua, quecunq; non tactu sunt vnum. Si enim ponens inuicem tangencia ligna, non dices ea vnum: neque lignum, neque corpus...

Alio item modo vnum dicitur, cum subiectum sit forma indifferens. Indifferens autem, quorum forma indiuisibilis secundum sensum est, subiectum vero, aut primum, aut vltimum ad finem...

Dicuntur autem vnum, & quorum vnum genus differens oppositis differentiis. ac cuncta hac vnum dicuntur, quoniam vnum est genus subiectum differentiis, ut homo, equus, canis...

vnum subiectum est vnum, distinctum per diuersas differentias quasi per diuersas formas. Et sic patet, quod propinquissimo modo dicitur aliqua esse vnum genere...

T. com. 11. parte 6.

part. 7.

parte pri.

Non enim anima rationalis, est differentia hominis, cum de homine non predicetur, sed habens animam rationalem, quod significat hoc nomen rationale...

Amplius aut vnum dicitur, quorumcunque ratio, que quid erat esse dicit, indiuisibilis est ad aliam significantem quid erat esse rei...

Omnino uero quorum intelligentia indiuisibilis intelliges quid erat esse, & non pot separari, neque tempore, neque loco, neque ratione...

LECTIO VIII.

LECTIO VII.

LECTIO VIII.

principijs materialibus, & formalibus. Vnde intellectus accipiens quidditatem eorum, non comprehendit ea, quasi coponens diffinitionem eorum ex diuersis principijs...

Item vnum ea dicuntur, quorum ratio, quod quid erat esse dicens, indiuisibilis ad aliam est, quod quid erat esse rei significantem...

hoc duo facit. Primo ponit reductionem predictam. Secundo super modos positos ponit alium modum vnitatis, ibi: Amplius autem &c. dicit ergo primo, ex hoc patet, qd illa, qd sunt penitus indiuisibilia...

D. 546.

part. seq.

Non

trahunt nomen. Et etiam dicuntur aliqua vnum, ex eo quod vnum patiuntur, sicut multi homines sunt vnus populus, ex eo quod ab vno Rege reguntur. Quaedam vero dicuntur vnum ex eo, quod habet aliquid vnum, sicut multi possessores vnus ager, sunt vnum in dominio eius. Quaedam etiam dicuntur

part. 2.

Amplius autem, est quidem ut quodcunque vnum continuitate dicimus esse, si sit quantum & continuum: est autem ut non. si non aliquid totum sit. hoc autem si non speciem habeat vna. Ut videntes utriusque non dicimus? similiter vnum qualitercunque partes compositas calciamenti, nisi propter comunitatem, sed si sit ut calciamentum sit, & speciem habeat aliquam, iam vnum. Quapropter & quae circuli maxime vna linearum, quia tota & perfecta est.

Tex. co. 12. part. 3.

Vni vero esse, est principium alicui numero esse. Prima namque mensura principium. Nam quo primo cognoscimus, hoc est prima mensura cuiuslibet generis. Principium ergo cognoscibile circa quodlibet, vnum. non idem autem in omnibus generibus vnum. hoc quidem n. est dies, illis autem vocalis, aut consonans: grauitatis autem alterum, & in motu aliud. Vbiusque vero vnum aut quantitate, aut specie diuisibile. Secundum quantum quidem igitur, & in quantum quantum, indiuisibile: quod quidem omnino & sine positione, dicitur vnitas: quod autem omnino & positionem habens, punctum: Quod autem secundum vnum linea: quod autem secundum duo, superficies. Omnino vero & tripliciter diuisibile secundum quantitate, corpus. Facta autem conuersione, dualiter quidem diuisibile superficies, vni autem linea, nullatenus diuisibile secundum quantitate punctus & vnitas. Hoc quidem non habens positionem, vnitas, illud vero habens positionem, punctus.

Quod ex hoc patet, quia vnum est prima mensura numeri, quo omnis numerus mensuratur. Mensura autem habet rationem principij, quia per mensuram res mensuratur cognoscuntur. Res autem cognoscuntur per sua propria principia, & ex hoc patet, quod vnum est principium notum vel cognoscibile circa quodlibet, & est in omnibus principium cognoscendi. Hoc ratio enim consonantiarum est vnum, quod est dies, quod est minimum in consonantijs. Dies enim est semitoni minus. Diuiditur enim tonus in duo semitonia inaequalia, quorum vnus dicitur dies. In vocibus autem vnum primum & minimum, est litera vocalis, aut consonans, & magis vocalis quam consonans ut in .x. dicitur. Et in grauitatibus, siue ponderibus est aliquid minimum, quod est mensura, scilicet vnitas, vel aliquid aliud huiusmodi. Et in motibus est vna prima mensura, quae mensurat alios motus, scilicet motus simplicissimus & velocissimus, sicut est motus diurnus. In omnibus tamen istis hoc est commune, quod illud, quod est prima mensura, est indiuisibile secundum quantitate, vel secundum speciem. Quod igitur est in genere quantitate vnum, & primum, oportet quod sit indiuisibile & secundum quantitate. Si autem sit omnino indiuisibile, & secundum quantitate, & non habeat positionem, dicitur vnitas. Punctus vero est id, quod est omnino indiuisibile secundum quantitate, & tamen habet positionem. Linea vero est quod est diuisibile secundum vnam dimensionem tantum. Superficies vero secundum duas, corpus autem est omnibus modis diuisibile secundum quantitate, secundum tres dimensiones, & haec descriptiones conuertuntur. Nam omne, quod duabus dimensionibus diuiditur est superficies, & sic de alijs. Sciendum est autem, quod esse mensuram, est propria ratio vnus, secundum quod est principium numeri. Hoc autem non est idem cum vno, quod conuertitur cum ente, ut in Quarto dictum est. Ratio enim vnus in sola indiuisione consistit: huiusmodi autem vnus in mensuratione. Sed tamen haec ratio mensurae, licet primo conuertatur vni, quod est principium numeri, tamen per quandam similitudinem derivatur ad vnum in alijs generibus, ut in .x. huius Philosophus ostendit, & secundum hoc ratio mensurae inuenitur in quolibet genere. Hec autem ratio mensurae consequitur rationem indiuisionis, sicut habitum est. Et ideo vnum non omnino equivoce dicitur de eo, quod conuertitur

Item est quidem, ut quodcunque dicamus continuitate vnum esse, modo quantum & continuum sit: est autem ut non aliquid totum sit. hoc autem, si non habeant formam vna. non enim dicemus similiter vnum, cum viderimus partes calciamenti quomodocunque compositas, propter comunitatem, sed si ita ut calciamentum sit, ac quandam formam habeat, tunc vnum. Quare maxime linearum circuli linea, vna est, quoniam tota & perfecta est.

Vni autem esse, principium alicui numero esse. prima enim mensura principium est. quo namque primo cognoscimus, hoc prima cuiusque generis mensura. Principium itaque scibile circa unumquodque, ipsum vnum, non est autem idem in cunctis generibus vnum. sed hic quidem dies, hic vero vocalis aut muta, grauitatis autem aliud, & motus aliud. Vbiusque autem ipsum vnum, aut quantitate, aut forma indiuisibile. Illud igitur, quod secundum quantitate, et prout quantum, indiuisibile est, quod quidem omnino, & sine positione est, dicitur vnitas; quod vero omnino, & positionem habens, punctum, quod autem secundum vnum, linea: quod vero secundum duo, superficies: quod autem omnino, & in tria secundum quantitate diuisibile, corpus. & econuerso, in duo quidem diuisibile, superficies est: quod vero in vnum, linea, quod autem nequaquam secundum quantitate diuisibile est, punctum, & vnitas est. quae quidem sine positione, vnitas: quod vero habet positionem, punctum.

Ic distinguit modos qualitatit, & circa hoc duo facit. Primo ponit quatuor modos qualitatit. Secundo reducit eos ad duos, ibi: Fere vero secundum duos modos. Dicit ergo primo, quod vnus modus qualitatit est secundum quod qualitas dicitur differentia substantiæ, id est differentia per quã aliquid ab altero substantialiter differt: quæ intrat in diffinitionem substantiæ. Et propter hoc dicitur qđ differentia prædicatur in quale quiddam. Vt si quærat, quale animal est homo? respondemus qđ bipes: & quale animal equus? respondemus quod quadrupes: & qualis figura est circulus? respondemus quod agnion, i. sine angulo, ac si ipsa differentia substantiæ qualitas sit. Vno igitur modo ipsa differentia substantiæ qualitas dicitur. Hunc autem modum qualitatit Arist. in prædicamentis prætermisit, quia non continetur sub prædicamento qualitatit de quo ibi agebat. Hic autem agit de significationibus huius nominis qualitas. Secundo ponit ibi: Dicit, quod alius modus qualitatit vel qualis, est secundum quod immobilia & mathematica dicuntur qualia. Mathematica. n. abstrahunt a motu, vt in Sexto huius dicitur. Mathematica. n. sunt numeri & magnitudines, & in vtriusque vitimur nomine qualis. Dicimus enim superficies esse quales, in quantum sunt quadrata, vel triangulares. Et similiter numeri dicuntur quales, in quantum sunt compositi. Dicuntur autem numeri compositi: qui communicant in aliquo numero mensurante eos, sicut senarius numerus & nouenarius mensurantur ternario, & non solum ad vnitatem comparationem habent, sicut ad mensuram communem. Numeri autem incompositi, vel primi in sua proportione dicuntur, quos non mensurat alius numerus communis, nisi sola vnitatis. Dicuntur etiam numeri quales ad similitudinem superficies & solidi, id est cor-

poris. Secundum quidem imitationem superficies, in quantum numerus dicitur in numerum vel eundem, vel alium, vt cum dicitur, bis tria, vel ter tria. Et hoc est quod dicitur quoties quãti. Nam designatur quasi vna dimensio in hoc, quod dicitur tria, quasi vero secunda dimensio, hoc quod dicitur bis tria, vel etiam ter tria.

Ad imitationem vero solidi, quoniam est duplex ductus, vel eiusdem numeri in se ipsum, vel diuersorum numerorum in vnum, vt cum dicitur ter tria ter, vel bis tria bis, vel bis tria quater. Et hoc est quod dicitur quoties quot quanti. Sic. n. considerantur in numero quasi tres dimensiones ad modum solidi. In hac autem numerorum ordinatiõne, aliquid consideratur per modum substantiæ, sicut hoc quod dicitur tria, vel quicunque numerus, qui in alio dicitur. Aliquid vero per modum quantitatis, sicut ipse duplex vnus numeri in alterum, vel in se ipsum, vt cum dico bis tria, binarius significatur per modum quantitatis mensurantis, ternarius vero per modum substantiæ. Id ergo, quod existit in substantia numeri præter ipsam quantitatem, quæ est numeri substantia, dicitur qualitas eius, vt hoc quod significatur per hoc, quod dicitur bis ter. Alia litera habet secundum quantitatem, & tunc substantia numeri dicitur ipse numerus simpliciter prolatus, vt quod dicitur tria. Quantitas autem, secundum quã attenditur eius qualitas, dicitur ipsa multiplicatio numeri in numerum. Et huic concordat litera sequens, quæ dicit, quod substantia cuiuslibet numeri est id quod semel dicitur. Sicut substantia senarij est quod dicitur semel sex, non quod dicitur bis tria, vel ter duo, sed hoc pertinet ad eius qualitatem. Dicit enim numerum esse superficiale vel solidum siue quadratum, siue cubicum significat eum esse qualem. Hic autem modus qualitatit, est quarta species in prædicamentis posita. Tertio ponit ibi:

LECTIO XVI.

Vale dicitur vno modo differentia substantiæ, vt puta quale animal homo, quoniam bipes, equus vero quadrupes, & circulus qualis? quædam figura, quoniam absque angulis est, tanquam differentia, quæ secundum substantiam, qualitas sit. vno itaque modo qualitas dicitur substantiæ differentia.

Alio, vt immobilia, & mathematica, veluti numeri quales quidam sunt. vt qui compositi: & non solum, qui ad vnum sunt, sed hi, quorum imitatio superficies & solidum. hi autem sunt, qui quoties quanti aut quoties quanti quoties. & omnino quod in substantia, præter quantum existit. substantia namque cuiusque est quod semel, vt puta ipsorum sex, non qui bis, vel ter, sed qui semel, sex enim semel, sex sunt.

Item quæcunque substantiarum, quæ mouentur passionibus, vt caliditas & frigiditas, albedo & nigredo, grauitas & leuitas, & quæcunque similia, secundum quæ dicuntur alterari corpora ipsi mutatis.

Item, secundum virtutem & malitiam, & omnino bonum & malum.

Et huic concordat litera sequens, quæ dicit, quod substantia cuiuslibet numeri est id quod semel dicitur. Sicut substantia senarij est quod dicitur semel sex, non quod dicitur bis tria, vel ter duo, sed hoc pertinet ad eius qualitatem. Dicit enim numerum esse superficiale vel solidum siue quadratum, siue cubicum significat eum esse qualem. Hic autem modus qualitatit, est quarta species in prædicamentis posita. Tertio ponit ibi:

Dicit, quod etiam qualitates dicuntur passiones substantiarum mobilium, secundum quas corpora per alterationem mutantur, vt calidum, & frigidum, & huiusmodi. Et hic modus pertinet ad tertiam speciem qualitatit in prædicamentis positam. Quartum ponit ibi: Dicit, qđ qualitas siue quale, dicitur quarto modo secundum quod aliquid disponitur per virtutem & vitium, vel qualitatem; per bonum & malum, sicut per scientiam & ignorantiam, sanitatem & agritudinem, & huiusmodi. & hæc est prima species qualitatit in prædicamentis posita. Prætermittit autem inter hos modos secundam qualitatit speciem, quia magis comprehenditur sub potentia, cum non significetur nisi vt principium passioni resistens, sed propter modum denominandi, ponitur in prædicamentis inter species qualitatit. Secundum

Alia litera & horum vno principio pulcherrimo. part. 5.

Tex. cõ. 20. part. prima.

cundum autem modum essendi, magis continetur sub potentia, sicut & supra posuit. Deinde cum dicit: Reducit quatuor postpositos modos ad duos dicens, quod quale dicitur aliquid fere secundum duos modos, in quantum alij duo de quatuor, reducuntur ad alios duos. Horum autem vnus principalissimus est primus modus, secundum quem differentia substantiæ dicitur qualitas, quia per eum aliquid significatur informatum & qualificatum. Et ad hunc modum reducitur qualitas, quæ est in numeris & in mathematicis alijs, sicut quædam pars. huiusmodi. n. qualitates sũt quasi quædam differentie substantiales mathematicorum, nã ipsa significantur per modum substantiæ, potius quam alia accidentia, vt in cap. de quantitate dictum est. Sunt autem huiusmodi qualitates differentie substantiarum, aut non motorum, aut non in quantum sunt mota. Et hoc dicit, vt ostendat quantum ad propositum non differre vtrum mathematica sint quædam substantiæ per se existentes secundum esse, vt dicebat Plato a motu separata, siue sint in substantijs mobilibus secundum esse, sed separata secundum rationem. Primo. n. modo, essent qualitates nõ motorum, secundo autem, motorum, sed non in quantum sunt mota. Secundus modus principalis est, vt passiones motorum in quantum mota, & etiam differentie motuum, dicantur qualitates. Quæ quidem dicuntur differentie motuum, quia alterationes differunt secundum huiusmodi qualitates, sicut calefieri & infrigidari, secundum calidum & frigidum. Et ad hunc modum reducitur ille modus, secundum quem vitium & virtus dicitur qualitas. hic enim modus est quasi quædam pars illius. Virtus enim & vitium, ostendunt quædam differentias motus & actus, secundum bene & male. Nam virtus est per quam se aliquis habet bene ad agendum & patiendum. Vitium autem, secundum quod male. Et simile est de alijs habitibus, siue intellectualibus, vt scientia, siue corporalibus vt sanitas. Sed tamen bene & male maxime pertinet ad qualitatem in rebus animatis, & scipie in habitibus, pro hæresim id est electionem. Et hoc ideo, quia bonum habet rationem finis. Ea vero, quæ agunt per electionem, agunt propter finem. Agere autem propter finem, maxime competit rebus animatis. Res enim inanimata agunt, vel mouentur propter finem, non tanquam cognoscentes finem, neque tanquam se agentes ad finem, sed potius ab alio diriguntur, qui eis naturalem inclinationem dedit, sicut sagitta dirigitur in finem a sagittate. Res autem irrationales animata, cognoscunt quidem finem & appetunt ipsum appetitu animali, & mouent se ipsa localiter ad finem, tanquam iudicium habentes de fine, sed appetitus finis, & eorum, quæ sunt propter finem, determinatur eis ex naturali inclinatione. Propter quod sunt magis acta, quam agentia. Vnde nec in eis est iudicium liberum. Rationalia ve-

LECTIO XVII.

Aliquid dicitur alia per se, vt duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem, & totaliter multiplicatum ad multiplicatam partem, & continens ad contentum. Alia, vt calefactium ad calefactibile, & sectium ad secabile, & omne actiuum ad passiuum. Alia, vt mensurabile ad mensuram, & scibile ad scientiam, & sensibile ad sensum.

etiam differentie motuum, dicantur qualitates. Quæ quidem dicuntur differentie motuum, quia alterationes differunt secundum huiusmodi qualitates, sicut calefieri & infrigidari, secundum calidum & frigidum. Et ad hunc modum reducitur ille modus, secundum quem vitium & virtus dicitur qualitas. hic enim modus est quasi quædam pars illius. Virtus enim & vitium, ostendunt quædam differentias motus & actus, secundum bene & male. Nam virtus est per quam se aliquis habet bene ad agendum & patiendum. Vitium autem, secundum quod male. Et simile est de alijs habitibus, siue intellectualibus, vt scientia, siue corporalibus vt sanitas. Sed tamen bene & male maxime pertinet ad qualitatem in rebus animatis, & scipie in habitibus, pro hæresim id est electionem. Et hoc ideo, quia bonum habet rationem finis. Ea vero, quæ agunt per electionem, agunt propter finem. Agere autem propter finem, maxime competit rebus animatis. Res enim inanimata agunt, vel mouentur propter finem, non tanquam cognoscentes finem, neque tanquam se agentes ad finem, sed potius ab alio diriguntur, qui eis naturalem inclinationem dedit, sicut sagitta dirigitur in finem a sagittate. Res autem irrationales animata, cognoscunt quidem finem & appetunt ipsum appetitu animali, & mouent se ipsa localiter ad finem, tanquam iudicium habentes de fine, sed appetitus finis, & eorum, quæ sunt propter finem, determinatur eis ex naturali inclinatione. Propter quod sunt magis acta, quam agentia. Vnde nec in eis est iudicium liberum. Rationalia ve-

ro, in quibus solum est electio, cognoscunt finem & proportionem eorum, quæ sunt in finem ipsum. Et ideo, sicut se ipsa mouent ad finem, ita etiam ad appetendum finem, vel ea quæ sunt propter finem, ex quo est in eis electio libera.

LECT. XVII.



Fere itaque secundum duos modos dicitur ipsum quale, & horum vnus maxime proprium. prima enim qualitas, substantiæ differentia est, huius autem pars, & quæ in numeris qualitas est, etenim differentia quædam substantiarum est, sed aut non motorum, aut non in quantum mota. Hæ autem passiones motorum in quantum sunt mota, & motuum differentia. Virtus autem & vitium, passionis pars quædam est. Differentias enim ostendunt motus & actus, secundum quos faciunt vel patiuntur bene, aut prauè, quæ sunt in motu. Possibile nãque sic moueri aut agere, bonum: quod vero non sic sed cõtrarie, prauum. Maxime vero bonum & malum significant quale in animatis, & horum maxime in habitibus propter finem.

LECTIO XVII.

Aliquid dicitur quædam, vt duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem, & omnino multiplex ad multiplicatam partem, & excedens ad excessum. Quædam, vt calefactium ad calefactibile, & sectium ad secabile, & omnino actiuum ad passiuum. Quædam, vt mensurabile ad mensuram, & scibile ad scientiam, & sensibile ad sensum.

Secundus modus est, prout aliqua dicuntur ad aliquid secundum actionem & passionem, vel potentiam actiuam & passiuam, sicut calefactium ad calefactibile, quod pertinet ad actiones naturales, & sectium ad sectibile, quod pertinet ad actiones artificiales, & vniuersaliter omne actiuum ad passiuum. Tertius modus est, secundum quod mensurabile dicitur ad mensuram, accipitur autem hic mensura & mensurabile, non secundum quantitatem. hoc enim ad primum modum pertinet, in quo vtrunque ad vtrunque dicitur: nam duplum dicitur ad dimidium, & dimidium ad duplum: Sed secundum mensurationem esse & veritatis. Veritas enim scientiæ mensuratur a scibili. Ex eo enim, quod res est vel nõ est, oratio scita, vera vel falsa est, & non econuerso. Et similiter est de sensibili & sensu. Et propter hoc, non mutuo dicuntur mensura ad mensurabile & econuerso, sicut in alijs modis, sed solum mensurabile ad mensuram, & similiter etiam imago dicitur ad id, cuius est imago, tanquam mensurabile ad mensuram, veritas enim imaginis mensuratur ex re; cuius est imago. Ratio autem istorum modorum hæc est; Cui enim relatio, quæ est in rebus, consistat in ordine quodam vnus rei ad aliam, oportet: modo huiusmodi relationes esse, quod modis contingit vnã rem ad aliam ordinari. Ordinatur autem vnã res ad aliam, vel secundum esse, prout esse vnus rei dependet ab alia, & sic est tertius modus: vel secundum virtutem actiuam & passiuam, secundum quod vnã res ab alia accipit, vel alteri confert aliquid, & sic est secundus modus. Vel secundum

Infra pt. 6.

part. 2.

IC determinat Philosophus plus de ad aliquid, & circa hoc duo facit. Primo, ponit modos eorum, quæ sunt ad aliquid, ratione alterius, ibi: Illa vero quia sua genera. Circa primum duo facit. Primo, enumerat modos eorum, quæ secundum se ad aliquid dicuntur. Secundo, profertur de eis, ibi: Dicuntur autem prima. Ponit ergo tres modos eorum, quæ ad aliquid dicuntur, quorum primus est, secundum numerum & quantitatem, sicut duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem, & multiplicatum ad multiplicatam partem, & id est ad submultiplex, & continens ad contentum. Accipitur autem continens per eo, quod excedit secundum quantitatem. Omne enim excedens secundum quantitatem, continet in se illud quod excedit. est enim hoc & adhuc amplius, sicut quingue continet in se quatuor, & tricubitum continet in se bicubitum. Secundus modus est, prout aliqua dicuntur ad aliquid secundum actionem & passionem, vel potentiam actiuam & passiuam, sicut calefactium ad calefactibile, quod pertinet ad actiones naturales, & sectium ad sectibile, quod pertinet ad actiones artificiales, & vniuersaliter omne actiuum ad passiuum. Tertius modus est, secundum quod mensurabile dicitur ad mensuram, accipitur autem hic mensura & mensurabile, non secundum quantitatem. hoc enim ad primum modum pertinet, in quo vtrunque ad vtrunque dicitur: nam duplum dicitur ad dimidium, & dimidium ad duplum: Sed secundum mensurationem esse & veritatis. Veritas enim scientiæ mensuratur a scibili. Ex eo enim, quod res est vel nõ est, oratio scita, vera vel falsa est, & non econuerso. Et similiter est de sensibili & sensu. Et propter hoc, non mutuo dicuntur mensura ad mensurabile & econuerso, sicut in alijs modis, sed solum mensurabile ad mensuram, & similiter etiam imago dicitur ad id, cuius est imago, tanquam mensurabile ad mensuram, veritas enim imaginis mensuratur ex re; cuius est imago. Ratio autem istorum modorum hæc est; Cui enim relatio, quæ est in rebus, consistat in ordine quodam vnus rei ad aliam, oportet: modo huiusmodi relationes esse, quod modis contingit vnã rem ad aliam ordinari. Ordinatur autem vnã res ad aliam, vel secundum esse, prout esse vnus rei dependet ab alia, & sic est tertius modus: vel secundum virtutem actiuam & passiuam, secundum quod vnã res ab alia accipit, vel alteri confert aliquid, & sic est secundus modus. Vel secundum

secundum quod quantitas vnus rei, potest mensurari per aliam, & sic est primus modus. Qualitas autem rei, in quantum huiusmodi, non respicit nisi subiectum in quo est. Vnde secundum ipsam, vna res non ordinatur ad aliam, nisi secundum quod qualitas accipit rationem potentie passiuę, vel actiuę, pur est principium actionis vel passionis. Vel ratione quantitatris, vel alicuius ad quantitatem pertinentis, sicut dicitur aliquid albius alio: vel sicut dicitur simile, quod habet vnam aliquam qualitatem. Alia vero genera magis consequuntur relationem, quam possint relationem causare. Nam quando, consistit in aliquali relatione ad tempus. Vbi vero, ad locum, Positio autem, ordinem partium importat. Habitus autem relationem habentis ad habitum. Deinde cum dicitur.

b ¶ Prosequitur tres modos enumeratos, & primo prosequitur primum. Secundo prosequitur secundum ibi: *¶ Actiua vero & passiuam. ¶ Tertio tertium, ibi: ¶ Ergo secundum numerum. ¶ Circa primum, duo*

relationes, quę consequuntur numerum absolute. Secundo ponit relationes, quę consequuntur vnitatem absolute, ibi: ¶ Et amplius equale. ¶ Dicit ergo, quod primus modus relationum, qui est secundum numerum, distinguitur hoc modo, quia vel est secundum comparationem numeri ad numerum, vel numeri ad vnum, & secundum comparationem ad vtrumque dupliciter, quia vel est secundum comparationem numeri ad numerum, aut ad vnum determinate. Et hoc est quod dicit, quod prima, quę dicuntur ad aliquid secundum numerum, aut dicuntur simpliciter id est vniuersaliter vel indeterminate, aut determinate. Et vtrilibet modo {ad eos, scilicet numeros. ¶ Aut ad vnum} id est ad vnitatem. Sciendum est autem, quod omnis mensuratio, quę est in quantitatibus continuis, aliquo modo deriuatur a numero. Et ideo relationes, quę sunt secundum quantitatem cōtinuam, etiam attribuantur numero. Sciendum est etiam, quod proportio numeralis diuiditur primo in duas, scilicet æqualitatis, & inæqualitatis. Inæqualitatis autem sunt duę species, scilicet excedens, & excessum, & magis & minus. Inæquale autem excedens in quinque species diuiditur. numerus enim maior quandoque respectu minoris est multiplex, quando scilicet aliquoties continet ipsum, sicut sex continet duo ter. & si quidem continet ipsum bis, dicitur duplum, sicut duo ad vnum, vel quatuor ad duo. Si ter, triplum, si quater, quadruplum. & sic inde. Quandoque vero numerus maior continet totum numerum minorem semel, & insuper vnam aliquam partem eius, & tunc dicitur superparticularis. Et si quidem continet totum & medium, vocatur sex qui alterum, sicut tria ad duo. Si autem tertiam, sex qui tertium, sicut quatuor ad tria. Si quartam, sex qui quartum, sicut quinque ad quatuor, & sic inde. Quandoque numerus maior continet minorem totum semel, & insuper non solum vnam partem, sed plures partes. & sic dicitur superpartiens. Et si quidem continet duas partes, dicitur superbi-partiens, sicut quinque se habent ad tria. Si vero tres, dicitur supertri-partiens, sicut septem se habent ad quatuor. Si autem quatuor, sic est superquadri-partiens, & sic se habet nomen ad quinque. Et sic inde. Quandoque vero numerus maior continet totum minorem pluries, & insuper aliquam partem eius & tunc dicitur multiplex superparticularis. Et si quidem continet ipsum bis & mediam partem eius,

parte. 2.

Infra pt. 5. Infra pt. 4.

Infra par. 3.

F dicitur duplum sexquialterum, sicut quinque ad duo. Si autem ter & mediam partem eius, vocabitur triplum sexquialterum, sicut se habent septem ad duo. Si autem quater & dimidiam partem eius, dicitur quadruplum sexquialterum, sicut nouem ad duo. Possent etiam ex parte superparticularis huiusmodi proportio nis species sumi, vt dicitur duplex sexquicertius, quando maior numerus habet minorem bis & tertiam partem eius, sicut se habent septem ad tria: vel duplex sexquiquartus, sicut nouem ad quatuor, & sic de alijs. Quandoque etiam numerus maior habet minorem totum pluries, & etiam plures partes eius, & tunc dicitur multiplex superpartiens. Et similiter proportio potest diuidi secundum species multiplicitatis, & secundum species superpartientis, si dicitur duplum superbi-partiens, quando habet maior numerus totum minorem bis & duas partes eius, sicut octo ad tria. Vel etiam duplum supertri-partiens, sicut vndeici ad tres. Vel etiam duplum superquadri-partiens, sicut vndecim ad quatuor. Habet enim totum bis, & tres partes eius. Et totidem species sunt ex parte inæqualitatis eius, qui exceditur. Nam numerus minor dicitur submultiplex, subparticularis, subpartiens, submultiplex subparticularis, submultiplex subpartiens, & sic de alijs. Sciendum autem, quod prima species proportionis, scilicet multiplicitas consistit in comparatione vnus numeri ad vnitatem. Quilibet enim eius species inuenitur primo in aliquo numero respectu vnitatis. Duplum enim primo inuenitur in binario respectu vnitatis, & similiter proportio tripli in ternario respectu vnitatis, & sic de alijs. Primi autem termini, in quibus inuenitur aliqua proportio, dant speciem ipsi proportioni. vnde in quibuscumque alijs terminis consequenter inueniatur, inuenitur in eis secundum rationem primorum terminorum. sicut proportio dupla primo inuenitur inter duo & vnum, vnde ex hoc proportio recipit rationem & nomen. Dicitur enim proportio dupla, proportio duorum ad vnum, & propter hoc, si etiam vnus numerus respectu alterius numeri sit duplex, tamen hoc est secundum quod minor numerus accipit rationem vnus, & maior rationem duorum. sex enim se habent in dupla proportione ad tria, in quantum tria se habent ad sex, vt vnum ad duo, & simile est in tripla proportione, & in omnibus alijs speciebus multiplicitatis. & ideo dicit, quod ista relatio dupli, est per hoc, quod numerus determinatus, scilicet duo, referatur ad vnum id est ad vnitatem. sed hoc, quod dico multiplex, importat relationem numeri ad vnitatem, sed non alicuius determinati numeri, sed numeri in vniuersali. Si enim determinatus numerus accipiatur vt binarius, vel ternarius, esset vna species multiplicitatis, vt dupla vel tripla. Sicut autem dupli se habent ad duo, & tripli ad tria, quę sunt numeri determinati, ita multiplex ad multiplicitatem, quia significat numerum indeterminate. Alia autem proportionem non possunt attendi secundum numerum ad vnitatem, scilicet neque proportio superparticularis, neque superpartiens, neque multiplex superparticularis neque multiplex superpartiens. Omnes enim hæc proportionum species, attenduntur secundum quod maior numerus continet minorem semel, vel aliquoties, & insuper vnam vel plures partes eius. Vnitatem autem partem habere non potest, & ideo nulla harum proportionum, potest attendi secundum comparationem numeri ad vnitatem, sed secundum comparationem

part. 3.

part. 4.

part. 5.

rationem numeri ad numerum. Et sic est duplex, vel secundum numerum determinatum, vel secundum numerum indeterminate. Si autem secundum numerum determinatum, sic est hemiolium id est sexquialterum, aut subhemiolium id est supersexquialterum. Proportio enim sexquialtera primo consistit in his terminis, scilicet ternario, & binario, & sub ratione eorum in omnibus alijs inuenitur. Vnde quod dicitur hemiolium, vel sexquialterum, importat relationem determinati numeri ad determinatum numerum, scilicet ad duo. Quod vero dicitur superparticularare, referatur ad subparticularare, non secundum determinatos numeros, sicut etiam multiplex referatur ad vnum, sed secundum numerum indeterminate. Prime enim species inæqualitatis superius numerate, accipiuntur secundum indeterminate numeros, vt multiplex, superparticularare, superpartiens &c. Species vero istorum, accipiuntur secundum numeros determinatos, vt duplum, triplum, sexquialterum, sexquicertius, & sic de alijs. Cōtingit, n. aliquas quantitates continas habere proportionem adinuicem, sed non secundum aliquem numerum, nec determinatum, nec indeterminate. Omnium, n. quantitatum continuarum est aliqua proportio: non est est proportio numeralis, quorumlibet enim duorum numerorum est vna mensura cōis, scilicet vnitas, quę aliquoties sumpta, quęlibet numerum reddit. Non autem quarumlibet quantitatum continuarum inuenitur esse vna mensura communis, sed sunt quedam quantitates continuę incommensurabiles, sicut diameter quadrati est incommensurabilis lateri. Et hoc ideo, quia non est proportio eius ad latum, sicut proportio numeri ad numerum, vel numeri ad vnum. Cuius ergo dicitur in quantitatibus, quę hæc est maior illa, vel se habet ad illam vt continens ad contentum, non solum hæc ratio non attenditur secundum aliquam determinatam speciem numeri, sed nec etiam quod sit secundum numerum, quia omnis numerus est alteri commensurabilis, omnes enim numeri habent vnam communem mensuram, scilicet vnitatem, sed continens & contentum non dicuntur secundum aliquam commensurationem numeralem. Continens enim ad contentum dicitur, quod est tantum, & adhuc amplius. & hoc est indeterminate, vtrum sit commensurabile, vel non commensurabile. Quantitas enim qualiteunque accipiat, vel est æqualis vel inæqualis. Vnde si non est æqualis, sequitur quod sit inæqualis & continens, etiam si non sit commensurabilis. Pater igitur, quod omnia prædicta dicuntur ad aliqd secundum numerum, & secundum passiones numerorum sunt commensuratio, proportio, & huiusmodi. Deinde cum dicitur.

A c ¶ Ponit relatiua quę accipiuntur secundum vnitatem, & non per comparationem numeri ad vnum, vel ad numerum, & dicit quod alio modo prædictis dicuntur relatiue, æquale, simile, & idem. hæc enim dicuntur secundum vnitatem. Nam eadem sunt, quorum substantia est vna. Similia, quorū qualitas est vna. Aequalia, quorum quantitas est vna. Cum autem vnum sit principium numeri & mensura, patet etiam quod hæc dicuntur ad aliqd secundum numerum id est secundum aliquid, ad genus numeri pertinens, non eodem modo tamen hæc vnitatem cum primis. Nam primæ relationes, erant secundum numerum ad numerum, vel secundum numerum ad vnum, hoc aut secundum vnum absolute. Deinde cum dicitur.

d ¶ Prosequitur de secundo modo relationum, quę sunt ad actiuam & passiuam, & dicit, quod huiusmodi relatiua sit relatiua dupliciter. Vno modo, secundum potentiam actiuam & passiuam, & secundo modo secundum actus harum potentiarum, qui sunt agere & pati, sicut calefactiuum dicitur ad calefactibile, secundum potentiam actiuam & passiuam. Nam calefactiuum est, quod potest calefacere. Calefactibile vero, quod potest caleferi. Calefactus autem ad calefactum, & secus ad id, quod secatur, dicuntur actus secundum actus prædictarum potentiarum. Et differit iste modus relationum a præmissis. Quę, n. sunt secundum numerum, non sunt aliquę actiones nisi secundum similitudinem, sicut multiplicare, diuidere, & huiusmodi, vt etiam in alijs dictum est, in 2. Phisic. Vbi ostendit, quod mathematica abstracta hant a motu, & ideo in eis esse non possunt huiusmodi actiones, quę secundum motum sunt. Sciendum etiam est, quod eorum relatiuorum, quę dicuntur secundum potentiam actiuam & passiuam, attenditur diuersitas secundum diuersa tempora. Quaedam, n. horum dicuntur relatiue secundum tempus præteritum, sicut quod fecit ad illud quod factum est, vt pater ad filium, quia ille genuit, ille genitus est, quę differunt secundum factis, & passum esse. Quaedam vero secundum tempus futurum, sicut facturus referatur ad faciendum. Et ad hoc genus relationum reducuntur illę relationes, quę dicuntur secundum priuationem potentie, vt impossibile & inuisibile. Dicitur enim aliquid impossibile huic vel illi, & similiter inuisibile. Deinde cum dicitur.

Actiua vero, & passiuam secundum actiuam & passiuam potentiam, & potentiarum actiones. v. p. calefactiuum ad calefactibile, quoniam possunt. & rursus calefactus ad id, quod calefit, & secus ad id, quod secatur, vt agentia. Eorum autem, quę secundum numerum sunt, non sunt actiones, nisi quemadmodum in alijs dictum est, sed secundum motum actiones non existunt. Eorum vero, quę secundum potentiam, etiam secundum tempora iam dicuntur ad aliqd, veluti quod fecit, ad id, quod factum est: & id, quod facturum est, ad id, quod faciendum est. Sic, n. pater filij dicitur pater. Hoc quidem, n. fecit, illud autem passum quid est. Amplius quædam secundum priuationem potentie, vt impossibile: & quęcumque sic dicuntur, vt inuisibile.

D ¶ Quęcumque igitur secundum numerum, & potentiam ad aliqd dicuntur, cuncta sunt ad aliqd, & quod ipsum, quod est alterius, dicitur ipsum, quod est, sed non eo quod aliud ad aliud. Mensurabile autem, & scibile, & intelligibile, eo quod aliud ad illud dicitur. Nam inmerum, non sunt aliquę actiones nisi secundum similitudinem, sicut multiplicare, diuidere, & huiusmodi, vt etiam in alijs dictum est, in 2. Phisic. Vbi ostendit, quod mathematica abstracta hant a motu, & ideo in eis esse non possunt huiusmodi actiones, quę secundum motum sunt. Sciendum etiam est, quod eorum relatiuorum, quę dicuntur secundum potentiam actiuam & passiuam, attenditur diuersitas secundum diuersa tempora. Quaedam, n. horum dicuntur relatiue secundum tempus præteritum, sicut quod fecit ad illud quod factum est, vt pater ad filium, quia ille genuit, ille genitus est, quę differunt secundum factis, & passum esse. Quaedam vero secundum tempus futurum, sicut facturus referatur ad faciendum. Et ad hoc genus relationum reducuntur illę relationes, quę dicuntur secundum priuationem potentie, vt impossibile & inuisibile. Dicitur enim aliquid impossibile huic vel illi, & similiter inuisibile. Deinde cum dicitur.

e ¶ Prosequitur de tertio modo relationum, & dicit, quod in hoc differit iste tertius modus a præmissis, quod in præmissis vnum quodque dicitur relatiue ex hoc, quod ipsum ad aliqd referatur, non ex eo quod aliud referatur ad ipsum. Duplum, n. referatur ad dimidium, & e converso, & similiter pater ad filium, & e converso.

Tex. c. 18.

zeouerso. Sed hoc tertio modo aliquid dicitur relatiue, ex eo solum quod aliquid referatur ad ipsum, sicut patet quod sensibile & scibile vel intelligibile dicuntur relatiue, quia alia referuntur ad illa. Scibile enim dicitur aliquid, propter hoc, quod habetur scientia de ipso. & similiter sensibile dicitur aliquid quod potest sentiri.

part. 6.

Tex. 65. 15.

Tex. 66. 21. parte pri.

Le 8. 1.

non eo quod illa ad aliud. Nam intellectuale significat quod ipse est intellectus. Non est autem intellectus ad hoc, cuius est intellectus. Bis. n. idem diceretur. Et similiter alicuius visus est visus, & non cuius est visus, (quamuis sit verum hoc dicere) sed ad colorem, aut ad aliquid tale. Illo vero modo bis diceretur, quia est visus cuius est visus. Ergo secundum se dicta ad aliquid, sic dicuntur.

¶ Illa vero, quia sua genera sunt talia. vt Medicina ad aliquid, quia suum genus scientia videtur ad aliqd esse. Amplius quæcunque secundum habentia dicuntur ad aliquid. vt æqualitas, quia æquale: & similitudo, quia simile. Alia vero secundum accidens. vt homo ad aliquid, quia ei accidit duplum esse: & hoc est ad aliquid, vt album, quia ei accidit album esse & duplum esse.

LECTIO XVIII.

Refectum vero dicitur, vnum quidem extra quod non est accipere vliam quidem particulam. vt tempus pfectum singulorum, extra quod non est accipere tempus aliquod, quod sit huius temporis pars. Et que sunt secundum virtutem & eius quod bene, non habentia hyperbolem ad genus. vt perfectus Medicus, & perfectus Fistulator, quando secundum speciem propriam virtutis in nullo deficit. Sic autem transferetes ad mala dicim' sy-

ntes. In prima distinguit nomina ea, quæ pertinent ad perfectionem entis. In secunda distinguit nomina, quæ pertinent ad entis defectum, ibi: { Falsum dicitur vno modo. } Circa primum duo facit. Primo, distinguit nomina significantia ea, quæ pertinent ad perfectionem entis. Secundo, pertinentia ad totalitatem. Perfectum enim & totum aut sunt idem, aut fere idem significant, vt dicitur in 3. Phisic. secunda ibi. { Ex aliquo esse dicitur. } Circa primum duo facit. Primo, distinguit hoc nom' perfectum. Secundo, distinguit quedam nomina, quæ significant quasdam perfectiones perfecti, ibi: { Terminus dicitur. } Circa primum duo facit. Primo ponit modos, quibus aliqua dicuntur perfecta secundum se. Secundo modos, quibus aliqua dicuntur perfecta per respectum ad alia, ibi: { Alia vero. } Circa primum duo facit. Primo, ponit tres modos quibus aliquid secundum se dicitur perfectum. Secundo, ostendit quomodo secundum hos modos, aliqua diuersimode perfecta dicuntur; ibi: { Et sic se dicta quidem igitur. } Dicit ergo primo, quod perfectum vno modo dicitur, extra quod non est

visus, sed in quantum est accidens vel potentia videntis. Relatio enim respicit aliquid extra, non autem subiectum, nisi in quantum est accidens. Et sic patet, quod isti sunt modi, quibus aliqua dicuntur secundum se ad aliquid. Deinde cum dicit, ¶ Ponit tres modos, quibus aliqua dicuntur ad aliquid, non secundum se, sed secundum aliud.

Quorum primus est, quoniam aliqua dicitur ad aliquid propter hoc, quod sua genera sunt ad aliquid. sicut Medicina dicitur ad aliquid, quia scia est ad aliquid. Dicitur enim Medicina est scientia sani & egri. & isto modo referatur scientia per hoc, quod est accidens. Secundus modus est, quoniam aliqua abstracta dicuntur ad aliquid, quia concreta habentia illa abstracta, ad aliud dicitur, sicut æqualitas & similitudo dicitur ad aliquid, quia simile & æquale ad aliquid sunt. Aequalitas autem & similitudo secundum nomen non dicitur ad aliquid. Tertius modus est, quando subiectum dicitur ad aliquid ratione accidentis, sicut homo vel album dicitur ad aliquid, quia vtrique accidit duplum esse. Et hoc modo capitur dicitur ad aliquid, eo quod est pars.

¶ Quædam si genera eorum talia sunt. vtputa Medendi ars eorum est, quæ ad aliquid sunt, quoniam genus eius scientia videtur eorum esse, quæ ad aliquid sunt. Item secundum quæ ad aliquid dicuntur ea, quæ illa habent. vt æqualitas, quoniam ipsum æquale: & similitudo, quoniam & ipsum simile. Alia vero secundum accidens dicuntur. vt homo aliquid, quoniam accidit ei duplo esse. hoc autem eorum est, quæ ad aliquid sunt. aut album, si eidem accidit duplo, & albo esse.

LECTIO XVIII.

Refectum dicitur vno quidem modo, extra quod non est vliam accipere particulam. vtputa tempus ipsum, vniuersi cuiusque perfectum est, extra quod non est nullum accipere tempus, quod pars huius temporis sit. Et quod secundum virtutem, & quod est eius, quod bene, non habens excessum ad genus. vt perfectus musicus, & perfectus tubicem, cum secundum propriam virtutis speciem in nullo deficient. Ita etiam in malis transferetes dicimus calumniatorem perfectum,

tes. In prima distinguit nomina ea, quæ pertinent ad perfectionem entis. In secunda distinguit nomina, quæ pertinent ad entis defectum, ibi: { Falsum dicitur vno modo. } Circa primum duo facit. Primo, distinguit nomina significantia ea, quæ pertinent ad perfectionem entis. Secundo, pertinentia ad totalitatem. Perfectum enim & totum aut sunt idem, aut fere idem significant, vt dicitur in 3. Phisic. secunda ibi. { Ex aliquo esse dicitur. } Circa primum duo facit. Primo, distinguit hoc nom' perfectum. Secundo, distinguit quedam nomina, quæ significant quasdam perfectiones perfecti, ibi: { Terminus dicitur. } Circa primum duo facit. Primo ponit modos, quibus aliqua dicuntur perfecta secundum se. Secundo modos, quibus aliqua dicuntur perfecta per respectum ad alia, ibi: { Alia vero. } Circa primum duo facit. Primo, ponit tres modos quibus aliquid secundum se dicitur perfectum. Secundo, ostendit quomodo secundum hos modos, aliqua diuersimode perfecta dicuntur; ibi: { Et sic se dicta quidem igitur. } Dicit ergo primo, quod perfectum vno modo dicitur, extra quod non est

LECT. XVIII.

Refectum dicitur vno quidem modo, extra quod non est vliam accipere particulam. vtputa tempus ipsum, vniuersi cuiusque perfectum est, extra quod non est nullum accipere tempus, quod pars huius temporis sit. Et quod secundum virtutem, & quod est eius, quod bene, non habens excessum ad genus. vt perfectus musicus, & perfectus tubicem, cum secundum propriam virtutis speciem in nullo deficient. Ita etiam in malis transferetes dicimus calumniatorem perfectum,

significat causas, & subiectum. & partes subiectorum huius scientiæ, hic incipit distinguere nomina, quæ significant ea, quæ se habent per modum passionis, & diuiditur in duas partes.

tes. In prima distinguit nomina ea, quæ pertinent ad perfectionem entis. In secunda distinguit nomina, quæ pertinent ad entis defectum, ibi: { Falsum dicitur vno modo. } Circa primum duo facit. Primo, distinguit nomina significantia ea, quæ pertinent ad perfectionem entis. Secundo, pertinentia ad totalitatem. Perfectum enim & totum aut sunt idem, aut fere idem significant, vt dicitur in 3. Phisic. secunda ibi. { Ex aliquo esse dicitur. } Circa primum duo facit. Primo, distinguit hoc nom' perfectum. Secundo, distinguit quedam nomina, quæ significant quasdam perfectiones perfecti, ibi: { Terminus dicitur. } Circa primum duo facit. Primo ponit modos, quibus aliqua dicuntur perfecta secundum se. Secundo modos, quibus aliqua dicuntur perfecta per respectum ad alia, ibi: { Alia vero. } Circa primum duo facit. Primo, ponit tres modos quibus aliquid secundum se dicitur perfectum. Secundo, ostendit quomodo secundum hos modos, aliqua diuersimode perfecta dicuntur; ibi: { Et sic se dicta quidem igitur. } Dicit ergo primo, quod perfectum vno modo dicitur, extra quod non est

Infra p. 3.

¶ Insuper

Lec. vj. ¶ a. l. magnitudinis.

part. 2.

part. 3.

¶ Insuper

part. 4.

Tex. 64.

non est accipere aliquam eius particulam, sicut homo dicitur perfectus, quando nulla deest ei pars. Et dicitur tempus perfectum, quando non est accipere extra aliquid, quod sit temporis pars, sicut dicitur dies perfectus, quando nulla pars diei deest. Alio modo dicitur aliquid perfectum secundum virtutem.

& sic dicitur aliquid perfectum quod non habet hyperbolem, id est, superexcellentiam, vel superbundantiam ad hoc, quod aliquid bene fiat secundum genus illud. Et similiter nec defectum, hoc enim dicitur bene se habere, vt dicitur in 2. Ethic. quod nihil habet, nec plus, nec minus, quod debet habere. Et sic dicitur perfectus Medicus, & perfectus fistulator, quando non deficit ei aliquid, quod pertinet ad speciem propriam virtutis, sed in qua dicitur, quod hic est bonus medicus, & ille bonus fistulator. Virtus enim cuiuslibet est, quod bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Secundum autem hunc modum, virtus translatiue, nomine perfecti est in malis, dicitur enim perfectus calumniator, & perfectus latro, & perfectus in nullo deficit ab eo, quod competit eis, in quantum sunt tales. Nec est mirum, si in istis, quæ magis sonant defectum, virtus nomine perfectionis, quia etiam cum sint mala, virtus in eis nomine bonitatis per quandam similitudinem. Dicimus enim bonum furem, & bonum calumniatorem, quia sic se habent in suis operationibus, licet malis, sicut boni in bonis. Et quod aliquid dicitur perfectum per comparisonem ad virtutem propriam, prouenit, quia virtus est quedam perfectio rei. Vnumquodque enim tunc est perfectum, quando nulla pars magnitudinis naturalis, quæ competit ei secundum speciem propriam virtutis, deficit ei. Sicut autem quilibet res naturalis habet determinatam mensuram naturalis magnitudinis secundum quantitatem continuam, vt dicitur in 2. de Anima, ita etiam quilibet res habet determinatam quantitatem suæ virtutis naturalis. equus enim habet quantitatem mensuram determinatam secundum naturam cum aliqua latitudine, est enim aliqua quantitas, vltra quam nullus equus protenditur in magnitudine. & similiter est aliqua quantitas, quam non transcendit in paritate. Ita etiam ex vtraque parte determinatur aliquibus terminis, quantitas virtutis equi. Nam aliqua est virtus equi, quæ maior in nullo equo inuenitur. & similiter est aliqua tam parua, quæ nulla est minor. Sicut igitur primus modus perfecti accipiebatur ex hoc, quod nihil rei deerat de quantitate mensuræ sibi naturaliter determinata, ita hic secundus modus accipitur ex hoc, quod nihil deest alicui de quantitate virtutis sibi debite, secundum naturam. Vterque autem modus perfectionis attenditur secundum interiore perfectionem.

¶ Amplius quibus est finis studiosus, ea dicitur perfecta. etenim secundum habere finem perfecta. Quare quoniam finis vltimorum aliquid est, & ad praua transferetes dicimus perfecte perdit, & perfecte corruptum, quod nihil deest corruptioni, & malo, si in vltimo est. Quapropter mors secundum metaphoram dicitur finis, quia ambo vltima. Finis autem & cuius causa vltimum.

¶ Secundum se dicta quidem igitur perfecta toties dicitur. Alia quidem, quia secundum bene in nullo deficient, nec hyperbolem habent, nec extra aliquid accipiunt. Alia omnino, secundum quod non habent hyperbolem in vnoquoque genere, nec aliquid est extra.

¶ Alia vero iam secundum ipsa, aut in faciendo aliquid tale, aut habendo, aut cognoscendo tali, aut aliquid dicitur primo dicta perfecta.

¶ Obliqua Philosophus dicitur finitudo, quæ significat causas, & subiectum. & partes subiectorum huius scientiæ, hic incipit distinguere nomina, quæ significant ea, quæ se habent per modum passionis, & diuiditur in duas partes. Virtus enim cuiuslibet est, quod bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Secundum autem hunc modum, virtus translatiue, nomine perfecti est in malis, dicitur enim perfectus calumniator, & perfectus latro, & perfectus in nullo deficit ab eo, quod competit eis, in quantum sunt tales. Nec est mirum, si in istis, quæ magis sonant defectum, virtus nomine perfectionis, quia etiam cum sint mala, virtus in eis nomine bonitatis per quandam similitudinem. Dicimus enim bonum furem, & bonum calumniatorem, quia sic se habent in suis operationibus, licet malis, sicut boni in bonis. Et quod aliquid dicitur perfectum per comparisonem ad virtutem propriam, prouenit, quia virtus est quedam perfectio rei. Vnumquodque enim tunc est perfectum, quando nulla pars magnitudinis naturalis, quæ competit ei secundum speciem propriam virtutis, deficit ei. Sicut autem quilibet res naturalis habet determinatam mensuram naturalis magnitudinis secundum quantitatem continuam, vt dicitur in 2. de Anima, ita etiam quilibet res habet determinatam quantitatem suæ virtutis naturalis. equus enim habet quantitatem mensuram determinatam secundum naturam cum aliqua latitudine, est enim aliqua quantitas, vltra quam nullus equus protenditur in magnitudine. & similiter est aliqua quantitas, quam non transcendit in paritate. Ita etiam ex vtraque parte determinatur aliquibus terminis, quantitas virtutis equi. Nam aliqua est virtus equi, quæ maior in nullo equo inuenitur. & similiter est aliqua tam parua, quæ nulla est minor. Sicut igitur primus modus perfecti accipiebatur ex hoc, quod nihil rei deerat de quantitate mensuræ sibi naturaliter determinata, ita hic secundus modus accipitur ex hoc, quod nihil deest alicui de quantitate virtutis sibi debite, secundum naturam. Vterque autem modus perfectionis attenditur secundum interiore perfectionem.

¶ Tertium modum ponit per respectum ad exterior: dicitur, quod illa dicuntur tertio modo perfecta, quibus inest finis, id est, quæ iam consecuta sunt suum finem; si tamen ille finis

fuertis studiosus, id est, bonus, sicut homo, quando iam consequitur beatitudinem. Qui autem consequitur finem suum in malis, magis dicitur deficiens, quam perfectus, quia malum est primario perfectionis debita. In quo patet, quod mali quando suam perficiunt voluntatem, non sunt feliciores, sed miseriores. Quia vero omnis finis est quoddam vltimum, ideo per quandam similitudinem transferetes nomen perfectionis ad ea, quæ proueniunt ad vltimum, licet illud sit malum. Sicut dicitur aliquid perfecte perdit vel corruptum, quod nihil deest de corruptione, vel perditione rei. & per hæc metaphoram, mors dicitur finis, quia est vltimum. Sed finis non solum habet, quod sit vltimum, sed etiam quod sit cuius causa fit aliquid. Quod non contingit morti vel corruptioni. Deinde cum dicitur,

¶ Item, quibus finis studiosus est, ea perfecta dicuntur. etenim secundum quod habent finem, perfecta dicuntur. Quare cum finis vltimorum quippiam est, ad praua quoque transferetes, dicimus perfecte corruptum esse, & perfecte corruptum esse, cum nil corruptionis, aut mali deest, sed in vltimo sit. propter quod, & mors metaphorice dicitur finis, quoniam vltima. finis autem & quod cuius gratia, vltimum.

¶ Quæcunque igitur per se perfecta dicuntur, toties dicuntur. Quædam, eo quod secundum bene in nullo deficient, nec habent in aliquo genere excessum, nec est quicquam extra. Quædam, eo quod omnino in vnoquoque genere excessum non habent, nec quicquam est extra.

¶ Quæcunque igitur per se perfecta dicuntur, toties dicuntur. Quædam, eo quod secundum bene in nullo deficient, nec habent in aliquo genere excessum, nec est quicquam extra. Quædam, eo quod omnino in vnoquoque genere excessum non habent, nec quicquam est extra.

¶ Cetera vero iam secundum ipsa, eo quod aut aliquid tale faciunt, aut habent, aut conueniunt, aut tali, aut aliquid alio modo ad ea, quæ primo dicta sunt, perfecta dicuntur.

¶ in singulis generibus inuenitis. Alia dicuntur perfecta in aliquo genere, ex eo, quod quantum ad illud genus pertinet, nec habent hyperbolem, id est, excedentiam, quæ aliquid eis deficit eorum, quæ illi generi debentur: nec aliquid eorum, quæ ad perfectionem illius generis pertinent est extra ea, quæ eo careant. sicut homo dicitur perfectus, quando iam adeptus est beatitudinem. Et sicut fit hæc distinctio, quantum ad secundum modum perfectionis supra positum, ita potest fieri quantum ad primum, vt tangitur in principio Cæli, & Mundi. Nam quodlibet corpus particulare est quantitas perfecta secundum suum genus, quia

¶ Ponit modum, secundum quem aliqua dicuntur perfecta per respectum ad aliud: & dicit, quod alia dicuntur perfecta secundum ipsa, id est, per comparisonem ad perfecta, quæ sunt secundum se perfecta: Vel ex eo, quod faciunt aliquid perfectum aliquo priorum modorum. sicut medicina est perfecta, quæ facit sanitatem perfectam. Aut ex eo, quod habent aliquid perfectum, sicut homo dicitur perfectus, qui habet perfectam scientiam. Aut representando tale perfectum: sicut illa, quæ habent similitudinem ad perfecta: vt imago dicitur perfecta, quæ representat hominem perfecte. Aut qualitercunque aliter referantur ad ea, quæ dicuntur perfecte per primis modis.

LECTIO XIX.

IC prosequitur de nominibus, quae significant conditiones perfecti. Perfectum autem, ut ex praemissis patet, est terminatum & absolutum, non dependens ab alio, & non priuatum, sed habens ea,

LECTIO XIX.

Ermin^o dicitur quod est cuiuslibet vltimū & extra quod nihil est accipere * primi, & infra quod omnia * primi.

LECTIO XIX.

Erminus dicitur, quod vltimum cuiusque est, extra quod nihil est accipere primum, & infra quod omnia primum.

Tex. cō. 22. par. prima. a. l. primum.

Infra par. 4. Lect. seq. part. 2.

part. 3.

* Et quod est per se.

par. 5.

Et quaecunque fuerit species magnitudinis, aut habentis magnitudinem, Et finis cuiusque. tale vero ad quod motus & actus, & non a quo, & quandoque ambo, & a quo & in quod. Et cuius causa. Et substantia cuiuslibet, & quod quid erat esse cuique. cognitionis enim hic terminus. sed si cognitionis, & rei.

Quare palam, quia quoties principia dicuntur toties terminus, & adhuc amplius. Principium enim terminus quidem est: sed terminus non omnis principium.

* Et secundum quod dicitur multipliciter. Vno quidem modo species & substantia cuiusque rei, ut secundum quod bonum, per se bonum. Alio vero, in quo primum aptum natum est fieri, ut color in superficie. Primo quidem ergo dictum secundum quod, species est. Secundo autem, ut materia cuiusque, & subiectum cuiusque; primum. Omnino vero ipsum secundum quod pariter & causa existit. Nam secundum quod venit, aut cuius causa venit dicitur, & secundum quod paralogizatum est, aut syllogizatum est, aut qua causa syllogismi sunt, aut paralogismi. Amplius secundum quod, secundum positionem dicitur, ut secundum quod stetit, aut secundum quod vadit. Ea namque omnino positionem significant & locum.

Quare secundum se, dici multipliciter est necesse. Vnum

Tertius modus dicitur terminus, cuius causa sit aliquid: hoc enim est vltimum intentionis, sicut terminus secundo modo dictus est, vltimum motus vel operationis. Quartus modus, est secundum quod substantia rei, quae est essentia & definitio significans quod quid est res, dicitur terminus. est enim terminus cognitionis. Incipit enim cognitio rei ab aliquibus signis exterioribus, quibus peruenitur ad cognoscendam rei definitionem. Quo cum peruentum fuerit, habetur perfecta cognitio de rei. Vel dicitur terminus cognitionis definitio, quia infra ipsam continentur ea, per quae scitur res. si autem mutetur vna differentia, vel addatur, vel subtrahatur, iam non erit eadem definitio. Si autem est terminus

cognitionis, oportet quod sit rei terminus, quia cognitio fit per assimilationem cognoscens ad rem cognitam.

Concludit comparationem termini ad principium dicens, quod quoties dicitur principium, toties dicitur terminus, & adhuc amplius: quia omne principium est terminus, sed non terminus omnis est principium. Id enim ad quod motus est, terminus est, & nullo modo principium est. Illud vero a quo est motus est principium & terminus, ut ex praedictis patet.

Et quod magnitudinis formas, aut magnitudinem habentis. Et cuiusque finis. tale vero est, ad quod motus, & actus, non a quo, quandoque ambo, & a quo, & in quod. Et cuius causa. Et substantia cuiusque, ac quod quid erat esse vnicuique, cognitionis enim hoc terminus est. quod si cognitionis, rei quoque est.

Quare patet, quod quoties dicitur principium, toties etiam terminus, & adhuc amplius. principium namque terminus quidem: sed non omnis terminus principium.

Quod quidem patet, in hoc exemplo. si enim omnis effectus habet aliquam causam per se, ad quam de necessitate sequitur, oportet, quod iste de necessitate moriatur, vel per infirmitatem, vel per violentiam, si exeat domum suam. Exitus enim a domo eius inuenitur causa esse mortis eius, vel violentiæ, pura si exiens domum inuenitur a latronibus, & occiditur. Vel per infirmitatem, pura si exiens de domo ex æstu incurrit febrem & moritur. Et eodẽ modo, hoc erit ex necessitate, scilicet quod exeat domum ad hauriendam aquam si sitit, nam sitis inuenitur esse causa, vt exeat domum, ad hauriendam aquam. Similiter per eadem rationem, hoc erit de necessitate, scilicet, quod sitiat, si aliquid aliud erit, quod est causa sitis. Et ita sic procedens de effectu ad causam perueniet ad aliquod; & quod nunc est, i. in aliquid præfens, vel in aliquo quod factorum, i. in aliquo præteritorio. Sicut si dicam, quod sitis erit si comedat mordacitiam vel salinam, quæ faciunt sitim, hoc autem, scilicet, quod comedat salinam vel non comedat, est in præfenti. Et ita sequitur, quod prædictum futurum, i. quod iste moriatur vel non moriatur ex necessitate erit. Cum enim quilibet conditionalis vera sit necessaria, oportet, quod ex quo antecedens est positum, quod consequens ex necessitate ponatur. Sicut hæc est vera, si Socrus currit, mouetur. Posito ergo, quod currat, necesse erit ipsum moueri, dum currit. Si autem quilibet effectus habet causam per se, ex qua de necessitate sequitur, oportet quod sit illa conditionalis vera, cuius antecedens est causa, & consequens effectus. Et licet inter causam, quæ nunc est præfens, & effectum, qui erit futurus, quandoq; sint plurima media, quorum vnum quodque est effectus respectu præcedentium, & causa respectu sequentium, tamen sequitur de primo ad vltimum, & conditionalis sit vera, cuius antecedens est præfens, & eius consequens quandoque futurum. Sicut hic, si comedat salinam, occidetur. Antecedens autem ponitur, ex quo præfens est, ergo de necessitate erit, quod occidatur. Et ita omnia alia futura erunt necessaria, quorum cause proximæ vel remotæ, sunt præfentes. Et similis ratio est, si aliquis procedens ab effectibus ad causas, superfluat ad facta, i. ad præterita, hoc est dicere, si reducat effectus futuros in aliquam causam præteritam non præsentem, quia hoc quod præteritum est, iam est secundum aliquem modum. hoc autem dico, in quantum est factum vel præteritum. Licet enim vita Cæsaris non sit nunc, vt in præfenti, est tamen in præterito. verum enim est Cæsarem vixisse. Et ita nunc est ponere verum esse antecedens conditionalis, in cuius antecedente est causa præterita, & in consequente est causa futura. Et sic se queretur, cum omnes effectus futuros oporteat redigere in tales causas præfentes vel præteritas, quod omnia futura ex necessitate eueniant. Sicut nos dicimus, quod viuente fore moriturum est necessarium absolute, quia sequitur de necessitate ad aliquod, quod iam factum est. si duo contraria esse in eodem corpore per commissionem. hoc enim conditionalis est vera. Si aliquod corpus est compositum ex contrariis, corrumpetur. Hoc autem est impossibile, quod omnia futura ex necessitate eueniant. Ergo illa duo sunt impossibilia, ex quibus hoc sequebatur. si quilibet effectus habeat causam per se, & quod causa posita necesse sit effectum poni. Quia ex hoc ipso sequeretur, quod iam dictum est, quod quorūlibet effectuum futurorum essent aliquæ cause iam posite. Sicut corruptionis animalis iam sunt aliquæ cause posite. Sed quod iste homo moriatur per infirmitatem, vel violentiam, nondum habet aliquam causam positam, ex qua de necessitate sequatur. Deinde cum dicitur.

b Palam ergo, quia vsq; ad aliquod vadit principium; hoc aut non adhuc ad aliud. Erat ergo eius quodcunque euenit ipsum, & cā ipsius generationis nulla.

c Sed ad principium quale, & causam qualem reductio talis, vtrū vt ad materiam, aut ad quod cuius gratia, aut vt ad mouens.

non reducitur in aliquod principium, adhuc per se, sed ipsum erit cuius causa est quodcunque euenit, id est, causa casualis, & illius causa casualis, non erit aliqua alia causa, sicut iam prædictum est, quod ens per accidens non habet causam neque generationem. Verbi gratia, quod iste occidatur a latronibus habet causam per se, quia vulneratur, & hoc etiam habet causam per se, quia a latronibus inuenitur, sed hoc, non habet nisi causam per accidens. Hoc enim, quod iste qui negotiatur ad negotium vadens inter latrones incidat, est per accidens vt ex prædictis patet. vñ eius non oportet ponere aliquam causam. Ens enim per accidens, vt supra dictum est, nõ habet generationem, & ita eius generationis causam per se, quæ non oportet. Deinde cum dicitur.

b Infert quendam conclusionem ex prædictis dicens, ergo ex quo non quodlibet, quod sit, habet causam per se, palam quod in futuris contingentibus, effectus futuri reductio ad causam per se, vadit vsq; ad aliquod principium, quod quidem principium

non reducitur in aliquod principium, adhuc per se, sed ipsum erit cuius causa est quodcunque euenit, id est, causa casualis, & illius causa casualis, non erit aliqua alia causa, sicut iam prædictum est, quod ens per accidens non habet causam neque generationem. Verbi gratia, quod iste occidatur a latronibus habet causam per se, quia vulneratur, & hoc etiam habet causam per se, quia a latronibus inuenitur, sed hoc, non habet nisi causam per accidens. Hoc enim, quod iste qui negotiatur ad negotium vadens inter latrones incidat, est per accidens vt ex prædictis patet. vñ eius non oportet ponere aliquam causam. Ens enim per accidens, vt supra dictum est, nõ habet generationem, & ita eius generationis causam per se, quæ non oportet. Deinde cum dicitur.

Patet igitur, quod usque ad aliquod vadit principium; hoc vero non amplius ad aliud. Erat igitur eius quodcunque contingit, causæque generationis eius nulla.

Sed in quale principium, & qualem causam talis reductio est. Vtrum ut ad materiam, an ut ad cuius gratia, an ut ad mouens, maxime

aliquod principium, cuius non est ponere aliam causam. Et ideo hic inquit de hac reductio, vel analogie, quod idem est, ad quale principium, & ad qualem causam debeat fieri, i. ad quod genus cause, vel principij, scilicet vtrum ad aliquam causam primam, quæ sit causa sicut materia; aut ad aliquam, quæ sit causa sicut finis, cuius gratia aliquid fit; aut ad aliquam, quæ sit causa sicut mouens. Prætermittit autem de causa formali, quia questio hic habetur de causa generationis rerum, quæ sunt per accidens. In generatione autem, forma non habet causalitatem, nisi per modum finis. Finis enim & forma in generatione incidunt in idem numero. Hanc autem questionem hic motam non soluit, sed supponit eius solutionem ab eo, quod est determinatum in ij. Physic. Ibi enim ostensum est, quod fortuna & casus, quæ sunt cause eorum, quæ sunt per accidens, reducuntur ad genus cause efficientis. Ergo concludit ex præmissis, quod prætermittendum est loqui de ente, per accidens, ex quo determinatum est sufficienter secundum id, quod de eo determinari potest. Attendendum est autem, quod ea, quæ Philosophus hic tradit, videntur remouere quædam, quæ secundum philosophiam ab aliquibus ponuntur, scilicet fatum & providentiam. Vult enim hic Philosophus, quod non omnia, quæ sunt, reducuntur in aliquam causam per se, ex qua de necessitate sequantur, alia sequeretur, quod omnia essent ex necessitate, & nihil per accidens esset in rebus. Illi autem, qui ponunt fatum, dicunt contingentia, quæ hic sunt, quæ videntur per accidens, esse reducibilia in aliquam virtutem corporis celestis, per cuius actionem ea, quæ secundum se considerata per accidens fieri videntur, cum quodam ordine producuntur. Et similiter illi, qui ponunt providentiam, ea, quæ aguntur hic, dicunt esse ordinata secundum ordinem providentiæ. Ex vtraque igitur positione duo videntur sequi, quæ sunt contraria his, quæ hic Philosophus determinat, quorum primum est, in rebus nihil sit per accidens, neque a fortuna, neque a casu, quæ enim secundum aliquem ordinem procedunt, non sunt per accidens. sunt enim vel semper, vel in maiori parte. Secundum autem est, quod omnia ex necessitate eueniant. si enim omnia ex necessitate eueniant, quorum causa vel ponitur in præfenti, vel iam est posita in præterito, vt ratio Philosophi procedit, eorum autem, quæ sunt sub providentiâ vel fato causa ponitur in præfenti, & iam posita est in præterito, quod providentiâ est immutabilis, & æterna, motus etiam cæli est inuariabilis: videntur sequi, quæ, quæ sunt sub providentiâ vel fato, ex necessitate contingant. Et ita, si omnia, quæ hic aguntur, fato & providentiâ subduntur, sequitur quod omnia ex necessitate proveniant. Videtur ergo, quod secundum intentionem philosophi, non sit ponere neque providentiam, neque fatum. Ad horum autem evidentiam considerandum est, quod quanto aliqua causa est aliorum, tanto eius casualitas ad plura se extendit. Habet enim causa aliorum proprium

proprium causatum alius, quod est communis & in pluribus inuenitur. Sicut in artificialibus patet, quod ars politica, quæ est supra militarem, ad eorum statum communitatis se extendit. Militaris autem solum ad eos, qui in ordine militari continentur. Ordinarium autem, quæ est in effectibus ex aliqua

maxime perscrutandum. Ergo de ente secundum accidens præterminatur. Determinatum est enim sufficienter.

anima rationalis inclinatur ad agendum, licet nulla necessitas inducatur, cum habeat liberum dominium super passiones, vt eis dissentiat. Illa igitur, quæ in his inferioribus inueniuntur per accidens fieri reducendo ad has causas, scilicet animæ rationales prout non sequuntur inclinationem quæ est ex impressione celesti, non inueniuntur per se fieri per reductioem ad virtutem corporis celestis. Et sic patet, quod positio facti, quæ est quedam dispositio inhærens rebus inferioribus ex actione corporis celestis, non remouet omnia ea, quæ sunt per accidens. Sed, si vltimus illa contingencia reducatur in causam altissimam diuinam, nihil inueniri poterit quod ab ordine eius exeat, cum eius casualitas extendat se ad omnia in quantum sunt entia. Non potest igitur sua casualitas impediri per indispositionem materiæ, quia & ipsa materia & eius dispositiones nõ exeunt ab ordine illius agentis, quod est agens per modum dantis esse, & nõ solum per modum mouentis & alterantis. non enim potest dici, quod materia præsupponatur ad esse, sicut præsupponitur ad moueri ut eius subiectum, quinimmo est pars essentie rei. Sicut igitur virtus alterantis & mouentis non impeditur ex essentia motus, aut ex termino eius, sed ex subiecto quod præsupponitur, ita virtus dantis esse nõ impeditur a materia, vel a quocunque, quod adueniat qualitercunque ad esse rei. Ex quo etiam patet, quod nulla causa agens potest esse in istis inferioribus, quæ eius ordini non subdat. Relinquitur igitur, quod omnia, quæ hic sunt, prout ad primam causam diuinam referuntur, inueniuntur ordinata & non per accidens existere. licet per comparisonem ad alias causas, per accidens esse inueniantur. Et propter hoc, secundum fidem catholicam dicitur, quod nihil sit temere, siue sortuito in mundo, & quod omnia subduntur diuinæ providentiæ. Aristoteles autem hic loquitur de contingentibus, quæ hic sunt in ordine ad causas particulares, sicut per eius exemplum apparet. Nunc autem restat videre, quomodo positio facti & providentiæ non tollit rebus contingentiam, quasi omnia ex necessitate eueniant. Et de fato quidem, manifestum est, per ea quæ dicta sunt: iam enim est ostensum, quod licet corpora celestia & eorum motus & actiones quantum in ipsis est, necessitate habeant, tamen effectus eorum in istis inferioribus potest deficere, vel propter indispositionem materiæ, vel propter animam rationalem, quæ habet liberam electionem sequendi inclinationes, quæ sunt ex impressione celestis, vel non sequendi. Et ita relinquitur, quod huiusmodi effectus non ex necessitate, sed contingenter proveniant. Non enim positio cause celestis, est positio cause talis, ad quam de necessitate sequatur effectus, sicut ad compositionem ex contrariis sequitur mors animalis, vt in litera rangitur. Sed de providentiâ, maiorem habet difficultatem. Providentiâ enim diuina falli non potest, hæc enim duo sunt impossibilia, quod aliquid sit prouisum a Deo, & non fiat. Et ita videtur quod ex quo providentiâ iam ponitur, quod eius effectum necesse sit sequi. Sed sciendum est, quod ex eadem causa dependet effectus, & omnia, quæ sunt per se accidentia illius effectus. Sicut enim homo est a natura, ita & omnia eius per se accidentia, vt risibile, & mentis discipline susceptibile. Si autem aliqua alia causa non faciat hominem simpliciter, sed hominem talem, eius non erit constitucere ea, quæ sunt per se accidentia hominis, sed solum vt eis. Politicus enim facit hominem ciuilem, non tamen facit eum mentis discipline susceptibilem, sed hæc eius proprietate vultur ad hoc, quod homo fiat ciuilis. Sicut autem dictum est, ens in quantum ens est, habet cām ipsam Deum. Vnde sicut diuina providentiâ subditur ipsum ens, ita etiam omnia accidentia entis in quantum est ens. Inter quæ sunt necessarium & contingens. Ad diuinam igitur providentiâ pertinet non solum quod faciat hoc ens, sed quod det ei contingentiam, vel necessitatem. Secundum enim quod vniuersi dant voluntatem contingentiâ vel necessitatem, præparant ei causas necessarias, ex quibus de necessitate sequatur, vel contingenter. Inuenitur igitur vniuersi quæ effectus secundum quod est sub ordine diuine providentiæ, necessitatem habere. ex quo contingit

accidens facta reductio, ad corpus celeste, quia in istis inferioribus sunt aliquæ cause agentes, quæ possunt per se agere absque impressione corporis celestis, scilicet animæ rationales, ad quas non pertingit virtus corporis celestis, cum sint forme corporibus non subiecte, nisi forte per accidens. in quantum, si licet ex impressione corporis celestis sit aliqua immutatio in corpore, & per accidens in vtribus animæ, quæ sunt actus quarundam partium corporis, ex quibus anima rationalis inclinatur ad agendum, licet nulla necessitas inducatur, cum habeat liberum dominium super passiones, vt eis dissentiat. Illa igitur, quæ in his inferioribus inueniuntur per accidens fieri reducendo ad has causas, scilicet animæ rationales prout non sequuntur inclinationem quæ est ex impressione celesti, non inueniuntur per se fieri per reductioem ad virtutem corporis celestis. Et sic patet, quod positio facti, quæ est quedam dispositio inhærens rebus inferioribus ex actione corporis celestis, non remouet omnia ea, quæ sunt per accidens. Sed, si vltimus illa contingencia reducatur in causam altissimam diuinam, nihil inueniri poterit quod ab ordine eius exeat, cum eius casualitas extendat se ad omnia in quantum sunt entia. Non potest igitur sua casualitas impediri per indispositionem materiæ, quia & ipsa materia & eius dispositiones nõ exeunt ab ordine illius agentis, quod est agens per modum dantis esse, & nõ solum per modum mouentis & alterantis. non enim potest dici, quod materia præsupponatur ad esse, sicut præsupponitur ad moueri ut eius subiectum, quinimmo est pars essentie rei. Sicut igitur virtus alterantis & mouentis non impeditur ex essentia motus, aut ex termino eius, sed ex subiecto quod præsupponitur, ita virtus dantis esse nõ impeditur a materia, vel a quocunque, quod adueniat qualitercunque ad esse rei. Ex quo etiam patet, quod nulla causa agens potest esse in istis inferioribus, quæ eius ordini non subdat. Relinquitur igitur, quod omnia, quæ hic sunt, prout ad primam causam diuinam referuntur, inueniuntur ordinata & non per accidens existere. licet per comparisonem ad alias causas, per accidens esse inueniantur. Et propter hoc, secundum fidem catholicam dicitur, quod nihil sit temere, siue sortuito in mundo, & quod omnia subduntur diuinæ providentiæ. Aristoteles autem hic loquitur de contingentibus, quæ hic sunt in ordine ad causas particulares, sicut per eius exemplum apparet. Nunc autem restat videre, quomodo positio facti & providentiæ non tollit rebus contingentiam, quasi omnia ex necessitate eueniant. Et de fato quidem, manifestum est, per ea quæ dicta sunt: iam enim est ostensum, quod licet corpora celestia & eorum motus & actiones quantum in ipsis est, necessitate habeant, tamen effectus eorum in istis inferioribus potest deficere, vel propter indispositionem materiæ, vel propter animam rationalem, quæ habet liberam electionem sequendi inclinationes, quæ sunt ex impressione celestis, vel non sequendi. Et ita relinquitur, quod huiusmodi effectus non ex necessitate, sed contingenter proveniant. Non enim positio cause celestis, est positio cause talis, ad quam de necessitate sequatur effectus, sicut ad compositionem ex contrariis sequitur mors animalis, vt in litera rangitur. Sed de providentiâ, maiorem habet difficultatem. Providentiâ enim diuina falli non potest, hæc enim duo sunt impossibilia, quod aliquid sit prouisum a Deo, & non fiat. Et ita videtur quod ex quo providentiâ iam ponitur, quod eius effectum necesse sit sequi. Sed sciendum est, quod ex eadem causa dependet effectus, & omnia, quæ sunt per se accidentia illius effectus. Sicut enim homo est a natura, ita & omnia eius per se accidentia, vt risibile, & mentis discipline susceptibile. Si autem aliqua alia causa non faciat hominem simpliciter, sed hominem talem, eius non erit constitucere ea, quæ sunt per se accidentia hominis, sed solum vt eis. Politicus enim facit hominem ciuilem, non tamen facit eum mentis discipline susceptibilem, sed hæc eius proprietate vultur ad hoc, quod homo fiat ciuilis. Sicut autem dictum est, ens in quantum ens est, habet cām ipsam Deum. Vnde sicut diuina providentiâ subditur ipsum ens, ita etiam omnia accidentia entis in quantum est ens. Inter quæ sunt necessarium & contingens. Ad diuinam igitur providentiâ pertinet non solum quod faciat hoc ens, sed quod det ei contingentiam, vel necessitatem. Secundum enim quod vniuersi dant voluntatem contingentiâ vel necessitatem, præparant ei causas necessarias, ex quibus de necessitate sequatur, vel contingenter. Inuenitur igitur vniuersi quæ effectus secundum quod est sub ordine diuine providentiæ, necessitatem habere. ex quo contingit

accidens facta reductio, ad corpus celeste, quia in istis inferioribus sunt aliquæ cause agentes, quæ possunt per se agere absque impressione corporis celestis, scilicet animæ rationales, ad quas non pertingit virtus corporis celestis, cum sint forme corporibus non subiecte, nisi forte per accidens. in quantum, si licet ex impressione corporis celestis sit aliqua immutatio in corpore, & per accidens in vtribus animæ, quæ sunt actus quarundam partium corporis, ex quibus anima rationalis inclinatur ad agendum, licet nulla necessitas inducatur, cum habeat liberum dominium super passiones, vt eis dissentiat. Illa igitur, quæ in his inferioribus inueniuntur per accidens fieri reducendo ad has causas, scilicet animæ rationales prout non sequuntur inclinationem quæ est ex impressione celesti, non inueniuntur per se fieri per reductioem ad virtutem corporis celestis. Et sic patet, quod positio facti, quæ est quedam dispositio inhærens rebus inferioribus ex actione corporis celestis, non remouet omnia ea, quæ sunt per accidens. Sed, si vltimus illa contingencia reducatur in causam altissimam diuinam, nihil inueniri poterit quod ab ordine eius exeat, cum eius casualitas extendat se ad omnia in quantum sunt entia. Non potest igitur sua casualitas impediri per indispositionem materiæ, quia & ipsa materia & eius dispositiones nõ exeunt ab ordine illius agentis, quod est agens per modum dantis esse, & nõ solum per modum mouentis & alterantis. non enim potest dici, quod materia præsupponatur ad esse, sicut præsupponitur ad moueri ut eius subiectum, quinimmo est pars essentie rei. Sicut igitur virtus alterantis & mouentis non impeditur ex essentia motus, aut ex termino eius, sed ex subiecto quod præsupponitur, ita virtus dantis esse nõ impeditur a materia, vel a quocunque, quod adueniat qualitercunque ad esse rei. Ex quo etiam patet, quod nulla causa agens potest esse in istis inferioribus, quæ eius ordini non subdat. Relinquitur igitur, quod omnia, quæ hic sunt, prout ad primam causam diuinam referuntur, inueniuntur ordinata & non per accidens existere. licet per comparisonem ad alias causas, per accidens esse inueniantur. Et propter hoc, secundum fidem catholicam dicitur, quod nihil sit temere, siue sortuito in mundo, & quod omnia subduntur diuinæ providentiæ. Aristoteles autem hic loquitur de contingentibus, quæ hic sunt in ordine ad causas particulares, sicut per eius exemplum apparet. Nunc autem restat videre, quomodo positio facti & providentiæ non tollit rebus contingentiam, quasi omnia ex necessitate eueniant. Et de fato quidem, manifestum est, per ea quæ dicta sunt: iam enim est ostensum, quod licet corpora celestia & eorum motus & actiones quantum in ipsis est, necessitate habeant, tamen effectus eorum in istis inferioribus potest deficere, vel propter indispositionem materiæ, vel propter animam rationalem, quæ habet liberam electionem sequendi inclinationes, quæ sunt ex impressione celestis, vel non sequendi. Et ita relinquitur, quod huiusmodi effectus non ex necessitate, sed contingenter proveniant. Non enim positio cause celestis, est positio cause talis, ad quam de necessitate sequatur effectus, sicut ad compositionem ex contrariis sequitur mors animalis, vt in litera rangitur. Sed de providentiâ, maiorem habet difficultatem. Providentiâ enim diuina falli non potest, hæc enim duo sunt impossibilia, quod aliquid sit prouisum a Deo, & non fiat. Et ita videtur quod ex quo providentiâ iam ponitur, quod eius effectum necesse sit sequi. Sed sciendum est, quod ex eadem causa dependet effectus, & omnia, quæ sunt per se accidentia illius effectus. Sicut enim homo est a natura, ita & omnia eius per se accidentia, vt risibile, & mentis discipline susceptibile. Si autem aliqua alia causa non faciat hominem simpliciter, sed hominem talem, eius non erit constitucere ea, quæ sunt per se accidentia hominis, sed solum vt eis. Politicus enim facit hominem ciuilem, non tamen facit eum mentis discipline susceptibilem, sed hæc eius proprietate vultur ad hoc, quod homo fiat ciuilis. Sicut autem dictum est, ens in quantum ens est, habet cām ipsam Deum. Vnde sicut diuina providentiâ subditur ipsum ens, ita etiam omnia accidentia entis in quantum est ens. Inter quæ sunt necessarium & contingens. Ad diuinam igitur providentiâ pertinet non solum quod faciat hoc ens, sed quod det ei contingentiam, vel necessitatem. Secundum enim quod vniuersi dant voluntatem contingentiâ vel necessitatem, præparant ei causas necessarias, ex quibus de necessitate sequatur, vel contingenter. Inuenitur igitur vniuersi quæ effectus secundum quod est sub ordine diuine providentiæ, necessitatem habere. ex quo contingit

infra par. 6 D. 92.

METAPHYSICORVM.

quod hęc conditionalis est vera, si aliquid est a Deo prouisum, hoc erit. Secundum autem, quod effectus aliquis consideratur sub ordine cause proximę, sic non omnis effectus est necessarius, sed quidam necessarius, & quidam contingens secundum analogiam suę cause. Effectus enim in suis naturis simulantur causis proximis, non autem remotis, ad quarum conditionem pertinere non possunt. Sic ergo patet, quod cum de diuina prouidentia loquimur, non est, dicendum solum, hoc est prouisum a Deo ut sit, sed, hoc est prouisum a Deo, ut contingenter sit, vel ut necessario sit, unde non sequitur secundum rationem Arist. hic inductam, quod ex quo diuina prouidentia est posita, quod omnes effectus sint necessarii, sed necessarium est, effectus esse contingenter vel de necessitate. Quod quidem est singulare in hac causa, scilicet in diuina prouidentia. Reliquę n. cause non constituit legem necessitatis, vel contingentię, sed constituta a superiori causa, vtuntur. Vnde de causalitate cuiuslibet alterius cause subditur solum, quod eius effectus sit. Quod autem sit necessarium vel contingenter, dependet ex causa aliorum, quę est causa entis, in quantum est ens, a qua ordo necessitatis, & contingentię in rebus prouenit.

LECTIO IIII.

D. 324 parte pri.

Vod autem ut verum, ens: & non ens, ut falsum, quoniam circa compositionem, & diuisionem, totaliter autem circa partitionem contradictionis. Verum quidem enim affirmationem contradictionis in composito habet, negationem vero in disiuncto, sed falsum huius partitionis contradictionem.

part. 2.

Quomodo autem, quod simul, aut quod separatim intelligere accidit, alius sermo. Dico autem quod simul & separatim, non ut eo consequenter, sed in vnum aliquid fieri.

part. 3.

Non est autem verum & falsum in rebus (ut quod quid bonum verum, quod autem malum falsum) sed in mente. Circa veto simplicia, & quid est,

LECTIO IIII.

Vod autem tanquam verum ens, & non ens ut falsum, quoniam circa compositionem, & diuisionem, est, & omnino circa partitionem contradictionis. Verum etenim affirmationem in composito habet, negationem vero in disiuncto, falsum vero huius partitionis contradictionem.

Quo autem modo, quod simul, aut quod separatim intelligere accidit, alia ratio est. dico autem quod simul, & quod separatim, ut non consequenter, sed vnum quid fiat.

H

Non enim est falsum, & verum in rebus (ut quod bonum verum, quod uero malum, falsum) sed in mente. quę uero circa simplicia & circa ea, quę quid sunt, non quidem

plurium est, & ideo potest esse dubium, quomodo ista, quę componuntur, & diuiduntur, intellectus intelligat, vtrum sit simul, aut separatim. sed dicit, quod hoc pertinet ad alium sermonem, scilicet ad librum de anima. Et quia simul dupliciter dicitur. Quęque enim significat unitatem, sicut dicimus simul esse, sicut tempus, quod sunt in vno & eodem instanti. Quę uero significat coniunctionem & vicinitatem eorum, quę consequenter se habent, sicut dicimus duos homines esse simul, sicut locum, quorum loca sunt coniuncta, & consequenter se habentia, & sicut tempus, quod se tpe consequuntur: ideo exponit questionem motam, qua quęstio: vtrum simul aut separatim intelligat intellectus ea quę componuntur, & diuiduntur dicens, quod non intelligit simul, sicut quę aliqua dicunt esse simul, ut consequenter se habent, sed sicut quę aliqua dicuntur esse simul in eo, quod sit aliquid vnum. Et in hoc innuitur solutio questionis. si enim intellectus intelligat hominem, & animal vnumquodque secundum se, ut sunt duo quedam, intelligit ea consequenter duabus conceptionibus simplicibus, non formans ex eis affirmationem, neque negationem. Cum autem ex eis format compositionem, vel diuisionem, intelligit ambo vtrumque, in quantum sit. Ex eis aliquid vnum fit, sicut etiam partes cuiuslibet totius, intelligit intellectus ut vnum, intelligendo ipsum totum, non enim intelligit domum intelligendo prius fundamentum, & postea parietem, & postea rectum, sed omnia ista intelligit simul, in quantum ex eis fit vnum. Similiter intelligit predicatum & subiectum simul, in quantum ex eis fit vnum, scilicet affirmatio & negatio. Deinde cum dicit.

LECTIO IIII.

Infra par. 4.

Quoniam autem complexio & diuisione, hic determinat de ente, quod significat veritatem propositionis: & circa hoc duo facit. Primo determinat, qualiter dicatur huiusmodi ens. Secundo, remouet ipsum a principali consideratione huius scientię, ibi: Quoniam autem complexio & diuisione tria facit. Primo, ostendit qualiter huiusmodi ens dicatur. Secundo, respondet cuidam questioni, ibi: Quomodo autem quod simul & c. Tertio, manifestat quoddam quod dixerat, ibi: Non est autem verum & falsum in rebus & c. Dicit ergo quod ens quoddam dicitur, quasi verum, id est, quod nihil aliud significat nisi veritatem. Cum enim interrogamus si homo est animal, respondetur quod est, per quod significatur propositionem premissam esse veram, & eodem modo non ens significat quasi falsum, cum enim respondetur, non est, significatur quod proposita oratio sit falsa. Hoc autem ens, quod dicitur quasi verum, & non ens, quod dicitur quasi falsum, consistit circa compositionem & diuisionem. voces enim in complexa, neque verum, neque falsum significant. Sed voces complexa, per affirmationem aut negationem, veritatem aut falsitatem habent. Dicitur autem hic affirmatio compositio, quia significat predicatum inesse subiecto. Negatio vero dicitur hic diuisione, quia significat predicatum a subiecto remoueri. Et cum voces sint signa intellectuum, similiter dicendum est de conceptionibus intellectus. Quę enim sunt simplices, non habent veritatem, neque falsitatem, sed solum illę, quę sunt complexa per affirmationem vel negationem. Et quia predicatum ens & non ens, scilicet verum & falsum consistit in compositione, & diuisione, ideo similiter consistit circa partitionem contradictionis. Vnaquęque n. contradictionum partium sibi inuicem verum & falsum, ita quę altera pars est vera, & altera pars est falsa. Cuius enim contradictio ex affirmatione, & negatione constituitur, vtraque autem harum ex predicato sit, & subiecto, predicatum, & subiectum dupliciter se possunt habere: aut enim sunt coniuncta in rerum natura, sicut homo & animal; aut sunt disiuncta, ut homo & asinus: si ergo formantur due contradictiones, vna ex terminis coniunctis: ut homo est animal, & homo non est animal; alia ex terminis disiunctis, ut homo est asinus, homo non est asinus, vtraque contradictionem inter se conuolunt verum & falsum, ita quod verum pro parte sua habet affirmationem in composito, id est, in terminis coniunctis, & negationem in disiuncto. Hę enim due sunt vere, homo est animal, & homo non est asinus. Sed falsum pro sua parte habet contradictionem, id est, contradictionem eorum, quę cedunt in parte veri. Habet enim falsum pro sua parte negationem in coniuncto, & affirmationem in disiuncto. Hęc autem due sunt si se, homo non est animal, & homo est asinus. Deinde cum dicit.

part. 2.

Quomodo autem, quod simul, aut quod separatim intelligere accidit, alius sermo. Dico autem quod simul & separatim, non ut eo consequenter, sed in vnum aliquid fieri.

part. 3.

Non est autem verum & falsum in rebus (ut quod quid bonum verum, quod autem malum falsum) sed in mente. Circa veto simplicia, & quid est,

plurium est, & ideo potest esse dubium, quomodo ista, quę componuntur, & diuiduntur, intellectus intelligat, vtrum sit simul, aut separatim. sed dicit, quod hoc pertinet ad alium sermonem, scilicet ad librum de anima. Et quia simul dupliciter dicitur. Quęque enim significat unitatem, sicut dicimus simul esse, sicut tempus, quod sunt in vno & eodem instanti. Quę uero significat coniunctionem & vicinitatem eorum, quę consequenter se habent, sicut dicimus duos homines esse simul, sicut locum, quorum loca sunt coniuncta, & consequenter se habentia, & sicut tempus, quod se tpe consequuntur: ideo exponit questionem motam, qua quęstio: vtrum simul aut separatim intelligat intellectus ea quę componuntur, & diuiduntur dicens, quod non intelligit simul, sicut quę aliqua dicunt esse simul, ut consequenter se habent, sed sicut quę aliqua dicuntur esse simul in eo, quod sit aliquid vnum. Et in hoc innuitur solutio questionis. si enim intellectus intelligat hominem, & animal vnumquodque secundum se, ut sunt duo quedam, intelligit ea consequenter duabus conceptionibus simplicibus, non formans ex eis affirmationem, neque negationem. Cum autem ex eis format compositionem, vel diuisionem, intelligit ambo vtrumque, in quantum sit. Ex eis aliquid vnum fit, sicut etiam partes cuiuslibet totius, intelligit intellectus ut vnum, intelligendo ipsum totum, non enim intelligit domum intelligendo prius fundamentum, & postea parietem, & postea rectum, sed omnia ista intelligit simul, in quantum ex eis fit vnum. Similiter intelligit predicatum & subiectum simul, in quantum ex eis fit vnum, scilicet affirmatio & negatio. Deinde cum dicit.

Manifestat, quoddam quod dixerat. scilicet quod verum & falsum sunt in compositione, & diuisione. Quod quidem probat per modum cuiusdam diuisionis. Eorum enim, quę dicuntur voce, quedam sunt in rebus extra animam, quedam autem sunt in anima tantum. Album enim & nigrum sunt extra animam, sed rationes horum sunt in anima tantum. Posset autem aliquis credere, quod verum & falsum sint etiam in rebus sicut bonum & malum, ita quod verum sit quoddam bonum, & falsum sit, quoddam malum: hoc enim oporteret si verum & falsum essent in rebus, verum n. quędam perfectionem naturę significat, falsum vero defectum. Ob autem perfectio in rebus ex illis, ad perfectionem, & bonitatem naturę pertinet. Defectus vero & priuatio ad malitiam: sed ipse hoc negat dicens, quod verum & falsum non sunt in rebus, ita quod verum rationis sit quoddam bonum naturę, & falsum sit quoddam malum, sed sunt tantum in mente, id est, in intellectu. Intellectus autem habet duas operationes, quę vna vocatur indiuisibilem intelligentiam: per quam intellectus format simplices conceptiones rerum intelligendo, quod quid est vniuersusque rei. Alia eius operatio est, per quam componit & diuidit. Verum autem & falsum, & si fiat in mente, non tamen sunt circa illam operationem mentis, quę intellectus format simplices conceptiones, & quod quid est rerum. Et hoc est quod dicit, quod verum & falsum circa simplicia, & quod quid est, nec in mente est. Vnde relinquuntur per locum a diuisione, quod ex quo non est in rebus, nec est in mente circa simplicia, & quod quid est, quod sit circa compositionem & diuisionem mentis primo & principaliter, & secundario vacis, quę significat conceptionem mentis. Et ulterius concludit, quod quęque oportet speculari circa ens & non ens sic dicitur, scilicet, prout ens significat verum, & non ens falsum, & postea perstruendum est, scilicet, in fine 9. & etiam in lib. de Anima, & in logicis. Tota enim logica videtur esse de ente & non ente sic dicto. Scilicet autem, quod cum quolibet cognitionis perfectior per hoc, quod similitudo rei cognita est in cognoscente, sicut perfectio rei cognita consistit in hoc quod habet talem formam, per quam est res talis, ita perfectio cognitionis consistit in hoc, quod habet similitudinem formę predicte. Ex hoc autem, quod res cognita habet formam sibi debitam, dicitur esse bona, & ex hoc, quod aliquem defectum habet, dicitur esse mala. Et eodem modo ex hoc, quod cognoscens habet similitudinem rei cognite, dicitur habere veram cognitionem: ex hoc uero, quod deficit a tali similitudine, dicitur falsam cognitionem habere. Sicut ergo bonum, & malum designant perfectiones, quę sunt in rebus, ita verum & falsum designant perfectiones cognitionum. Licet autem in cognitione sententia possit esse similitudo rei cognite, non tamen rationem huius similitudinis cognoscere ad sensum pertinet, sed solum ad intellectum. Et ideo licet sensus de sensibili possit esse verus, tamen sensus veritatem non cognoscit, sed solum intellectus. Et propter hoc hic dicitur, quod verum & falsum sunt in mente. Intellectus autem habet apud se similitudinem rei intellectę, secundum quod rationes in complexorum concipit. Non tamen propter hoc ipsam similitudinem diiudicat, sed solum cum comparat vel diuidit. Cum enim intellectus concipit hoc, quod est animal rationale mortale, apud se similitudinem hominis habet, sed propter hoc cognoscit se hanc similitudinem habere, quę iudicat hominem esse animal rationale, & mortale. Et ideo in hac sola secunda operatione intellectus est veritas, & falsitas, secundum quam non solum intellectus habet similitudinem rei intellectę, sed etiam super ipsam similitudinem reflectitur, cognoscendo, & diiudicando ipsam. Ex his igitur patet, quod veritas non est in rebus, sed solum in mente, & etiam in compositione & diuisione. Et si res dicatur aliquando falsa, vel etiam distinctio, hoc erit in ordine ad affirmationem & negationem. Dicitur enim res falsa, ut in fine; Quinti habitum est, aut quę non est omnino, sicut diametrum commensurabilem: aut quia est quidem, sed est apud nata videri aliter, quām sit. Et similiter distinctio dicitur falsa, aut quia nullius, vel quia assignatur alteri quam ei cuius est. In omnibus enim his modis patet, quod falsum in rebus, vel in diffinitionibus, dicitur ratione falsa enun-

part. 4.

Quoniam autem complexio & diuisione est in mente, & non in rebus: quod autem ita ens, alterius ens a proprijs: aut enim quia quid est, aut quę quale, aut quia quantum, aut si quid aliud copulat, aut diuidit mens: quod quidem tanquam accidens, & ut verum ens, omittendum est. causa enim illius quidem indeterminata, huius uero, mentis aliqua passio. & ambo circa reliquum entis genus, & non extra ostendunt esse aliquam entis naturam. Propter quod, hęc quidem prætereantur, considerande autem sunt ipsius entis cause, & principia, prout ens est. Manifestum autem est in his, quę determinauimus de eo, quoties vnumquodque dicitur, quod ens multipliciter dicitur.

Tex. c. 21. & inde.

Lect. 6.

Cum autem compositio, & diuisione in mente, non in rebus sit, quod autem ita est, diuersum a proprie dictis, ens est aut: enim quod quid est, aut quod quale, aut quod quantum, aut si quid aliud copulat, aut diuidit mens: quod quidem tanquam accidens, & ut verum ens, omittendum est. causa enim illius quidem indeterminata, huius uero, mentis aliqua passio. & ambo circa reliquum entis genus, & non extra ostendunt esse aliquam entis naturam. Propter quod, hęc quidem prætereantur, considerande autem sunt ipsius entis cause, & principia, prout ens est. Manifestum autem est in his, quę determinauimus de eo, quoties vnumquodque dicitur, quod ens multipliciter dicitur.

Sunt in mente. Quęcumque igitur speculari oportet circa id, quod ita ens & non ens est, postea perstruendum est.

Cum autem compositio, & diuisione in mente, non in rebus sit, quod autem ita est, diuersum a proprie dictis, ens est aut: enim quod quid est, aut quod quale, aut quod quantum, aut si quid aliud copulat, aut diuidit mens: quod quidem tanquam accidens, & ut verum ens, omittendum est. causa enim illius quidem indeterminata, huius uero, mentis aliqua passio. & ambo circa reliquum entis genus, & non extra ostendunt esse aliquam entis naturam. Propter quod, hęc quidem prætereantur, considerande autem sunt ipsius entis cause, & principia, prout ens est. Manifestum autem est in his, quę determinauimus de eo, quoties vnumquodque dicitur, quod ens multipliciter dicitur.

Positio efficit vnam rem, quam intellectus recipit ut vnum simpliciter conceptione, sed illa compositio vel diuisione, quę intellectus coniungit, vel diuidit sua concepta, est tantum in intellectu, non in rebus. Consistit enim in quadam duorum comparatione conceptorum, siue illa duo sint idem secundum rem, siue diuersa. Virtus enim intellectus, quandoque vno, ut duobus compositionem formans, sicut dicitur, homo est homo, ex quo patet, quod talis compositio est solum in intellectu, non in rebus. Et ideo illud quod est ita ens, sicut verum in tali compositioe consistens, est alterum ab his, quę proprie sunt entia, quę sunt extra animam, quarum vnaquęque est aut quod quid est, id est, substantia, aut quale, aut quantum, aut aliquid aliud complexum, quod mens copulat vel diuidit. Et ideo vtraque est prætereantur. & ens per accidens, & ens quod significat verum, quia huiusmodi entis per accidens causa est indeterminata. & ideo non cadit sub arte, ut ostensum est. Illius uero, sentis veri causa est aliqua passio mentis, id est, operatio intellectus compositionis, & diuisionis. & ideo pertinet ad scientiam de intellectu. Et alia ratio est, quia vtrumque, scilicet ens verum, & ens per accidens sunt circa aliquid genus entis, non circa ens simpliciter per se, quod est in rebus, & non ostendunt aliquam aliam naturam entis existentem extra per se entia. Patet enim, quod ens per accidens est ex concursu accidentaliter entium extra animam, quorum vnumquodque est per se. Sicut grammaticum musicum licet sit per accidens, tamen & grammaticum & musicum est per se ens, quia vtrumque per se acceptum, habet causam determinatam. Et similiter intellectus compositionem, & diuisionem facit circa res, quę sub predicamentis continentur. Vnde si determinetur sufficienter illud genus entis, quod continetur sub predicamento, manifestum erit & de ente per accidens, & de ente vero. & propter hoc huiusmodi entia prætereantur. Sed perstruenda sunt causa, & principia ipsius entis per se dicti, in quantum est ens. De quo palam est ex his, quę determinauimus in v. lib. vbi dictum est, quoties vnumquodque talium nominum dicitur, quod ens dicitur multipliciter, sicut infra in principio Septimi sequetur.

T. com. 4. & 6. huius.

Tex. c. 18.

COMMENTARIORVM

S. THO. SUPER SEXTVM

Metaphy. finis.

S. Tho. super Metaphy.

L 4

L E C T I O I .

Ns dicitur multipliciter, sicut diximus in his, quæ de quoties. Significat enim hoc quid est, & hoc aliquid: illud vero quod quale, aut quantum, aut aliorum, vnumquodque sic prædicamentorum. Toties autem de ente dicto palam, quia horum primum ens est quodquid est. quod significat substantiam.

Nam quando dicimus quale quid hoc, aut bonum dicimus, aut malum, sed non tricubitum, aut hominem. Quando vero quid est, nec album, nec calidum, nec tricubitum, sed hominem, aut Deum. Alia vero dicuntur entia, eo quod taliter entis, hæc quidem qualitates esse, illa vero quantitates, alia passiones, alia aliud quid tale.

Vnde & utique dubitabit aliquis: utrum vadere, & sanare, & sedere, vnumquodque ipsorum

Vnde & utique dubitabit aliquis: utrum ipsum ambulare, & sanum esse, ac sedere, & vnumquodque horum ens, an est a substantia, & quantitate. Tricubitum autem significat quantitatem, & homo significat substantiam. Et ideo, quando dicimus quale est aliquid, non dicimus ipsum esse tricubitum, neque hominem: sed, quando dicimus quid est aliquid, non dicimus ipsum esse album, nec calidum, quæ significant qualitates: nec tricubitum, quod significat quantitatem: sed hominem, aut Deum, quæ significant substantiam. Ex quo patet, quod illa quæ significant substantiam, dicunt quid est aliquid absolute, quæ autem prædicantur qualitates, non dicunt quid est illud, de quo prædicatur absolute, sed quale quid, & simile est in quantitate, & alijs generibus. Et ex hoc patet, quod ipsa substantia dicitur ens ratione sui ipsius, quia absolute significantia substantiam, significant quid est hoc. Alio vero dicuntur entia, non quia ipsa habeant secundum se aliquam quidditatem, quasi secundum se entia, cum non ita dicant absolute quid, sed eo quod sunt talis entis, id est eo quod habent aliquam habitudinem ad substantiam, quæ est per se ens, quia non significant quidditatem, in quantum, scilicet quædam sunt qualitates talis entis, scilicet substantiæ, & quædam quantitates, & aliæ passiones, vel aliquid aliud tale, quod significatur per alia genera. Secundo ibi.

Probat idem per quoddam signum. Quia. n. idem alia entia non sunt entia, nisi scdm quod referuntur ad substantiam, ideo potest

L E C T I O I .

Ns multipliciter dicitur, quemadmodum in his, quæ de quoties prius diuisimus. Significat enim aliud quidem quid est, & quo quid, aliud vero, quod quale, aut quantum, aut singula aliorum quæ ita prædicantur. Cum autem ens toties dicitur, patet primum horum ens, esse ipsum quid est, quodque substantiam significat.

Cum enim dicimus quale quippiam hoc, aut bonum dicimus, aut malum, sed non tricubitum, aut hominem, cum autem quid est, non album, nec calidum, nec tricubitum, sed hominem aut Deum, cetera vero entia dicuntur, eo quod vere entis quædam sint quantitates, quædam qualitates, quædam passiones, quædam aliquid aliud tale.

Vnde dubitauerit aliquis: utrum ipsum ambulare, & sanum esse, ac sedere, & vnumquodque horum ens, an

Vnde & utique dubitabit aliquis: utrum ipsum ambulare, & sanum esse, ac sedere, & vnumquodque horum ens, an est a substantia, & quantitate. Tricubitum autem significat quantitatem, & homo significat substantiam. Et ideo, quando dicimus quale est aliquid, non dicimus ipsum esse tricubitum, neque hominem: sed, quando dicimus quid est aliquid, non dicimus ipsum esse album, nec calidum, quæ significant qualitates: nec tricubitum, quod significat quantitatem: sed hominem, aut Deum, quæ significant substantiam. Ex quo patet, quod illa quæ significant substantiam, dicunt quid est aliquid absolute, quæ autem prædicantur qualitates, non dicunt quid est illud, de quo prædicatur absolute, sed quale quid, & simile est in quantitate, & alijs generibus. Et ex hoc patet, quod ipsa substantia dicitur ens ratione sui ipsius, quia absolute significantia substantiam, significant quid est hoc. Alio vero dicuntur entia, non quia ipsa habeant secundum se aliquam quidditatem, quasi secundum se entia, cum non ita dicant absolute quid, sed eo quod sunt talis entis, id est eo quod habent aliquam habitudinem ad substantiam, quæ est per se ens, quia non significant quidditatem, in quantum, scilicet quædam sunt qualitates talis entis, scilicet substantiæ, & quædam quantitates, & aliæ passiones, vel aliquid aliud tale, quod significatur per alia genera. Secundo ibi.

Probat idem per quoddam signum. Quia. n. idem alia entia non sunt entia, nisi scdm quod referuntur ad substantiam, ideo potest

potest esse dubitatio de alijs entibus in abstracto significatis, A quando non significant cum aliqua habitudine ad substantiam: vtrum sint entia, vel non entia, scilicet vtrum vadere, sanare, & sedere, & vnumquodque istorum in abstracto significatorum sit ens, aut non ens. Et similiter est in alijs talibus, quæ in abstracto significantur, siue significantur per modum actionis, vt prædicta, siue non, vt albedo, siue nigredo. Pro tanto autem videntur accidentia in abstracto, significantur esse, non entia, quia nihil ipsorum est aptum naturæ, secundum se esse. immo cuiuslibet eorum esse est alteri inesse. & non est possibile aliquid eorum separari a substantia. Et ideo, quando significantur in abstracto, quasi sint secundum se entia, & a substantia separata videntur, & sint non entia. Licet modus significandi vocum non consistat inmediate modum essendi rerum, sed mediante modo intelligendi, quia intellectus sunt similitudines rerum, voces autem intellectuum, vt dicitur in primo Perihemias. Licet autem modus essendi accidentium non sit vt per se sint, sed solum vt insunt, intellectus tamen potest ea per se intelligere, cum sit naturæ diuidere ea, quæ secundum naturam coniuncta sunt. & ideo nomina abstracta accidentium significant entia, quæ quidem inhereant, licet non significantur ea per modum inhererentium. Essent autem significata per huiusmodi nomina, non entia, si non insunt in re. Et quia ista in abstracto significantur videntur non entia, magis videntur entia nomina accidentium concreta. Magis autem videntur aliquid entium esse vadens, & sedens, & sanans, quia determinatur eis, aliquid subiectum, per ipsam nominis significationem, in quantum significantur in concrecione ad subiectum. hoc autem subiectum est substantia. & ideo vnumquodque talium nominum, quæ significantur accidentia in concrecione, apparet in tali categoria. i. videntur importare prædicamentum substantiæ, non ita, quod prædicamentum substantiæ sit pars significationis talium nominum. Album enim, vt in prædicamentis dicitur, solum qualitatem significat. Sed in quantum huiusmodi nomina significantur accidentia, vt inherencia substantiæ. Bonum autem, & sedens, non dicitur sine hoc. i. sine substantia. Significat enim accidens concretum substantiæ. Et quia accidentia non videntur entia prout secundum se significantur, sed solum prout significantur in concrecione ad substantiam, palam est, quod singula aliorum entium sunt entia, propter substantiam. Et ex hoc vterius apparet, quod substantia est primum ens, & ens simpliciter, & non ens secundum

D. 14. 20.

part. 4.

lect. 2.

T. c. 5.

part. 5.

In Præd.

substant.

Tibus per hoc, quod dicitur, hoc esse, vel huic esse, intelligitur quod quiderat esse illius rei, sicut homini esse, vel hominem esse, intelligitur id, quod pertinet ad quod quiderat esse homo. Quod est autem muscum esse, hoc ipsum quod quiderat esse muscus, non pertinet ad hoc quod quiderat esse tu. Si enim quaeratur: quid sit non potest responderi, quod sit muscus, & ideo sequitur, quod muscum esse, non est tibi esse, quia ea, quæ pertinent ad quidditatem musci, sunt extra quidditatem tuam, sicut muscus de te prædicatur. Et hoc ideo, quia tu non secundum te ipsum es muscus, quia muscum non prædicatur de te per se, sed per accidens. Illud ergo pertinet ad quod quiderat esse tuum, quod tu es secundum te ipsum, id est quia de te prædicatur per se, & non per accidens, sicut de te prædicatur per se homo, animal, substantia, rationale, sensibile, & alia huiusmodi, quæ omnia pertinent ad quod quiderat esse tuum. Deinde cum dicitur: Excludit ab eo, quod est quid est, quod prædicatur secundum se, sicut passionibus de subiectis dicens: neque etiam hoc omne quod prædicatur secundum se de aliquo, pertinet ad hoc quod quiderat esse eius. Prædicatur enim per se passio de proprio subiecto, sicut color de superficie: non tamen quod quiderat esse est, quod ita inest aliquid secundum se, sicut superficies inest album, quia non superficies esse, est album esse, id est ipsum quod quiderat esse superficies, est quod quiderat esse album. Alia. n. est quidditas superficies, & albedinis. & non solum hoc quod est esse album, non est quod quiderat esse superficies, sed nec ipsum compositum ex vtriusque. Superficie, & albedine, quod est esse superficies albæ, vel esse superficies albæ. Quidditas. n. vel essentia superficies albæ, non est quidditas, vel essentia superficies. Et si quaeratur: quare? Responderi potest: quia hoc adest ei, id est quia cum dico superficiem album, dicitur aliquid quod adheret superficies tanquam extrinsecum, & non tanquam intrinsecum essentiam eius. Vnde hoc totum, quod est superficies albæ, non est de essentia superficies. Prædicatur autem passionibus de propriis subiectis ea ratione, quia propria subiecta earum diffinitionibus ponuntur, sicut natus ponitur in diffinitione simi, & numerus in diffinitione paris. Quædam vero ita prædicantur per se, quod subiecta in eorum diffinitionibus non ponuntur, sicut animal per se de homine, nec homo ponitur

Tex. c6. 12. parte. 3.

Tex. c6. 13.

Part. seq.

Cum ergo ea, quæ prædicantur per accidens, non pertinent ad quod quiderat esse, nec illa quæ prædicantur per se in quorum diffinitionibus ponuntur subiecta, relinquuntur quod illa pertinent ad quod quiderat esse, in quorum diffinitionibus non ponuntur subiecta. Et ideo concludit dicens, quod hæc erit ratio in singulis quod quiderat esse, in qua ratio ne dicente ipsum, id est, deserviente prædicatum non inest ipsum, id est subiectum, sicut in ratione animalis non inest homo. Vnde animal pertinet ad quod quiderat esse homo. Probat autem deducendo ad inueniendum, quod ea quæ prædicantur per se de aliquo, sicut propria passio de subiecto, non pertinent ad quod quiderat esse. Conuenienter enim de eodem subiecto plures passionibus diuersas per se prædicari, sicut per se prædicatur propria passio, coloratus & asperum & lenis, quæ sunt passionibus supericie. Eiusdem autem rationis est omnia huiusmodi prædicata ad quod quiderat esse subiecti pertinere. Ergo, si albedo pertinet ad quod quiderat esse superficies, pari ratione & lenitas. Quæ autem vni & eidem sunt eadem, si inueniuntur sunt eadem. Quare, si superficies album esse, est superficies esse se, id est vnum, id est quod quiderat esse albedinis & lenitas sit una & eadem. hoc autem patet falsum esse. Relinquuntur ergo, quod quiderat esse proprie passionibus & subiecti, non est idem & vnum. Deinde cum dicitur: Inquiri, quorum sit quod quiderat esse, & primo mouet questionem. Secundo soluit eam, ibi: At vero secundum se dicitur. Dicit ergo primo, quod sunt quædam composita in alijs prædicamentis, & non solum in substantia. Quod quidem dicit propter hoc, quod substantiarum sensibilibus, quæ sunt compositæ, quidditatem inquiri. Sicut enim in substantiis sensibilibus compositis est materia, quæ subijcitur formæ substantiæ, ita etiam alia prædicamenta habent suum subiectum. Est enim aliquid subiectum vnicuique eorum, sicut qualitati, & quantitati, & quando, & vbi, & motui, sub quo comprehenditur agere & pati. Vnde sicut quoddam compositum est ignis ex materia & forma substantiæ, ita est quædam compositio ex substantiis & accidentibus. Et ideo perferendum est cum aliqua sit diffinitio substantiarum compositarum ex formis & materijs, si etiam cuiuscunque istorum compositorum est accidentibus & subiectis, est ratio eius quod quiderat esse, id est, si habent diffinitionem, quæ est ratio significans quod quiderat esse. Et iterum si est in eis, hoc ipsum quod quiderat esse, quod significat diffinitio, id est, si habent aliquam quidditatem suæ aliquid, quod potest responderi ad quid. Sicut hoc ipsum quod est albus homo, est quoddam compositum ex subiecto, &

Accidens, utrum scilicet albo homini sit quod quiderat esse ei, in quantum huiusmodi. Et quia forte aliquis possit dicere, quod albus homo sunt duæ res & non vna, ideo subiungit, quod hoc ipsum quod dico, albus homo, habet vnum nomen, quod eadem exempli sit vestis. Et tunc quaestio erit de isto vno, scilicet de veste, utrum habeat quod quiderat esse, ut possumus dicere, quid est vestem esse? Tunc enim sicut hoc nomen homo significat aliquid compositum scilicet animal rationale, ita & vestis significat aliquid compositum scilicet album. Et ita, sicut homo habet diffinitionem, ita vestis poterit habere diffinitionem, sicut videtur. Deinde cum dicitur: Soluit prædictam quaestionem, & diuidit hæc pars in duas partes, secundum quod duas ponit solutiones. Secunda pars incipit, ibi: Aut & diffinitio sicut & quod quiderat esse. Dicit ergo primo, quod hoc ipsum quod dico, albus homo, siue vestis, quæ hoc ponitur significare, non est aliquid eorum quæ dicuntur secundum se, immo est aliquid eorum, quæ dicuntur per accidens. Hoc enim quod est homo albus, est vnum per accidens, & non per se, ut superius habetur. Quod autem aliquid dicatur, alteri esse vnum per accidens, & non secundum se, dupliciter dicitur, vno modo dicitur per accidens, homo est albus, & alio modo album est homo. horum. n. aliquid quidem est ex additione, aliud vero non. In diffinitione enim hominis, non est necessarium quod addatur diffinitio albi, vel nomē eius in diffinitione vero albi, necesse est quod ponatur homo, vel nomen hominis, vel eius diffinitio, si homo proprium subiectum eius est, vel aliquid aliud quod est eius proprium subiectum. Et ideo, ad hoc exponendum subiungit, quod istorum duorum, quæ dicuntur non secundum se, vnum adiungitur alteri, eo quod ipsum accidens additur illi subiecto, quod in accidentis diffinitione ponitur, cum diffinitur. Sicut si aliquis diffinit album, oportet quod dicatur rationem hominis albi, quæ oportet quod in diffinitione accidens ponatur subiecto. & tunc diffinitio completur hominē albū. & sic erit quasi ratio hominis albi, & non albi tantum. hoc intelligendum est, ut dictum est, si homo sit proprius & per se subiecto albi. hoc autem adiungitur alteri per accidens, non quia ipsum ponatur in diffinitione alterius, sed quia aliud apponitur ipsi in sua diffinitione; sicut album adiungitur homini per accidens, non quod ponatur in diffinitione hominis, sed quia homo ponitur in diffinitione eius. Vbi, si hoc nomen vestis significat hominē albū, sicut positum est, oportet quod ille, qui diffinit vestem, eodem modo diffinit vestem, sicut diffinitur album. nam sicut in diffinitione vestis oportet quod ponatur & homo, & album, ita in diffinitione albi, oportet quod ponatur vtrumque, itaque ex dictis patet, quod albi prædicat de homine albo. hæc enim est vera, albus homo est albus, & e contrario, tamē hoc ipsum, quod est, albi esse hominem, non est quod-

Le. se. par. 1.

Le. 5. Tex. c6. 7.

est quodquiderate esse albo, sed neque vestis, quae significat compositum hoc, quod est albus homo, ut dictum est, Sic igitur patet, quod non potest esse idem quodquiderate esse eius quod est album, & eius quod est albus homo, siue vestis, per hoc quod album etiam si praedicatur de albo homine, non tamen est quod quid est esse eius, ite patet, quod si album habet quodquiderate esse & diffinitionem, non habet aliam quam illam, quae est ab hominis, quia cum in diffinitione accidentis ponatur subiectum, oportet quod hoc modo diffiniatur album, sicut albus homo, ut dictum est, & hoc sic patet, quia hoc quod est album, non habet quod quid erat esse, sed solum hoc, de quo dicitur, scilicet homo, vel homo albus, Et hoc est quod dicitur, Ergo est quodquiderate esse aliquid aut totaliter, aut non id est ergo ex praedictis sequitur, quod quodquiderate esse non est nisi eius quod est aliquid, siue illud aliquid sit totaliter, id est compositum, ut homo albus, siue non totaliter, ut homo, Album autem non significat aliquid, sed quale, Et quod id quodquiderate esse non sit nisi eius quod est aliquid, ex hoc patet, quod quidem quiderate esse, est quod aliquid erat esse, esse enim quid, significat esse aliquid, unde illa, quae non significant aliquid, non habent quodquiderate esse, Sed quando aliquid de aliquo dicitur, ut accidens de subiecto, non est hoc aliquid, sicut cum dico, homo est albus, non significatur quod sit hoc aliquid, sed quod sit quale, esse enim hoc aliquid conuenit solis substantiis, Et ita patet quod album & similia non possunt habere quodquiderate esse, Sed quia aliquis potest dicere, quod si inueniuntur aliquae rationes nominum significantium substantiam, ita inueniuntur aliquae rationes nominum significantium accidentia, ideo concluditur, quod quodquiderate esse non est omnium quae habent qualemcumque rationem notificantem nomen, sed eorum solum, quorum ratio est diffinitio, Ratio autem alicuius diffinitiva non est solum, si sit talis ratio, quae significat idem cum nomine, sicut hoc quod dico armigerens significat idem cum armigero, quia sic sequeretur, quod omnes rationes essent termini, id est diffinitiones, Potest enim poni cuilibet rationi nomen, sicut potest poni huic rationi, quod est homo ambulans, vel homo scribens, nec tamen propter hoc sequitur, quod illa sint diffinitiones: quia secundum hoc sequeretur, quod fecerim Ilias, id est poema factum de bello Troiano, esset una diffinitio, Est enim totum illud poema una ratio exponens bellum Troianum, Patet igitur, quod non quaecumque ratio significans idem cum nomine, est eius diffinitio, sed solum est diffinitio si fuerit alicuius primi, id est si significet aliquid per se dictum, Hoc enim est primum in praedicationibus quod per se praedicatur, Talia vero, scilicet prima sunt quaecumque praedicantur per se, & non quia aliud de alio dicitur: sicut album praedicatur de homine non per se, quasi sit idem quod album & quod homo sed praedicatur de homine per accidens, Animal vero praedicatur de homine per se, & similiter rationale de animali, & ideo hoc quod dico animal rationale, diffinitio est hominis, Sic ergo patet, quod quodquiderate esse non erit alicuius, quod non sit de numero specierum alicuius generis, sed solum his, id est solum speciebus, Species enim sola diffiniuntur, cum omnis diffinitio sit ex genere & differentiis, Illud autem, quod sub genere continetur, & differentiis constituitur, est species, & ideo solius speciei est diffinitio, Solae enim speciei videtur dici non secundum participationem, & passionem, nec vt

Tex. c. 14.

parte: 3.

termini. Erit enim nomen quodcuilibet rationi idem, Quare, & Ilias diffinitio erit, sed si primi alicuius fuerit, Talia vero sunt quaecumque dicuntur, non eo quod aliud de alio dicatur, Non erit igitur non generis specierum existens quodquiderate esse, sed his solum, haec namque videtur non secundum participationem dici, & passionem, nec vt accens, Sed ratio quidem erit cuilibet & aliorum quid significat si est nomen, quia hoc huic inest, aut pro sermone simplici certior, Diffinitio vero non erit, nec quodquiderate esse.

LECTIO. IIII.

VT & diffinitio sicut, & quodquid est multipliciter dicitur, Etenim quodquid est, vno modo significat substantiam & hoc aliquid, alio vero modo quodcuque praedicatorum, quantitatem & qualitatem, & alia quaecumque talia, Sicut enim ens existit in omnibus, sed non similiter, sed

accidens, In quo remouetur tria, quae videntur impedire, quod aliquid non diffiniatur per aliquod genus, Primo namque ea, de quibus genus praedicatur secundum participationem, non possunt diffiniri per illud genus, nisi sit de essentia illius diffinitum, Sicut ferrum ignitum, de quo ignis per participationem praedicatur, non diffinitur per ignem, sicut per genus, quia ferrum non est per essentiam suam ignis, sed participat aliquid eius, Genus autem non praedicatur de speciebus per participationem, sed per essentiam, Homo enim est animal essentialiter, non solum aliud animalis participans, Homo enim est quod, verum est animal, Item: subiecta praedicantur de proprijs passionibus, sicut natus de simo, & tamen essentia nati, non est essentia simi, Species enim non se habent ad genus sicut propria generis passio, sed sicut id, quod est per essentiam idem generi, Potest etiam album praedicari de homine per accidens, nec essentia hominis est essentia albi, sicut essentia generis est essentia speciei, Unde videtur, quod solatio speciei, quae ex genere & differentiis constituitur, sit diffinitio, sed in alijs quidem si est eis nomen positum, potest esse ratio declarans quid significat nomen, Quod quidem contingit dupliciter, vno modo sicut quando nomen minus notum manifestatur per magis notum, quod de eo praedicatur, ut si hoc nomen philosophia, notificetur per hoc nomen sapientia, Et hoc est quod dicitur, Quod autem huic inest, scilicet quando ratio exponens nomen accipitur ab aliquo nomine notiori, quod praedicatur de eo, Alio modo, quando accipitur ad expositionem nominis simplicis aliqua oratio notior, sicut si ad exponendum hoc nomen Philosophia, accipitur haec oratio, amara sapientia, Et hoc est quod dicitur, Aut pro sermone simplici quasi ad expositionem huius simplicis diffinitionis, certior oratio accipitur, Tamen talis ratio non erit diffinitio, nec id quod per eam significatur, erit quodquiderate esse.

LECTIO. IIII.

Definitio quoque ut et ipsum quid est, multipliciter dicitur, Etenim ipsum quid est, vno quidem modo substantiam & quod quid significat, alio vero singula eorum, quae praedicantur, quantitatem, qualitatem, & quaecumque cetera talia sunt, Quae admodum enim et ipsum est, inest quidem omnibus, non tamen similiter, sed huic quidem

diffinitio, sed in alijs quidem si est eis nomen positum, potest esse ratio declarans quid significat nomen, Quod quidem contingit dupliciter, vno modo sicut quando nomen minus notum manifestatur per magis notum, quod de eo praedicatur, ut si hoc nomen philosophia, notificetur per hoc nomen sapientia, Et hoc est quod dicitur, Quod autem huic inest, scilicet quando ratio exponens nomen accipitur ab aliquo nomine notiori, quod praedicatur de eo, Alio modo, quando accipitur ad expositionem nominis simplicis aliqua oratio notior, sicut si ad exponendum hoc nomen Philosophia, accipitur haec oratio, amara sapientia, Et hoc est quod dicitur, Aut pro sermone simplici quasi ad expositionem huius simplicis diffinitionis, certior oratio accipitur, Tamen talis ratio non erit diffinitio, nec id quod per eam significatur, erit quodquiderate esse.

LECTIO. IIII.

IC ponit secundam solutionem propositae questionis, & circa hoc tria facit, Primo ponit solutionem, Secundo probat eam ibi, Illud autem palam &c, Tertio remouet quasdam dubitationes, quae possent ex praedictis oriri, ibi, Habet autem dubitationem, Circa primum duo facit, Primo ostendit quomodo diffinitio & quodquid est inuenitur in substantia & accidentibus, Secundo quomodo de vtriusque praedicatur, ibi, Oportet quidem igitur intendere, Dicit ergo primo, quod dicendum est, sicut in praedicta solutione est dictum, quod quod quid est & diffinitio non sit accidentium, sed substantiarum: aut oportet secundum alium modum soluendi dicere, quod diffinitio dicitur multipliciter, sicut & quodquid est, Ipsum enim quodquid est, vno modo significat substantiam & hoc aliquid, alio modo, significat singula aliorum praedicatorum, sicut qualitatem & quantitatem & alia huiusmodi talia, Sicut autem ens praedicatur de omnibus praedicatoribus, non autem similiter, sed primum de substantiis, & per posterius de alijs praedicatoribus, ita & quodquid est, simpliciter conuenit substantiis: alijs autem alio modo, id est secundum alium

Tex. c. 15. part. 2.

alijs conueniat quid est, ex hoc patet, quod in singulis praedicationibus responderetur aliquid ad quaestionem factam per quid, Interrogamus enim de quali, siue qualitate, quod est sicut quid est albedo, & respondemus quod est color, Unde patet, quod qualitas est de numero eorum, in quibus est quodquid est: non tamen simpliciter in qualitate est quid est, sed quid est qualitas, Cum enim quodquid est homo, & respondetur animal, ly animal, quia est in genere substantiae, non solum dicit quod est homo, sed etiam absolute significat quid, id est substantiam, Sed cum queritur: quid est albedo, & respondetur color, licet significet quid est albedo, non tamen absolute significat quid, sed quale, Et ideo qualitas non habet quid simpliciter, sed secundum quod inuenitur in qualitate quid huiusmodi: ut cum dicimus, quod color, est quid albedinis, Et hoc quid, magis est substantiale quam substantia, Propter hoc enim quod omnia alia praedicatorum habent rationem entis a substantia, ideo modus entitatis substantiae scilicet esse quid, participatur secundum quandam similitudinem proportionis in omnibus alijs praedicatoribus, ut dicamus, quod sicut animal est quid hominis, ita color albedinis & numerus dualitatis: & ita dicimus, qualitate habere quod non simpliciter, sed huius, Sicut aliqui dicunt logice de non ente loquentes, non ens est, non quia non ens sit simpliciter, sed quia non ens, est non ens, et simpliciter qualitas non habet quid simpliciter, sed quid qualitaris, Deinde cum dicit,

Tex. c. 16. part. 3.

Oportet quidem igitur intendere quomodo oportet dicere circa vnum quodque, non tamen magis quam quomodo se habet, propter & nunc quoniam, quod dicitur manifestum et quodquiderate esse similiter inuenit, primum quidem & simpliciter substantiae, deinde alijs, quemadmodum quod est, non simpliciter quiderate esse, sed qualitati, aut quantitati, quiderate esse, Oportet, n. aut equiuoce hoc dicere esse entia, aut addentes, aut auferentes, quemadmodum & quod non scibile, scibile, Quia hoc quidem rectum, neque eodem modo, sed quemadmodum medicinale, eo quod ad idem quidem & vnum, non autem idem & vnum, non tamen etiam equiuoce, nullum etenim medicinale corpus, opus, & vas dicitur equiuoce, neque secundum vnum, sed ad vnum: sed haec quidem quomodo dicere quis velit, nihil differt, Illud autem palam, quia quae primo & simpliciter diffinitio, & quodquiderate esse, substantiarum est: & non solum, sed & aliorum similiter est, verum non primo non, n. est necesse, si hoc ponimus, huius diffinitionem esse quod vti que rationi idem significet, sed cuidam rationi, Hoc autem, si vnus fuerit, non eo quod continetur: sicut Ilias aut quicquid: colligatione, sed si quoties dicit vnum, Vnum vero ratio dicit sicut ens, Ens autem hoc quidem hoc aliquid, aliud vero quantitate, aliud qualitate significat, quapropter erit albi huius ratio & diffinitio, alio vero modo albi, & substantiae.

Illud autem manifestum est, quod quae primo & simpliciter diffinitio, & quod quid erat esse substantiarum est, ad ceterorum quoque similiter est, non tamen primo, Non enim est necesse, si hoc ponamus huius diffinitionem esse quod vti que rationi idem significet, sed cuidam rationi, Hoc autem, si vnus fuerit, non eo quod continetur: sicut Ilias aut quicquid: colligatione, sed si quoties dicit vnum, Vnum vero ratio dicit sicut ens, Ens autem hoc quidem hoc aliquid, aliud vero quantitate, aliud qualitate significat, quapropter erit albi huius ratio & diffinitio, alio vero modo albi, & substantiae.

Ostendit quomodo quodquid est & diffinitio praedicatur de eo, quod inuenitur in substantijs & accidentibus: & dicit, quod ex quo diffinitio & quodquid est inuenitur aliquo modo in accidentibus, & in substantia, oportet igitur intendere ad considerandum quomodo oportet dicere, id est praedicare diffinitionem circa singula, non tamen magis quam quomodo se habet, ut videlicet, non ea dicamus vniquoque praedicari, quorum non est vna ratio in essendo, Quapropter id, quod dictum est de diffinitione, & quodquid est in substantia & accidentibus: est manifestum, scilicet quodquiderate esse primo & simpliciter inest substantiae, & consequenter alijs, non quidem ita quod in alijs simpliciter quodquiderate esse, sed quodquiderate esse huic, vel illi, scilicet quantitati, vel qualitati, Manifestum est enim, quod oportet diffinitionem & quodquid est vel equiuoce praedicari in substantia & accidentibus, vel addentes & auferentes secundum magis & minus, siue secundum prius & posterius, vt ens dicitur de substantia & accidente, & sicut dicimus, quod non scibile est scibile secundum quid, id est per posterius, quia de non scibili hoc scire possumus, quod non scitur, sic de non ente hoc

dicere possumus, quia non est: non, n. est rectum, quod quodquid est, & diffinitio dicitur de substantia & de accidentibus, neque equiuoce neque simpliciter & eodem modo, i. vniquo, Sed sicut medicabile dicitur de diuersis particularibus per respectum ad vnum & idem, non tamen significat vnum & idem de omnibus, de quibus dicitur, nec etiam de equiuoce, Dicitur, n. corpus medicabile, quia est subiectum medicinae: & opus medicabile, quia exercet medicina, vt dicitur, Et sic patet, quod non dicitur vnino equiuoce medicinale de his tribus, cum equiuocis non habeatur respectus ad aliquid vnum, Nec iterum vnino dicitur fm vnam rationem, non, n. est eadem ratio, secundum quam dicitur medicinale, id quod vtiur medicina & quod facit medicinam, sed dicitur analogice per respectum ad vnum, sicut medicinam, Et similiter quodquid est & diffinitio, non dicitur nec equiuoce, nec vnino de substantia & accidente, sed per respectum ad vnum, Dicitur, n. de accidente in respectu ad substantiam, ut dictum est, Et quae posuerat duas solutiones, subiungit quod nihil differt qualitercumque aliquis velit dicere de similia quaestione, siue dicitur per accidentia non habet diffinitionem, siue quae habent, sed per posterius fm quod, Quae tamen diffinitio, non habet diffinitionem accidentia, intelligitur prius & simpliciter Deinde cum dicit,

Oportet igitur considerare et quomodo de quocumque dicere deest, non tamen magis, quam quomodo se habet, Quare nunc quoque, cum manifestum quod dicitur sit, ipsum etiam quodquiderate esse similiter inuenit, primum quidem & simpliciter substantiae, deinde ceteris sicut et ipsum quid est, non simpliciter quid erat esse, sed qualitati aut quantitati quid erat esse, Oportet etenim aut equiuoce ista esse, aut cum additione vel ablatione, si cut & quod non scibile, scibile, nam vt eius est, neque equiuoce dicere, neque eodem modo: sed quemadmodum medicinale, eo quod ad idem quidem & vnum, non autem idem & vnum, non tamen etiam equiuoce, nullum etenim medicinale corpus, opus, & vas dicitur equiuoce, neque secundum vnum, sed ad vnum: sed haec quidem quomodo dicere quis velit, nihil differt.

Illud autem manifestum est, quod quae primo & simpliciter diffinitio, & quod quid erat esse substantiarum est, ad ceterorum quoque similiter est, non tamen primo, Non enim est necesse, si hoc ponamus huius diffinitionem esse quod vti que rationi idem significet, sed cuidam rationi, Hoc autem, si vnus fuerit, non eo quod continetur: sicut Ilias aut quicquid: colligatione, sed si quoties dicit vnum, Vnum vero ratio dicit sicut ens, Ens autem hoc quidem hoc aliquid, aliud vero quantitate, aliud qualitate significat, quapropter erit albi huius ratio & diffinitio, alio vero modo albi, & substantiae.

cum etiam accidentia aliquo modo habeant diffinitionem, & quodquiderate esse, non tamen primum, & hoc sic patet, non enim omnis ratio, qua nomen per rationem exponitur, idem est quod diffinitio, nec nomen exponitur per quamcumque rationem, semper est diffinitio, sed alicui determinate rationi competet, quod si diffinitio illi, scilicet quae significat vnum, Si, n. dicam quod Socras, est albus & musicus & crispus, ista ratio non significat vnum, sed multa, nisi forte per accidens, Et ideo talis ratio non est diffinitio, non tamen sufficit quod sit vnum, & continue illud, quod per rationem significatur, ad hoc quod sit diffinitio, Sic enim Ilias, id est poema de bello Troiano esset diffinitio, quia illud, bellum in quadam continuitate temporis est peractum, Aut et non sufficit quod sit vnum per colligationem, sicut haec ratio non esset diffinitio domus, si diceret, quod domus est lapidea, & cremenata & ligna, Sed tunc ratio significat vnum, erit diffinitio, si significet vnum aliquod illorum modorum, quorum quoties vnum per se dicitur, Vnum, n. dicitur multipliciter sicut & ens, Ens autem, hoc quidem significat hoc aliquid, aliud quantitate, aliud qualitate, & sic de alijs, & tamen per prius substantia, & S. Tho. super. Metaphy. M consequenter

consequenter alia. Ergo simpliciter vnum, per prius erit in sub-

Tex. c6. 17. par. 4.

ratio albi per posterius, sicut vnum per prius & posterius de ytroq; dicitur. De inde cum dicitur. Remouet quaedam dubitationes circa determinata, & diuiditur in duas, secundum duas dubitationes, quas remouet. Secunda, ibi. Est autem & alia dubo. Prænotanda autem sunt duo ad euidentiā primæ particulae, quorum primum est, quod quidam dicebant nullam diffinitionem esse ex additione, quæ in nulla diffinitione ponitur aliquid, quod sit extra essentiam diffinitio. Et videbantur pro se habere hoc, quod diffinitio significat essentiam rei. Vnde illud, quod est extra essentiam rei, non debet poni in eius diffinitione, ut videtur. Secundum est, quod quædam accidētia sunt simplicia, & quædam copulata. Simplicia dicitur quæ non habet subiectū de terminatū, quod in eorū diffinitione ponatur, sicut curuum, & concauum & alia mathematica. Copulata aut dicitur, quæ hnt determinatum subiectum sine quo diffinitio non potest. Est ergo dubitatio: si aliquis, velit dicere quod ratio, quæ est ex additione, non est diffinitio illorum accidentiū, quæ sunt simplicia, sed copulatarum erit diffinitio, uideatur. n. quod nullius illorum possit esse diffinitio. Palam est ergo, quod si illa diffiniunt, necesse est, eorum diffinitionem ex additione facere, cum sine proprijs subiectis diffiniri non possit. Sicut, si accipiamus hæc tria, scilicet nasus, & concauitas, & simitas, concauitas est simpliciter accidens, præcipue in comparatione ad nasum, cum non sit nasus de intellectu concaui. Simitas autem est accidēs compositum, cum sit nasus de intellectu eius. Et ita simitas erit quoddam dictum ex duobus, in quantum significat hoc in hoc, quod id est determinatum accidens in determinato subiecto, & nec concauitas nec simitas est passio nisi secundum accidens, sicut album inest Calliæ, & homini per accidens, in quantum Callias est albus, cui accidit hominem esse, sed similitudo est passio nasi secundum se. Naso enim in quantum huiusmodi, competit esse simum. Alia autem translatio loco eius, quod est concauum, habet aquilinum. Et est planior sensus, quia in diffinitione aquilini, ponitur nasus, sicut in diffinitione simi. Sed sicut masculinum per se competit animal, & æquale quantitati, & omnia alia quæcunque secundum se dicuntur existere in aliquo, quia de omnibus est eadem ratio, & huiusmodi

Tex. c6. 18. par. 5.

e. Est autē & alia dubitatio de eis. Si. n. idem est nasus simus, & concauus nasus. idē erit simum & concauum. Si vero non, quia impossibile est dicere simum si nere, cuius est passio secundum se, & est simū concauitas in naso, nasum simū dicere aut non est, aut bis idem dictū, nasus, nasus concauus. Nasus autē simus nasus concauus erit. Propter quod quod, inconueniens est inesse talibus quod quiderate esse. si autē non, in infinitum sunt. Naso namque nasi simum, adhuc aliud inerit. Palam itaque, quia solius substantiæ est diffinitio. Nā & si aliarū categoriarū necesse est ex additione esse, ut equalis & imparis non est sine numero, neque quæ est feminini sine aiali. Ex additione

Tex. c. 19

se est, eorum diffinitionem ex additione facere, cum sine proprijs subiectis diffiniri non possit. Sicut, si accipiamus hæc tria, scilicet nasus, & concauitas, & simitas, concauitas est simpliciter accidens, præcipue in comparatione ad nasum, cum non sit nasus de intellectu concaui. Simitas autem est accidēs compositum, cum sit nasus de intellectu eius. Et ita simitas erit quoddam dictum ex duobus, in quantum significat hoc in hoc, quod id est determinatum accidens in determinato subiecto, & nec concauitas nec simitas est passio nisi secundum accidens, sicut album inest Calliæ, & homini per accidens, in quantum Callias est albus, cui accidit hominem esse, sed similitudo est passio nasi secundum se. Naso enim in quantum huiusmodi, competit esse simum. Alia autem translatio loco eius, quod est concauum, habet aquilinum. Et est planior sensus, quia in diffinitione aquilini, ponitur nasus, sicut in diffinitione simi. Sed sicut masculinum per se competit animal, & æquale quantitati, & omnia alia quæcunque secundum se dicuntur existere in aliquo, quia de omnibus est eadem ratio, & huiusmodi

si sunt in quibus, id est in quorum rationibus existit nomen eius, sicut est passio, id est subiecti, aut etiam ratio eius. Semper enim in diffinitionibus potest poni ratio loco nominis, sicut si dicimus, quod homo est animal rationale mortale, potest poni loco nominis animalis diffinitio, ut dicat, quod homo est sub-

Habet autem dubitationem, si quis non dicat diffinitionem esse eam quæ ex additione sit, rationem, cuius erit diffinitio non simplicium, sed copulatarū. Ex additione enim necesse est manifestare. Dico autem ut puta est nasus, & concauitas, & simitas, quod ex ambobus dicitur: eo quod hoc in hoc, & non secundum accidens, nec concauitas, nec simitas passio nasi, sed secundum se, nec ut albi Calliæ, aut homini, quoniam Callias albus cui accidit hominem esse, sed ut masculinū animal, & æquale quantitati, & cuncta quæ per se esse dicuntur. Hæc aut sunt in quibus inest, ut ratio, aut nomen eius, cuius hæc passio est, & non contingit separatim ostendere, sicut album absque homine contingit, sed non femininum absque animal. Quare istorū quod quid erat esse, & diffinitio, aut nullius est, aut si est, aliter est, quam quemadmodum diximus.

Est autem alia quoque de eis dubitatio. Si. n. idem simus nasus, et concauus nasus idem erit simum, & concauum. Quod si non, propterea quod impossibile est dicere simū absque ipsa re, cuius per se passio est, & simum erit concauitas in naso, nasum simum, aut non est dicere, aut bis idem dictū, nasus, nasus concauus. Nasus namque simus, nasus concauus erit. propter quod inconueniens est talibus inesse quod quid erat esse, quod si non, in infinitum, progredietur. Naso namque naso simū aliud inerit. Patet igitur quod solius, substantiæ diffinitio est. Si enim & ceterorum quoque predicamentorum, necesse est ex additione esse, ut equalitatis, & imparis. non enim sine numero, nec huius, quod est femininum, sine animal. Ex additione

dubitatio, circa quæ duo facit. Primo mouet dubitationē. Secundo ponit solutionē ibi. Sed latet &c. Dicit ergo primus, quod est alia dubitatio de predictis. Aut. n. est idē dicere nasus simus, & nasus concauus, aut non, si idē, sequet quod idē sit simum & concauum, quod patet esse falsū, cū alia sit diffinitio vtriusq;. Si sit non est idem dicere, nasum simū, & nasum concauum, pro hoc quod simū non potest intelligi sine re cuius est per se passio, i. sine naso, cum simum sit concauitas in naso, concauum vero potest dici sine naso, sequet si hoc quod dico simum, plus habet quam concauum, quod hoc scilicet quod est nasus, vel non possit dici nasus simus, vel si dicatur, erit bis idē dictū, ut dicamus quod nasi simus est, nasus nasus concauus. Semper enim loco nominis potest poni diffinitio illius nominis. Vnde cum dicitur nasus simus, poterit remoueri nomen simi, & addit naso diffinitio simi, quæ est nasus concauus. Sic ergo videtur dicere quod nasum simū, nihil aliud est quod dicere nasum nasum concauum, quod est inconueniens. Propter quod, inconueniens videtur dicere quod in talibus accidentibus sit quod quiderate esse. Quod si non

part. 6.

Tex. c6. 20. par. prima.

part. 2.

lect. 3.

part. 3.

non est verum, quod in eis non sit quod quiderate esse, in infinitum, sed repetitio eiusdem nominis, semper posita nominis diffinitione pro nomine. Constat enim, quod cum dico nasus concauus, loco concaui potest accipi simum, quia concauitas in naso, non est nisi limitata, & loco simi, iterum nasus concauus, & sic in infinitum. Palam est itaque, ut videtur, quod solius substantiæ est diffinitio. Si enim esset aliorum predicamentorum, oporteret quod esset ex additione subiecti, sicut diffinitio equalitatis, & diffinitio imparis, oporteret, quod sumeret ex diffinitione suorum subiectorum. Non enim diffinitio imparis est sine numero, nec diffinitio feminini, quod significat quandam qualitatem animalis, est sine animal. Si ergo diffinitio aliorum esset ex additione, sequeretur, quod bis accidat idem dicere, sicut in præmissis est ostensum. Vnde si verum est, quod hoc inconueniens sequatur, sequitur quod accidentia copulata non habent diffinitionem. Deinde cum dicitur.

part. 6. Sed latet, quod non certe dicuntur rationes. Si vero sunt & horum termini, aut alio modo sunt, aut quæ admodum dictum est, multipliciter oportet dicere esse diffinitionē & quod quiderate esse. Quare sic quid nullius erit diffinitio, nec quod quiderate esse allicui meriti, nisi subiecti, sic aut erit. Quod quidem igitur diffinitio, quæ quidem est ipsius quiderate esse, & quod quiderate esse, aut solum substantiarum est, aut maxime & primum & simpliciter, palam.

part. 6. Trum autem idem est, aut alterū quod quiderate esse, & vnum quod quæ, per scrutandum est. Est. n. aliquid prætere ad de substantia per scrutationem. b Singulum enim non aliud videtur esse a summet substantia, & quod quiderate esse dicitur fin guli substantia. c In dictis quidem itaque, secundum accidēs videbitur utique diuer-

LECTIO V.

Trum autem idem est, aut alterū quod quiderate esse, & vnum quod quæ, per scrutandum est. Est. n. aliquid prætere ad de substantia per scrutationem.

part. 2. b Singulum enim non aliud videtur esse a summet substantia, & quod quiderate esse dicitur fin guli substantia.

lect. 3. c In dictis quidem itaque, secundum accidēs videbitur utique diuer-

part. 3. b Singulum enim non aliud videtur esse a summet substantia, & quod quiderate esse dicitur fin guli substantia.

part. 3. c In dictis quidem itaque, secundum accidēs videbitur utique diuer-

lām est, quod diffinitio, quæ est ratio eius quod quiderate esse, & ipsum quod quiderate esse, solum est substantiarum, sicut prima solutio habebat. Vel est primo & simpliciter earum, & per posterius & secundum quid accidentium, ut in secunda solutione dicebatur.

tionem autem dico, in quibus accidit bis idem dicere, sicut in istis. Quod si hoc verum est, neque copulatarum erit, ut pote numeri imparis.

Sed latet quod nunc non accurate dicuntur rationes, si autem & istorum sunt diffinitiones, aut alio modo sunt, aut sicut dictum est, multipliciter est dicendum diffinitionem, & quod quiderate esse, quare quodam modo quidem nullius erit diffinitio, nullius meriti quod quiderate esse, nisi subiecti, quodam modo vero erit. Quod igitur diffinitio est ipsius quiderate esse oratio, & quod quiderate esse, aut substantiarum solum est, aut maxime primo & simpliciter, manifestum est.

LECTIO V.

Trum autem idem est, aut aliud ipsum quiderate esse, & vnum quod quæ, per scrutandum, proderit etenim aliquid ad considerationem de substantia.

part. 4. Nam & vnum quod quæ non videtur aliud esse a sua substantia, & ipsū quid erat esse, dicitur esse vnum quod quæ substantia.

part. 8. De his igitur, quæ secundum accidēs dicuntur, videri possit aliud esse: v-

part. 8. De his igitur, quæ secundum accidēs dicuntur, videri possit aliud esse: v-

part. 8. De his igitur, quæ secundum accidēs dicuntur, videri possit aliud esse: v-

part. 8. De his igitur, quæ secundum accidēs dicuntur, videri possit aliud esse: v-

LECT. V.

Quædam determinat. Philosophus

quid est quod quiderate esse, & quorum, consequenter inquirat quomodo se habeat quod quiderate esse ad id, cuius est, verum scilicet ut idē, vel ut diuersum. & circa hoc tria facit. Primo mouet questionem. Secundo soluit eam. ibi. Singulum enim non aliud videtur esse a summet substantia. Tertio ostendit, quod ex solutione predicta, possunt solui philosophice rationes, quæ circa hæc sunt. ibi. Sophisticè vero dicitur. Dicit ergo primo, quod per scrutandum est, verum quod quiderate esse cum quæ, & vnum quod quæ, cuius est quod quiderate esse, sit idem aut diuersum, sicut: vnum quod quiderate esse homini, & homo sit idē, aut diuersum, & similitudine de alijs. Hoc, n. inquirere & manifestare, est aliquid prætere opere, id est prætere necessarium ad per scrutationem de substantia, quam intendimus facere in sequentibus. Intendit, n. inquirere inferius, verum in inferius sunt substantiæ rerum, & verum pares diffinitionum interent in diffinitionem eorum, & ad hoc valet ista per scrutatio, quam nunc proponit. Deinde cum dicitur.

infra pt. 10

part. 4. b. Solutio propositam questionem, & circa hoc tria facit. Primo ponit questionis solutionem. Secundo probat eam: ibi. In dictis vero secundum se. Tertio, ostendit contrarium solutionis predictæ esse absurdum & impossibile. ibi. Absurdum vero apparet. Circa primum duo facit. Primo enim ostendit quid prima facie circa questionem propositam verum esse videatur. Secundo, ostendit in quo eius contrarium accidat ibi. In dictis quidem itaque. Dicit ergo primo, quod statim, id est in primo aspectu, hoc videtur esse dicendum, quod in omnibus rebus singulum non sit aliud a sui substantia. Hoc autem quod est quod quiderate esse, est substantia eius, cuius est quod quiderate esse. Vnde videtur per hanc rationem in primo aspectu, quod quod quiderate esse sit idem, & non alterum ab vnoquoque cuius est. Deinde cum dicitur.

part. 4. c. Ostendit in quibus quod præmissum est, non sit verum dicens, quod quod quiderate esse, pro tanto videtur esse non aliud ab eo cuius est, quia est eius substantia. Itaque in illis, quæ prædicantur secundum accidens, & non dicunt substantiarum subiecti, videtur esse diuersum quod quiderate esse prædicat a subiecto. Alterum enim est id quod est esse albo homini, id est quod quiderate esse albi homini, ab eo, quod est albus homo. Quod sic videtur: quia cum dicitur homo albus, supponitur homo, idem enim est homo & homo albus, ut dicitur. Si enim albus haberet esse aliud a subiecto, aliquid prædicaretur de composito, ratione albi, vel posset prædicari, quod non esset contra rationem eius. Quod enim prædicatur de homine albo, non prædicatur de eo, nisi quia prædicatur de homine. Accidens enim non est subiectum, nisi ratione substantiæ.

part. 4.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

part. 8.

Substantie. Vnde secundum quod in albo intelligitur homo...

*Alia littera similiter.

part. 4.

part. 5.

part. 6.

part. 7.

res eis, huiusmodi substantias Platonici dicunt esse...

puta albus homo albus est, & albo homini esse...

In his autem, quae per se dicuntur, semper necesse est eadem esse...

Et si quidē absolute abinui- cem, harum quidē non erit sciētia...

uicem separata, sequuntur duo inconuenientia: quorum primum est...

Et ita etiam quodquid- erate esse substantia idealis...

Et ita etiam quodquid- erate esse substantia idealis...

Et ita etiam quodquid- erate esse substantia idealis...

Et ita etiam quodquid- erate esse substantia idealis...

part. 6.

Tex. a. 21.

part. 7.

part. 8.

idem cum ente, nec aliquid aliorum habebit in se suum quod...

Neceffe igitur est vnum esse benignū & benigne esse, & bono...

Secundum accidens vero dictum, vt musicum, aut album, pp dupliciter significare...

h Absurdum vero apparebit, & si quis vniciūq; nomē imposuerit...

Et cum dicitur, h. ¶ Ostendit quod contrarium dictae solutionis est absurdum...

substantia, oportet quod sint secundum participationem illarum...

Neceffe est igitur vnum esse bonum & bono esse, & honestum & bono...

Quod autem secundum accidens dicitur, vt musicum, aut album, propterea quod duplex significat...

h Absurdum autem apparet, & si quis vniciūque ipsorum quid erat esse nomē imponat...

Et cum dicitur, h. ¶ Ostendit quod contrarium dictae solutionis est absurdum...

¶ Manifestat solutionem positam quantum ad ea, quae dicuntur secundum accidens...

Procedit

Procedit autem hæc ratio eodem modo circa quodquid est, si-
cut prima ratio processerat circa ideas. Et si aliquis dicat, quod
quodquid est esse quidditatis equi, est ipsa substantia, quæ est
quidditas equi, quid prohibet statim a principio dicere, quod
quædam sunt suum quodquid est esse, q. d. nihil. Sed sciendum,
q non solum res &

part. 9.

part. 10.

T. c. 12.
par. prima.

part. 2.

Amplius, si aliud erit, in in-
finitum sunt: hoc quid quod-
quid est esse vni, illud vero vni:
quare & in illis erit eadem ra-
tio. Quod quidem igitur in pri-
mis & secundum se dictis, vni-
cuique esse, & vnumquodque,
idem & vnum, palam.

Sophistici autem elenchi ad
opinionem hæc palam, q eadem
resoluitur solutione, & si idem
Socra. & Socra. esse. Nihil. n. dif-
fert, neq ex quibus interroga-
bit utique aliquis, nec ex qui-
bus solvens fuerit. Quomodo
quidem igitur quodquid erat
esse idem, & quomodo non idē
vnicuique, dictum est.

LECTIO VI.

Orum autem quæ sunt, hæc quidē natura sunt,
hæc autem arte, alia au-
tem automato.

Omnia vero quæ sunt, ab ali-
quo sunt, & ex aliquo, & ali-
quid. Hoc autem aliquid dico
secundum quamlibet cathego-
riam. Aut enim hoc, aut quan-
tum, aut quale, aut quando.

hanc positionem, ad ostendendum, scilicet, quod non idem
sunt quodquid est esse rei, & res. Vt cum quæritur sophista, si
est idem Socrates, & Socratis esse. Et ostendunt, quod non: quia
si idem est Socrates, & Socratis esse. Socratis autem est albus, se-
quetur quod idem sit albus, & Socratem esse &c. Solutio pa-
ret ex precedentibus. Sic enim non differt, nec ex quibus in-
terrogabit aliquis, nec ex quibus fuerit solvens, id est non dif-
fert ex quibus procedat aliquis argumentando, nec quibus
quæstionibus adapret aliquis solutionem, dummodo sit eadem
radix solutionis. Patet igitur ex dictis, quomodo quodquid
erat esse vniuscuiusque, est idem cum vnoquoque, & quomo-
do non, est enim idem in his quæ sunt per se, non in his quæ
sunt per accidens. Sciendum est etiam ad euidenciam eorum,
quæ dicta sunt, quod quodquid est esse, est id quod diffinitio
significat. Vnde, cum diffinitio prædicatur de diffinito, oportet
quodquid est esse de diffinito prædicari, non igitur est quod-
quid est esse hominis humanitas, quæ de homine non prædica-
tur, sed animal rationale mortale. Humanitas enim non re-
spondetur quærenti quid est homo, sed animal rationale &
mortale. Sed tamen humanitas accipitur ut principium for-
male eius, quod est quodquid erat esse, sicut animalitas sumit-
tur ut principium generis, & non genus, rationalitas ut
principium differentie, & non ut differentia. Humanitas
autem, pro tanto non est omnino idem cum homine,
quia important tantum principia essentialia hominis, & ex-
clusionem omnium accidentium, est enim humanitas, qua
homo est homo: nullum autem accidentium hominis est,
quod homo sit homo: vnde omnia accidentia hominis exclu-
duntur a significatione humanitatis, hoc autem ipsum
quod est homo, est quod habet principia essentialia, & cui
possunt accidentia inesse. Vnde, licet in significatione ho-
minis non includantur accidentia eius, non tamen homo si-

gnificat aliquid separatum ab accidentibus. Et ideo homo si-
gnificat ut totum, humanitas significat ut pars. Si autem est
aliqua res, in qua non sit aliquid accidens, nisi necesse est,
quod nihil differat abstractum a concreto. Quod maxime
patet in Deo.

LECT. VI.

Item, si aliud erit, in infinitum pro-
cedet. etenim hoc quidem erit quid
erat esse vni esse, illud vero vnum.
quare de illis quoque eadem ratio erit.
Quod igitur de primis, & quæ per se
dicuntur, vnicuique esse, & vnum-
quodque idem, & vnum est, patet.

Sophistica autem ad hanc positi-
onem redargutiones manifestum est
quod eadem solutione solvantur, & si
idem Socrates, & Socrati esse. nihil. n.
differt, nec ex quibus aliquis interro-
gauerit, nec ex quibus solvens obti-
nerit. Quod igitur modo idem cuique
est quod quid erat esse, & quomodo
non idem, dictum est.


LECTIO VI.

Orum autem, quæ sunt,
quædam natura, quæ-
dam arte, quædam a ca-
su sunt.

Omnia vero, quæ sunt, & ab ali-
quo, & ex aliquo, ac aliquid sunt.
Aliquid vero dico, secundum quodq;
predicamentum. aut enim hoc, aut
quantum, aut quale, aut vbi.

senfibili existens, & idem ei. Vnde restat ostendere, q species
separata non sunt necessaria ad generationem sensibilibus, qd
intendit in hoc capitulo. Diuiditur ergo in partes duas. In pri-
ma præmittit quædam, quæ sunt necessaria ad propositum ostē-
dendum. In secunda ostendit propositum, ibi. Quoniam vero
ab aliquo fit quod fit. Circa primum duo facit. Primo propo-
nit quædam diuisiones circa rem generationem. Secundo
manifestat eas, ibi. Et generationes autem naturales. Ponit
autem duas diuisiones, quarum prima accipitur penes ea quæ
generantur, & modum generationis. Secunda penes ea, quæ ad
generationem requiruntur, & hanc ponit ibi. Omnia vero
quæ sunt. Dicit ergo primo, quod eorum quæ sunt, quædam
sunt a natura, quædam ab arte, & quædam a casu. Sic autem
to, h. i. per se vano. Cuius diuisionis ratio est, quia causa ge-
nerationis, aut est causa per se, aut est causa per accidens. si enim
est causa per se, vel est principium motus in eo in quo est, & sic
est natura: vel est extra ipsū, & sic est ars. Natura enim est prin-
cipium motus in eo in quo est. Ars vero non est in artificiato
quod fit per arte, sed in alio. Si vero est cā per accidens, sic est ca-
sus & fortuna. Fortuna quidem in his, quæ aguntur ab intelle-
ctu. Casus autem etiam in alijs. Vtrūq; vero {sub automato} h. sub
per se vano comprehenditur, quia vanum est, quod est ordinatū
ad finē, & non attingit ad illum. Et tam casus q fortuna inueni-
tur in his, q sunt pp aliquid, cum accidit aliquid præter id, qd
intendebatur ab aliqua cā per se determinata. Vnde & per se
dē, in quantum causam determinatam habet: & vanum, in quan-
tum præter intentionem accidit. Deinde cum dicit.

Ponit secundam diuisionem, quæ sumitur penes ea, quæ
ad generationem requiruntur. Omnia enim quæ sunt, sunt
ab aliquo agente, & ex aliquo, sicut ex materia, & iterum
sunt aliquid, quod est terminus generationis. Et quia su-
pra dixerat, quod hoc aliquid proprie est in substantijs, ideo
hic docet generalius esse sumendum, ut per aliquid, intelli-



Ostendit
Philoso-
phus o-
stendit
quid est
quodquid
& quorum
non est aliud
cuius est, hic
intendit
ostendere, q
quidditates
& formæ
existentibus,
sed a
formis, quæ
sunt in
materia. Et
hic erit
vnus modorū,
quo destruit
positio Pla-
ponentis
species se-
paratas, quas
ponebat
esse necessarias
ad hoc, quod
per eas
scificia de
istis rebus
sensibilibus
haberet,
& ad hoc,
quod
earum partici-
patione,
res sensibiles
existerent,
& ad hoc,
q essent
principia ge-
nerationis
sensibilibus.
Ostendit
autem iam
in præce-
denti capitulo,
quod
species sepa-
rata nō
sunt neces-
saria ad
scientiam
rerum sen-
sibilibus,
nec ad esse
earum, cum
ad hoc
sufficiat
quod quid
est rei sen-
sibilis in re

part. 3.

part. 4.

part. 5.

part. 6.

*Alia litera
vt confor-
mis.

part. 9.

T. com. 7.

Tex. c. 12.

gatur quodlibet predicamentum, in quo potest esse generatio
simpliciter, vel secundum quid per se, vel per accidens. Hoc. n.
quod dixit aliquid, vel significat hoc, id est substantiam, aut
quantum, aut quale, aut quando, vel aliquid aliud predica-
mentum. Et huius diuisionis ratio est, quia in omni generatio-
ne fit aliquid actu,
quod prius erat in
potentia. nihil autē
potest dici de poten-
tia in actu proce-
dere, nisi per aliq-
ens actū, quod est
agens, a quo fit gene-
ratio. Potentia vero
pertinet ad mate-
riam, ex qua aliquid
generatur. Actus vero
ad id quod gene-
ratur. Deinde cum
dicit.

Et generationes naturales
quidem hæc sunt, quarum ge-
neratio ex natura est.

Hoc autem ex quo fit, quam
dicimus materiam, hoc autem
a quo eorum, q natura aliquid
sunt. Hoc autem aliquid, vt ho-
mo, vel planta, aut aliud ali-
quid talium, quæ maxime di-
cimus substantias esse.

Oīa vero, quæ sunt aut natu-
ra, aut arte, habent materiam.
Possibile. n. esse & non esse eo-
rum quodlibet. hæc autem est
quæ in vnoquoque materia.

Vniuersaliter vero, & ex quo
natura, & secundum quod natu-
ra. Factum. n. habet naturam,
vt planta, aut animal. Et a quo,
quæ secundum speciem* dicta
natura, quæ eiusdem speciei.
hæc autem in alio. Homo nā-
que hominem generat. sic qui-
dem igitur sunt, quæ sunt pro-
pter naturam.

Generationes vero aliæ dīr
factiones. Omnes autem factio-
nes sunt, aut ab arte, aut a pote-
state, aut a mēte. Harū autē qdā
sunt, & a casu, & a fortuna simi-
liter, vt in factis a natura. Quæ-
dam & illi eadem, & ex sper-
mate sunt & sine spermate. de
his quidem igitur posterius
perscrutandum.

Exemplificat in generationibus naturalibus tria præmis-
sa dicens, q in generatione naturali, hoc quidem est, ex quo fit
quod generatur, quod dicitur materia. Hoc autem a quo gene-
ratur aliquid eorum, quæ sunt secundum naturam, quod dicitur
agens. Hoc vero est aliquid, scilicet quod generatur, vt ho-
mo, aut planta, aut aliquid talium, quæ maxime dicimus esse
substantias. i. substantias particulares compositas, de quibus
magis est manifestum quod sunt substantiæ, vt supra habitum
est. Materia autem & forma, quæ est principium actionis in
agente, non sunt substantiæ, nisi in quantum sunt principia
substantiæ compositæ. Inter autem hæc tria, duo se habent vt
generationis principia, scilicet materia & agens: tertium au-
tem se habet vt generationis terminus, id est compositum, quod
generatur. Et quia natura est generationis principium, tam
materia, quam forma quæ est principium generationis in agen-
te, dicitur natura, vt patet, secundo physico. Compositum
autem generatum, dicitur esse a natura, vel secundum naturam.
Tertio ibi.

Exemplificat in generationibus naturalibus tria præmis-
sa dicens, q in generatione naturali, hoc quidem est, ex quo fit
quod generatur, quod dicitur materia. Hoc autem a quo gene-
ratur aliquid eorum, quæ sunt secundum naturam, quod dicitur
agens. Hoc vero est aliquid, scilicet quod generatur, vt ho-
mo, aut planta, aut aliquid talium, quæ maxime dicimus esse
substantias. i. substantias particulares compositas, de quibus
magis est manifestum quod sunt substantiæ, vt supra habitum
est. Materia autem & forma, quæ est principium actionis in
agente, non sunt substantiæ, nisi in quantum sunt principia
substantiæ compositæ. Inter autem hæc tria, duo se habent vt
generationis principia, scilicet materia & agens: tertium au-
tem se habet vt generationis terminus, id est compositum, quod
generatur. Et quia natura est generationis principium, tam
materia, quam forma quæ est principium generationis in agen-
te, dicitur natura, vt patet, secundo physico. Compositum
autem generatum, dicitur esse a natura, vel secundum naturam.
Tertio ibi.

Probat quod vnum trium scilicet principium ex quo, inue-
niatur in omni generatione, non solum in naturali, sed etiam
in artificiali. De alijs enim duobus est manifestum, dicens, q
omnia quæ sunt vel secundum naturam, vel secundum artem,
habent materiam ex qua sunt. Omne enim quod generatur
vel per artem, vel per naturam, est possibile esse & non esse. cū
enim generatio fit de non esse in esse mutatio, oportet id quod
generatur quandoque quidem esse, quandoque non esse, quod

non esset nisi esset possibile esse & non esse. Hoc autem quod
est in vnoquoque in potentia ad esse & non esse, est materia.
Est enim in potentia ad formas per quas res habent esse; & ad
privationes per quas habent non esse, vt ex supra habitis pa-
tet. Relinquitur ergo, quod in omni generatione oportet esse
materiam. Quar-
to ibi.

Generationes vero, naturales qui-
dem hæc eorum sunt, quorum genera-
tio ex natura est.

Ex quo autem fit, ea est, quam
materiam dicimus. a quo uero, quip-
piam eorum est, quæ natura sunt. ip-
sum autem aliquid, homo, aut planta,
aut quicquam aliud similitum, quæ ma-
xime dicimus substantias esse.

Cuncta vero, quæ aut natura,
aut arte sunt, habent materiam.
Possibile enim est esse, & non esse eo-
rum vnumquodque. hoc autem cui-
que materia.

Vniuersaliter vero q id, ex quo
natura, & illud, per quod natura,
quod enim fit, habet naturam, ut plan-
ta, aut animal. Et a quo, natura
quæ secundum formam dicitur, quæ
eiusdem speciei est. hæc autem in
alio est. homo namque hominem ge-
nerat. sic igitur sunt, quæ ob naturam
sunt.

Cætera vero generationes dicun-
tur effectiones. Omnes autem effe-
ctiones, aut ab arte, aut a potestate,
aut ab intellectu. Harum autem que
dam etiam a casu sunt, & a fortuna,
perinde atque in his, quæ a natura
sunt: quædam enim & illis, eadem
& ex semine, & absque semine
sunt: de his itaque postea conside-
randum est.

alio secundum numerum. Homo enim generat hominem,
nec tamen gethum & generans sunt idem numero, sed spe-
cie tantum. Et propter hoc dicitur in secundo Physicorum.
quod forma, & finis generationis incidunt in idem numero.
Agens autem incidit cum eis in idem specie, sed non in idem
numero. Materia vero neque in idem specie, neque in idem
numero. Alia litera habet, quod principium a quo est secun-
dum speciem dicta natura, aut conformis: quia videlicet non
semper generans & genitum sunt eiusdem speciei, sed semper
habent aliquam conformitatem, sicut cum equus generat mu-
lum. Et vltimo concludit, quod illa, quæ generantur per na-
turam, sic generantur, sicut expositum est. Deinde cum dicit.

Determinat de his, quæ generantur per artem, & circa
hoc duo facit. Primo distinguit generationem, quæ est secun-
dum artem ab alijs generationibus, quæ sunt secundum natu-
ram. Secundo ostendit quomodo fiat generatio ab arte, ibi. Ab
arte vero sunt. Dicit ergo primo, quod generationes, quæ
sunt aliæ a naturalibus, dicuntur factiones. Quamuis enim
nomine factionis, quæ in græco dicitur praxis, possumus vti
in rebus naturalibus, sicut cum dicimus, quod calidum & ens
actu, facit actu esse tale, magis tamen proprie utimur in his,
quæ sunt per intellectum, in quibus intellectus agens habet
dominium super illud quod facit, vt possit sic vel aliter facere,
quod in rebus naturalibus non contingit: immo agunt ad
aliquem effectum, determinato modo ab aliquo superiori
præfinito eis. Huiusmodi autem factiones vel sunt ab arte,
vel a potestate, vel a mente. Potestas autem hic videtur pro-
violencia sumi. Quædam enim in his quæ non natura sunt,
S. Tho. super Met. M 4 confi-

Tex. com.

Tex. c. 7.

par. seq.

constituuntur ex sola virtute agentis, in quibus non multum requiritur ars aliqua, vel aliquis ordinatus processus intellectus, quod maxime contingit in corporibus trahendis, vel proiciendis, aut expellendis. Cum autem ordo intellectus ad effectum requiritur, quod quidem hoc contingit per artem, quandoque vero per solum intellectum, habitum artis nondum perfectio. Sicut enim aliquis argumentatur per artem, aliquis vero sine arte, videlicet etiam aliquid opus artis aliquis per artem aliquid sine arte facere potest in huiusmodi per arte factibilibus. Hanc autem generationum, quae sunt, vel arte, vel potestate, vel mente: quaedam sunt a casu & a fortuna, quae scilicet, aliquid agens per intellectum intendit sine aliquo per suam actionem, & prouenit aliquis finis praeter intentionem agentis. Sicut, cum aliquis intendit se confricare, & ex hoc sequitur sanitas, ut postea dicitur. Et hoc similiter contingit in artificialibus, sicut in factis a natura. Virus enim, quae est in spermate, ut infra dicitur, assimilatur arti. Sicut enim ars per determinata media peruenit ad formam, quam intendit: ita & virtus formatiua, quae est in spermate. Sicut autem contingit effectum, qui fit per artem, etiam praeter intentionem artis, aut intellectus fieri, & tunc dicitur a casu accidere, ita etiam in illis, scilicet, in rebus naturalibus eadem sunt & ex spermate & sine spermate. Quae quidem cum sunt ex spermate, sunt a natura, cum autem sine spermate, sunt a casu, & de his perscrutandum est posterius in hoc eodem capitulo. Haec autem verba hic posita, duplicem habent dubitationem. Prima, quia cum cuiuslibet rei naturalis sit determinatus modus generationis, non videntur esse eadem, quae generantur ex spermate, & per putrefactionem. Quod Auer. in 8. Physic. sententia vult, dicens, quod non potest esse idem animal in spe quod generatur ex spermate, & quod generatur ex putrefactione. Auer. autem e contrario sentit, quod omnia, quae generantur ex semine, eadem specie possunt generari sine semine per putrefactionem, vel per aliquem modum commissionis terrenae materiae. Sententia Arist. videtur esse media inter has duas opiniones, quod scilicet, aliqua possunt & sine semine generari, & ex semine, non tamen omnia, ut infra dicit. Sicut nec in artificialibus omnia possunt fieri per artem & sine arte, sed quaedam sunt per artem tantum, ut domus. Animalia enim perfecta, videntur non posse generari nisi ex semine, animalia vero imperfecta, quae sunt vicina plantis, videntur posse generari & ex semine & sine semine. Sicut plantae producuntur aliquando sine semine per actionem Solis in terra ad hoc bene disposita. Et tamen plantae sic productae producantur semina, ex quibus plantae similes in specie generantur. Et hoc rationabiliter accidit. Quia quanto aliquid perfectius est, tanto plura ad eius completionem requiruntur, & propter hoc ad plantas & ad animalia imperfecta, sufficit ad agendum sola virtus coelestis. In animalibus vero perfectis requiritur cum virtute coelesti etiam virtus feminis. Vnde dicitur in secundo Physic. quod homo generat hominem, & Sol. Secunda dubitatio est, quia videntur animalia generata sine semine ex putrefactione, non fieri a casu, sed ex determinato agente, lex virtute coelesti, quae in generatione eorum supplet vicem virtutis generatiuae, quae est in semine. Et hoc etiam vult Commentator in xj. huius. Sed sciendum est, quod nihil prohibet aliquam generationem esse per se, cum referatur ad vnam causam, quae tamen est per accidens, & casualis cum referatur in aliam causam. Sicut in ipso exemplo

part. 10.

part. 11.

D. 509. 213. 208.

C6. 46. sectio de fluxu metaph. c. 15.

I. com. 59.

Tex. c6. 26.

C6m. 18.

Philosophi. pater. Cum enim sanitas ex confricatione sequitur praeter intentionem confricantis, ipsa quidem sanatio si referatur ad naturam, quae est corporis regitua, non est per accidens, sed per se intenta: si vero referatur ad intellectum confricantis, erit per accidens & casualis. Similiter etiam generatio animalis ex putrefactione generari, si referatur ad causas particulares, hic inferius agentes, inuenitur esse per accidens & casualis. Non enim calor, qui causat putredinem, intendit naturaliter appetitu generationem huius, vel illius animalis, quae ex putrefactione sequitur, sicut virtus, quae est in semine intendit productionem talis speciei. Sed si referatur ad virtutem coelestem, quae est vniuersalis regitua virtutis generationum & corruptionum in istis inferioribus, non est per accidens, sed per se intenta, quia de eius intentione est, ut educantur in actu omnes formae, quae sunt in potentia materiae. Et sic recte assimilauit hic Aristote. ea, quae sunt ab arte, his, quae sunt a natura. Deinde cum dicit.

Ab arte autem sunt, quorum forma in anima. formam autem dico ipsum quid erat esse vniuersumque, & primam substantiam. Etenim contrariorum quodam modo eadem forma est. priuationis namque substantia, opposita substantia, ut sanitas aegritudinis. illius enim absentia ostenditur aegritudo. sanitas vero est ratio, quae in anima & in scientia est.

part. 12.

part. 13.

part. 14.

Alia littera multos.

Fit autem sanum, ita intelligente, cum hoc sanitas sit, necesse est, si sanitas erit hoc, fieri, ut puta equalitatem. quod si hoc, caliditatem. & ita semper intelligit, donec redigat in illud, quod ipse potest vltimum facere. Deinde motus, qui iam post hoc fit, effectio ad sanitatem appellatur. Quare quodam modo ex sanitate, sanitatem accidit fieri, & domum, ex domo sine materia, materia habentem. Medicinalis enim est & aedificatoria species sanitatis & domus. Dico autem substantiam absque materia quodquiderat esse.

¶ Ostendit modum generationis, quae est ab arte, & praecipue quantum ad principium effectuum. De principio enim materiali iam supra dixerat, cum locutus fuisset de generatione naturali. Circa hoc autem duo facit. Primo, ostendit quid sit principium actuum in generatione, quae est per artem. Secundo, ostendit quomodo ab hoc principio generatio procedat, ibi: ¶ Fit itaque sanitas. ¶ Dicit ergo primo, quod illa sunt ab arte, quorum species factiua est in anima. Per speciem autem exponit quodquiderat esse cuiuslibet rei factae per artem, ut quodquiderat esse domus, quando fit domus. Et hoc etiam nominat primam substantiam, id est primam formam. Et hoc ideo, quia a forma, quae est in anima nostra, procedit forma, quae est in materia in artificialibus. In naturalibus autem e contrario. Haec autem forma, quae est in anima, differt a forma, quae est in materia. nam contrariorum forme in materia sunt diuersae & contrariae. In anima autem est quodammodo vna species contrariorum. Et hoc ideo, quia forme in materia sunt propter esse rerum formarum. Formae autem in anima sunt secundum modum cognoscibilem et intelligibilem. Esse autem vniuersi contrarij tollitur per esse alterius. Sed cognitio vniuersi oppositi non tollitur per cognitionem alterius, sed magis iuuatur. Vnde forme oppositorum in anima non sunt oppositae. Quinimmo substantia, id est quodquiderat esse priuationis, est eadem cum substantia oppositi, sicut eadem est ratio in anima, sanitatis & infirmitatis. Per absentiam enim sanitatis, cognoscitur infirmitas. Sanitas autem, quae est in anima, est quaedam ratio, per quam cognoscitur sanitas & infirmitas, & constitit in scientia, id est in cognitione vniuersumque. Deinde cum dicit.

¶ Ostendit quomodo ab hoc principio procedatur ad sanitatem, & circa hoc duo facit. Primo, ostendit quomodo sanitas quae est in anima sit principium sanationis. Secundo, quomodo diuersimode accipitur principium in actione artis, ibi: ¶ Generationum vero & motuum. ¶ Dicit ergo, quod cum sanitas, quae est in anima, sit principium sanitatis, quae fit per artem, ita fit sanitas in materia aliquo intelligente quod sanitas est hoc, id est scilicet, vel regularitas, vel aequalitas calidi, frigidi, humidi, & sicci. Et ideo necesse est, si sanitas debet contingere, quod hoc existat, regularitas, vel aequalitas humorum.

Et si regularitas vel aequalitas debeat esse, oportet quod sit calor, per quem humores reducuntur ad aequalitatem: & ita semper procedendo a posteriori ad prius, intelligit illud, quod est factum caloris, & quod est factum illius donec educatur ad aliquid vltimum, quod ipse statim posset facere, sicut hoc, quod est dare talem potio nem. Et demum motum incipiens ab illo, quod statim potest facere, nominatur factio ordinata ad sanandum. Patet ergo, quod sicut in naturalibus ex homine generatur homo, ita in artificialibus accidit quodam modo ex sanitate fieri sanitatem, & ex domo domum, scilicet, ex ea, quae est sine materia in anima existens, illa, quae habet materiam. Ars enim medicinalis, quae est principium sanationis, nihil est aliud quam species sanitatis, quae est in anima. Et ars aedificatiua, est species domus in anima. Et ista species siue substantia sine materia, est quam dixit supra, quod quid erat esse rei artificialia etc. Deinde cum dicit.

¶ Ostendit quomodo diuersimode accipitur principium in actionibus artis. & dicit, quod in generationibus & motibus artificialibus est aliqua actio, quae vocatur intelligentia, & aliqua, quae vocatur factio. Ipsa enim ex cogitatio artificis vocatur intelligentia, quae incipit ab hoc principio, quae est species rei factae per artem. Et haec operatio protenditur (ut supra dictum est) vltimum in intentione, & primum in opere. Et ideo illa actio, quae incipit ab vltimo, ad quod intelligentia terminatur, vocatur factio, quae est motus iam in exteriori materia. Et sicut diximus de actione artis respectu formae, quae est vltimus finis generationis artificialis, similiter est de omnibus aliis interuentis. Sicut ad hoc, quod conualescat, oportet quod adequentur humores. Hoc igitur ipsum quod est adequari, est vnum de interuentis, quod est propinquissimum sanitati. Et sicut Medicus ad hoc quod faceret sanitatem, incipiebat a considerando quid est sanitas, ita ad hoc, quod faciat adaequationem, oportet quod sciat quid est adaequatio, videlicet, quod adaequatio est hoc, scilicet, debet proportio humorum, in respectu ad naturam humanam. Hoc autem erit si corpus fuerit calefactum, quando scilicet quis in firmatur propter defectum caloris. Etenim oportet quod sciat quod quid est hoc, scilicet, calefactum: sicut si dicatur, quod calefactum est immutari a medicina calida. Et hoc scilicet, dare medicinam calidam, existit statim in potestate Medici, & est iam in ipso, id est in potestate eius, ut talem medicinam det. Sic igitur patet, quod principium faciens sanitatem, vnde incipit motus ad sanandum, est species, quae est in anima, vel ipsius sanitatis, vel aliorum interuentium: per quae acquiritur sanitas. Et hoc dico, si sanatio fiat ab arte. Si autem fiat alio modo, non erit principium sanitatis species, quae est in anima hoc enim est pro

prium in operationibus artis. Deinde cum dicit.

¶ Magni fuit quomodo sunt generationes casuales, & dicit quod quando sanatio fit a casu, tunc principium sanitatis fit ab hoc: quod est principium faciendi sanitatem apud eum, qui facit sanitatem secundum artem. Sed hoc est intelligendum de principio factio nis, quod est vltimum in intelligendo, & primum in exequendo. Sicut in medicando, principium sanitatis aliquid quando fit a calefactione. Et hinc etiam incipit sanatio, quando aliquis a casu sanatur: quia calorem aliquis excitat confricatione praeter intentionem confricantis. Calor itaque in corpore excitatus per fricationem vel medicationem, aut est pars sanitatis quae sit intrans substantiam sanitatis: sicut cum ipsa alteratio calefactionis ad sanitatem sufficit. Aut sequitur ad calorem aliquid quod est pars sanitatis. Sicut cum per calorem fit sanitas per hoc, quod calor dissoluit aliquos humores compactos, quorum diffusio est iam constituens sanitatem. Aut etiam hoc potest esse per plura media: sicut cum calor consumit humores superfluos impediendes aliquos meatus in corpore, qui bus consumptis, fit de bitus motus spirituum ad aliquas determinatas partes corporis. Et hoc vltimum est iam factio facta tem, & quod est ita, scilicet quod est proximum sanitatis factum, & est aliqua pars sanitatis, id est sit intrans in constitutionem sanitatis. Et similiter est in alijs artificialibus. nam partes domus sunt lapides: quorum compositio iam est aliquid domus. Deinde cum dicit.

¶ Concludit conclusionem principaliter intentam, & circa hoc duo facit. Primo, inducit conclusionem in intentionem. Secundo, remouet quandam dubitationem ibi: Ex quo vero ut materia sit. ¶ Dicit ergo primo, quod ex quo omne quod generatur: generatur ex materia: & iterum generatur a suo simili, impossibile est aliquid esse factum, nisi aliquid praexistat: sicut dicitur communiter. Communis enim Philosophorum naturalium sententia erat, quod ex nihilo nihil fit. Palam autem est, quod praexistit oportet, quod sit pars rei generatae: Constat enim, quod materia, quae praexistit, est pars generati. Quod ex hoc probari potest: quia materia est in generato, & ipsa sit generatum dum in actu edicitur. Nec solum pars, quae est materia, praexistit, sed sicut ex dictis patet, etiam praexistit pars, quae est in ratione, scilicet forma. Haec enim duo, scilicet, materia & forma sunt partes generati. Vtroque enim modo possumus assignare quid sint circuli graui, vel circuli multi: secundum aliam litteram, id est particulares & distincti: & dicentes materiam: quae est ars, & dicitur species, id est formam: quae est talis figura. Et sic dicitur multos circulos particulares: nam circulus secundum speciem & formam: est vnus tantum; multiplicatur autem & indiui-

part. seq.

Quod si a casu, ab eo, quod est faciendi principium illi, qui ab arte facit. sicut fortassis & in medendo principium a calefaciendo fit. hoc autem factio fricatione. Calor itaque in corpore, aut pars sanitatis, aut sequitur eum aliquid tale, quod est pars sanitatis, aut plura. hoc autem vltimum faciendi, & quod ita pars est sanitatis, & domus, & aliorum, ut lapides.

Quare, quemadmodum dicitur, impossibile est fieri, si nihil praexistit. Quod igitur pars ex necessitate existet, patet. materia namque pars. inest etiam haec, & fit. Sed vtrum eorum etiam est, quae in ratione: Vtroque quidem modo dicimus multos circulos quidem sint, & materiam dicentes, quod est, & formam, quod talis figura, & hoc est genus in quo primo ponitur, aeneus autem circulus habet in ipsa ratione materiam.

¶ Quare sicut dicitur, impossibile est fieri, si nihil praexistit. Quod quidem esse si nihil praexistit, facienti ab arte. ut quod in mederi forsan a calefactione principium, hoc autem facit fricatione. Calor itaque in corpore, aut pars est sanitatis, aut sequitur eum aliqui d tale, quod est pars sanitatis, aut p plura, hoc autem vltimum faciendi. Et quod est ita, pars est sanitatis, ut domus, lapides, & aliorum alia.

diuiduatur per materiam. Et hec, scilicet figura, est genus, in quod primo collocatur circulus areus. Et ita patet ex dictis, quod circulus areus in sua distinctione habet materiam. Quod autem species geniti præexistat, supra ostensum est in naturalibus, & in artificialibus generationibus.

part. 15.

Deinde cum dicitur. n. Remouet quamdam dubitationem. Illud enim, ex quo aliquid fit, vt ex materia, quadoque prædicatur nō in abstracto, sed denominatiue. Quædam enim dicitur nō esse illud, i. materia sed illius modi. Sicut statua non dicitur lapis, sed lapidea. Sed homo conualescens non dicitur illud ex quo id est non recipit prædicationem eius, ex quo fieri dicitur. Fit enim conualescens ex infirmo. Nec dicitur ex conualescens fit infirmus. Huiusmodi autē causa est, quia dupliciter dicitur aliquid, fieri ex aliquo, scilicet ex priuatione, & ex subiecto, quod dicitur materia. sicut dicitur, q. homo ar. sanus, & q. laborans fit sanus. Dicitur autem magis aliquid fieri ex priuatione quam ex subiecto: sicut magis dicitur aliquis fieri sanus ex laborante, quā ex homine. Sed hoc fieri hoc magis dicimus in subiecto, quā in priuatione. Magis enim dicimus proprie, quod homo fit sanus, quam quod laborans. Et ideo ille, qui est sanus, non dicitur laborans, sed magis dicitur homo, & e converso homo dicitur sanus: sic ergo id quod fit, prædicatur de subiecto, non autem de priuatione. Sed in quibusdā priuatio est non manifesta & innominata, sicut priuatio cuiuscūque figure in ere, nō habet nomen, nec est priuatio domus in lateribus, & in lignis. Et ideo videtur materia & priuatione simul. Et propter hoc sicut illic dicimus, quod sanus fit ex laborante, ita hic dicimus quod statua fit ex ere, & domus ex lapidibus & lignis. Et propter hoc etiam sicut ibi, id ex quo fit aliquid, sicut ex priuatione, non prædicatur de subiecto, quia non dicimus q. sanus fit laborans, ita nec hic dicimus q. statua fit lignum, sed prædicatur abstractum in concreto, dicendo q. non est lignum, sed li gnea, nec æs, sed ærea, nec lapis, sed lapidea. Et similiter domus non est lateres, sed latericia. Quia si quis diligenter inspiciat, nec fit statua ex ligno, nec domus ex lateribus simpliciter loquendo, sed per aliquam permutationem. Fiant enim ista ex


Tex. c. 16.

T. c. 26.

part. prima.

istis, sicut ex aliquo permutato, & non sicut ex permanente. Aes enim in figuratum non manet dum fit statua, nec lateres in compositi, dum fit domus. Et propter hoc in prædictis ista dicitur, id est, talis fit prædicatio.

LECTIO VII.



Ex quo uero tanquā materia fiunt, aliqua dicitur cum fit non illud, sed illiusmodi. ut statua, non lapis, sed lapidea. homo autem conualescens non dicitur illud, ex quo. Causa uero est, quia fieri contingit ex priuatione, & subiecto, quod dicitur materiam. ut puta q. homo, & egrotus fit sanus. magis tamen dicitur ex priuatione fieri, ueluti ex egrotus sanus, quā ex homine. quare sanus egrotus quidem non dicitur, sed homo, & homo sanus. Quorum uero priuatio incerta & innominata est, ut in ere cuiuscunque figure, aut in lateribus & lignis domus, ex his non dicitur fieri, sicut illuc ex egrotus. Quare, sicut nec ubi ex quo, hoc non dicitur illud, nec hic statua lignum, sed derivatiue dicitur lignea non lignum, & ænea non æs, & lapidea, & non lapis, & domus latericia sed non lateres. Cum neque tanquā ex ligno fit statua, aut ex lateribus domus, si quis accurate inspexerit, profecto simpliciter dicitur: propterea quod oporteat fieri, mutato ex quo, sed non permanente. propter hoc igitur sic dicitur.

Tex. c. 27.

part. 2.

Inf. Inf.

Inf. Inf.

LECTIO VII.



Voniā uero ab aliquo fit qd fit, hoc aut dico unde principii generationis est: & ex aliquo. fit autem non priuatio hoc, sed materia, iam enim diffinitum est qn hoc dicim: & quod fit, hoc aut sphaera, aut circulus, aut qd cunq; euenit aliorum, quem admodum nec subiectum facit es, sic nec sphaeram, nisi secundum accidens, quia gnea sphaera est, & illam facit. Nam hoc aliquid facere, ex totaliter subiecto hoc facere est. Dico autem, quia æs rotundum facere, est vel sphaera, vel circulus, vel quodcūque aliorum. Ex istis suppositis debet esse manifestū, q. sicut agens generans non facit materiam, vel subiectum generationis, quæ est æs, ita etiam nō facit formam, i. hoc ipsum, quod est sphaera, nisi forte per accidens. Facit enim æream sphaeram, quod est compositum. Et quia ærea sphaera est sphaera, ideo per accidens facit sphaeram. Quod autem agens non faciat materiam, per se est manifestum, eo q. materia præexistit factioni. vnde non oportuit ei probare q. materia non fieret. Sed de formis poterat esse dubium, eo q. forma non inuenitur nisi in termino actionis. & ideo oportuit

LECTIO VII.



Ut autem & ab aliquo fiat quod fit, hoc autem dico unde generationis principium est: & ex aliquo. fit autem hoc non priuatio, sed materia, iam enim determinatum est, quemadmodum hoc dicimus: & quod fit, hoc autem est aut sphaera, aut circulus, aut quodcunq; caterorum euenit, sicuti neque subiectū facit ipsum æs, ita neque sphaeram, nisi secundū accidens, quia ænea sphaera, sphaera est. illam autem non facit: hoc aliquid enim facere ex omnino subiecto hoc facere est. Dico autem quod æs facere rotundum, nō

Tex. c. 28.

part. 3.

Le. 5.

uit eum probare, q. forma non fieret nisi per accidens. Et hoc ideo est, quia forma non proprie habet esse, sed magis sunt qui bus aliqua habent esse. Vnde, si fieri eū via in esse, illa tantum p se sunt, quæ per formas habent esse. Formæ autem incipiunt esse, eo modo quo sunt in illis factis, quæ per formas esse habent. Et quod forma non fiat, sic probat. Facere enim hoc aliquid, est facere hoc ex aliquo subiecto, quod est totaliter, i. id est vniuersaliter verum in omni generatione. Facere, n. hoc, quod est æs rotundum: nō est facere hoc ipsum q. æs rotundum, i. s. rotunditatem, aut hoc ipsum quod est facere sphaeram, i. s. formam sphaeræ, sed est facere aliquid alterum, i. s. speciem, nō qualitercunque sed in alio, i. s. i. materia, quod est facere compositū. Quod sic patet. Si n. agens faciat aliquid, oportet q. faciat ex aliquo alio, sicut ex materia. hoc enim superius subiiciebatur, i. quod omnis generatio ex materia fit, propter probationē superius inductam. Sicut agens dicitur facere sphaeram æream. Et hoc ideo, quia facit hoc qd est sphaera ærea, ex hoc quod est æs. Si igitur eia ipsam formam faciat, palā erit, q. faciet eā simili rer. ex aliqua materia. Et ita sicut sphaera ærea erit composita ex materia & forma, sic & forma sphaeræ æræ, erit composita ex materia & forma. & redibit eadem questio de forma formæ, & sic in infinitū. Et ita generationes procedunt in infinitum: quia omne generatum habet materiam & formam. Palam igitur est, q. non fit species rei generatae, nec aliquid aliud quodcunq; sit, qd oporteat vocare formam in rebus sensibilibus, sicut ordo & compositio & figura quæ in aliquibus tenent locum formæ, maxime in artificialibus. Et quia generatio est eius quod fit, palam est, quod nec generatio est forma, sed compositio. Nec iterum quod quiderat esse rei generatae, nisi per accidens. Sed forma & quod quiderat esse, i. est quod fit in alio, i. in materia, non per se. Et dico quod fit, vel ab arte, vel a natura vel potestate, i. a quocunq; agente per violentiam. Dicit autem quod quiderat esse non fieri, quāuis sit idem rei facte. Supra enim ostensum est, vnamquamque rem esse idē cū suo quod quiderat esse. Sed tamē quod quiderat esse, est quod per se pertinet ad speciem. Vnde ab eo excluduntur conditiones individuales, quæ per accidens sunt speciei. Species autem, & alia vniuersalia non generantur nisi per accidens, singularibus generatis. Sciendum tamen, q. licet in littera dicatur, q. forma fit in

A materia, non tamen proprie dicitur. Forma, n. proprie non fit, sed compositum. Sicut etiam dicitur, forma esse in materia, licet forma non fit, sed compositum per formam. Ita etiam proprius modus loquendi est, vt dicamus compositum generari ex materia in talem formam. Formæ, n. proprie non fiunt, sed eductur de potentia materię, in quantum materia quæ est in potentia ad formā, fit actu sub forma, qd est facere compositum. Deinde cum dicitur. b. Ostendit, q. composita fiunt dicens, q. generans facit esse sphaeram æream. Facit, n. eam ex ere, qd est materia, sicut ex principio generationis, & ex sphaera, quæ est forma & generatio nis terminus. Facit enim hanc speciem, i. figurā sphaeræ in hoc, i. in hac materia, in quantum, i. trāsmutat hoc es in sphaeram. Et hoc est sphaera ærea, i. forma sphaeræ in ere. Sed hoc est esse sphaeræ, i. quod quid est sphaera. Et autem quod est esse sphaeræ, i. ipse quod quid est forme, non est omnino generatio: quia si esset eius generatio oporteret q. esset ex aliquo, sicut ex materia. Oē, n. qd fit, oportet esse diuisibile, ita, i. q. eius hoc fit hoc, i. una pars fit hoc, i. & hoc, fit hoc, i. alia pars fit hoc. Et hoc exponit. i. quod vna pars eius fit materia, & alia pars eius fit species. Si igitur quid est sphaera quantum ad ipsam formam est, quod fit figura equalis ex medio, i. id est quod fit quædam figura solida, a cuius medio ad extremitates omnes linee ductæ sint æquales, oportet q. quod huius scilicet sphaeræ gnea hoc quidē, i. scilicet materia fit in quo erat id quod, i. facit generans scilicet forma, & hoc fit in illo, i. forma, i. quæ, i. est figura ex medio æqualis, i. & hoc, i. omne, i. id est totum quod, i. factum est. i. ænea sphaera. Palam igitur est ex dictis, quod si omne quod fit oportet esse diuisibile, quod id, quod est vt species, aut quod est vt substantia, i. id est vt quod quiderat esse, non fit. Sed i. synodus, i. compositū quod dicitur & denominatur a tali forma, vel quidditate vel quod quid est, fit. Et iterum manifestum est, quod in omni generato inest materia, & quod cuiuscunq; generati, hoc est hoc, i. & hoc est hoc, i. id est vna pars est materia, & alia forma. Deinde cū dicitur. c. Ostendit, quod ex quo formæ non generantur, sed composita, quod non oportet. ponere species separatas esse causas generationis in istis inferioribus. Sciendum est autem, quod Platonicus ponebat species esse causas generationis dupliciter. Vno modo per modum generantis. Et alio modo per modum exercit

Aeneam uero sphaeram esse facit: facit namque ex ere & sphaera in hoc enim hanc formam facit: & hoc est sphaera ænea. hoc autem sphaeræ esse. Eius uero, quod est sphaera esse omnino si generatio est, ex aliquo aliquid erit oportebit nanque diuisibile semper esse quod fit, & esse, hoc quidem hoc, illud uero hoc. dico autem quod hoc quidem materiam, illud uero speciem. Si igitur est sphaera ex medio figura equalis, huius hoc quidem est in quo erit quod facit, hoc autem in illo, hoc autem oē quod factū est, vt ærea sphaera. Palam igitur ex dictis, quia quod quidem vt species, aut vt substantia dicitur, non fit. Synodus autem fecundum hanc dicta, fit. Et quod in omni generato materia inest: & est hoc quod hoc, & hoc hoc.

Vtrum igitur est aliqua sphaera præter has, aut domus præter lateres? An nec factum fuisse unquam sita esset quod quid, sed quoniam tale significat: hoc autem & terminatum non est, sed facit, & generat ex hoc tale. & cum generatum est, est hoc tale totum autem hoc Callias aut

plaris.

plaris. Primum ergo, ostendit, quod species separatae non sunt causa generationis per modum generantis. Secundo, quod non per modum exemplaris, sicut in quibusdam vero palam. Dicit ergo primo quod considerandum est utrum sit aliqua forma generantis prae-ter huiusmodi singularia. Et sic quaedam sphaera a materia separata per has sphaeras, quae sunt in materia. Aut etiam sit aliqua domus uniuersalis sine materia, praeter lapides, ex quibus constituitur istae domus particulares. Moveri autem quoniam in artificialibus propter naturalia, quorum species Plato separatas posuit a materia: ut intelligatur esse quod situm, verum sit homo uniuersalis praeter carnes & ossa ex quibus particulares homines constituntur. Ad solutionem huius quoniam, hic primo praemittit quod si sit aliqua substantia hoc modo facta, nullo modo erit hoc aliquid, sed significabit tantum quale quid, quod non est determinatum. Socrates enim significat hoc aliquid & determinatum. Homo vero significat quale quid, quia significat formam communem & indeterminatam, quia significat absque determinatione huius vel illius. Unde, si sit homo praeter Socratem & Platonem & alios huiusmodi, non tamen erit hoc aliquid nec determinatum. Sed nos videmus quod in generationibus, semper illud quod facit & generat ex hoc, id est ex tali materia, est tale hoc, id est hoc determinatum, habet determinatam speciem. Oportet, si sicut generatum est hoc aliquid, ita & generans esse hoc aliquid, cum generans sit simile genito, ut supra probatum est. Et quod genitum sit hoc aliquid, hoc patet, quia quod generatur est compositum, sed hoc esse, si compositum, quando est hoc, id est determinatum, est ut Callias, aut Socrates, sicut cum dicitur haec sphaera aenea. Sed homo & animal non significant hanc materiam, ex qua est generatio, sicut nec sphaera aenea uniuersaliter dicta. Si ergo compositum generatur, & non generatur nisi ex hac materia, per quam est hoc aliquid, oportet quod id, quod generatur, sit hoc aliquid. Et cum generatum sit simile generanti, oportet etiam quod generans sit hoc aliquid. Et ita non sit species uniuersalis sine materia. Manifestum est ergo ex dictis, quod si sunt aliqua species praeter singularia, nihil sunt vitales ad generationes & substantias rerum, sicut consueti sunt quidam dicere species generum causa. Ad hoc quod ponant species. Haec enim erat una causa, quare Platonici species ponebant, ut essent causa generationis, manifestum erit quod non erunt species quaedam substantiae in se existentes. Sciendum est autem, quod omnes, qui non considerauerunt hoc, quod Philosophus supra ostendit, quod formae non sunt, passi sunt difficultate circa factionem formarum. Propter hoc nanque quidam coacti sunt dicere, omnes formas esse ex creatione, nam ponebant formas fieri, & non poterant ponere quod fierent ex materia, cum materia non sit pars formae. Unde sequebatur quod fierent ex nihilo, & per consequens quod crearentur. Contrario autem quidam posuerunt propter hanc difficultatem, formas praexistere in materia actu,

part. 4.

Tex. c6. 23.

quod est ponere latitacionem formarum, sicut posuit Anaxagoras. Sicut autem Aristoteles, qui ponit formas non fieri, sed compositum, utrumque excludit. Neque enim oportet dicere quod formae sint causae ab aliquo extrinseco agente, neque quod fuerint semper actu in materia, sed in potentia tantum. Et quod in generatione non possit sine edu- & de potentia factu. Deinde cum dicitur d. ostendit, quod species separatae non possunt esse causa generationis per modum exemplaris dicens, quod licet in aliquibus sit dubium, utrum generans sit simile generato, tamen in quibusdam palam est, quod generans sit quaedam tale, quale est generatum, non quidem idem numero, sed idem specie, ut patet in naturalibus. Homo enim generat hominem, similiter equus equum, & unaquaeque res naturalis aliam similem in specie sibi, nisi accidat aliquid praeter naturam: sicut est cum equus generat mulum. Et haec quoque similiter, quod enim est commune equo, & asino, non est nominatum proximum genus: fuerint autem ambo fortassis, ut mulus. Quare patet quod non oportet tanquam exemplar formam ponere. In his etenim maxime quaerentur: haec enim maxime substantiae sunt. Sed generans sufficiens est ut faciat, & causa sit forma in materia, tota uero iam talis forma in his carnibus, & ossibus Callias, & Socrates. & diuersa quidem propter materiam (diuersa etenim) idem autem specie indiuisibilis nanque forma est.

In quibusdam etenim etiam manifestum est, quod generans tale est, quale quod generatur: non tamen idem, nec unum numero, sed unum specie: ut in naturalibus. homo nanque hominem generat, nisi quid praeter naturam fiat, ut equus mulum. & haec quoque similiter, quod enim est commune equo, & asino, non est nominatum proximum genus: fuerint autem ambo fortassis, ut mulus. Quare patet quod non oportet tanquam exemplar formam ponere. In his etenim maxime quaerentur: haec enim maxime substantiae sunt. Sed generans sufficiens est ut faciat, & causa sit forma in materia, tota uero iam talis forma in his carnibus, & ossibus Callias, & Socrates. & diuersa quidem propter materiam (diuersa etenim) idem autem specie indiuisibilis nanque forma est.

non est proportionata ad suscipiendum speciem equi, inducit speciem propinquam. Unde etiam in generatione muli, est aliquo modo generans simile generato. Est enim aliquod proximum genus, quod non est nominatum commune equo & asino. Et sub illo genere continetur etiam mulus, unde secundum illud genus potest dici, quod simile generet simile. Ut si verbi gratia dicamus, quod illud proximum genus sit iumentum, poterimus dicere quod licet equus non generet equum, sed mulum, iumentum tamen generat iumentum. Patet igitur, quod omnia generata consequuntur speciei similitudinem ex virtute generantis. Quare palam est, quod non oportet ponere aliquam speciem separata, quasi exemplar rebus generatis, ex cuius imagine res generatae, speciei similitudinem consequantur: ut Platonici ponebant. Maxime enim huiusmodi exemplaria requirerentur in praedictis substantiis naturalibus, quae sunt maxime substantiae respectu artificialium. Sufficiens autem est in praedictis generans ad faciendum similitudinem speciei, & est sufficiens ponere causam speciei in materia. id est illud, quod facit hoc generatum consequi talem speciem, non sit species extra materiam sed species in materia. Omnis autem species, quae est in materia, scilicet in his carnibus & in his ossibus, est aliquod singulare, ut Callias & Socrates. Et ista etiam species causans similitudinem speciei in generando, est diuersa a specie generantis secundum numerum propter diuersam materiam. Cuius diuersitas est principium diuersitatis indiuiduorum in eadem specie. Diuersa nanque est materia, in qua est forma hominis generantis & hominis generati. Sed utraque

Tex. c. 29. part. 1.

part. 2.

part. 3. part. 6. par. seq. Lect. 7.

utraque forma est idem secundum speciem, nam ipsa species est indiuidua, id est non diuersificatur in genereante & generato. Relinquitur ergo, quod non oportet ponere aliquam speciem praeter singularia, quae sit causa speciei in generantis, ut Platonici ponebant.

LECTIO VIII.

Quoniam ostendit Philosophus, quod species separatae non sunt causa generationis in istis inferioribus, hic manifestat quaedam, quae possunt esse dubia circa praedeterminata. Et diuidit in partes tres, secundum quae tria dubia sunt quae manifestare intendit. Secunda pars incipit ibi: Palam uero ex dictis. Tertia ibi: non solum autem de substantia. Circa primum duo facit. Primo, ponit dubitationem. Secundo, soluit eam, ibi: Causa uero est. Tercio autem prima dubitatio ex eo, quod supra dixerat, quod quando principium sanitaris est species, quae est in anima, esse sanitas sit ab arte. Quando uero sanitas non est ab hoc principio, sed a calefactione tactum, tunc sit sanitas a casu, sicut cum accidit sanitas ex conflagratione. Hoc autem non potest accidere in omnibus, quae sunt ab arte. Motus enim nunquam sit ab aliquo principio, nisi a specie domus in anima. Et sic semper sit ab arte, & non a casu. Et ideo est dubitatio, quare quaedam sunt quodque quidem ab arte, quandoque quidem a casu, ut sanitas: quaedam uero non, sed sunt tantum ab arte, & nunquam a casu, ut domus. Deinde cum dicitur b. Soluit questionem, & dicit causam praedictae differentiae in artificialibus hanc esse, quia materia, a qua incipit generatio, secundum quam contingit facere & fieri aliquid eorum, quae sunt ab arte, talis est, in qua existit aliqua pars rei. Oportet nanque in materia qualibet, esse appetitum ad formam. Non enim, quod libet artificiatum potest fieri ex qualibet materia, sed ex determinata. Sicut ferrum non fit ex lana, sed ex ferro. Ipsa ergo aptitudo ad formam artificiatam, quae est in materia, iam est aliqua pars artificiatam, quae est in materia, quia sine appetitum, artificiatum esse non potest. Sicut ferrum non potest esse sine duritie, per quam ferum est ordinatum ad formam ferri. Sed haec pars dupliciter inuenitur in materia. Quandoque quidem ita, quod per eam materia potest moueri a seipsa per partem formae in ea existentem, quandoque uero non. Sicut in corpore humano, quod est materia sanationis, inest uirtus actiua, per quam corpus potest sanare seipsum. In lapidibus autem & lignis non est aliqua uirtus actiua, per quam possit moueri materia ad formam domus. Est quidem materia sic posse moueri per partem formae, quam in se habet ad formam, hoc contingit dupliciter, quia quandoque potest sic moueri per principium intrinsecum, quod est pars praedicta, sicut mouetur per artem, ut accidit in sanatione: nam natura humana corporis eodem modo agit ad sanitatem, sicut & ars. Quandoque uero non potest moueri materia per principium intrinsecum eodem modo, sicut mouetur ab arte, licet aliquo modo, per ipsum moueri possit. Multa, in sunt quae possunt a seipsis moueri, sed non sic, sicut mouentur ab arte, ut patet in saltatione. Homines enim non habentes artem saltandi, possunt quidem mouere seipsos, sed non illo modo, sicut mouentur qui habent artem praedictam. Illa igitur artificialia, quae habent talem naturam, sicut lapides sunt materia ueni ea nisi ab alio, & hoc non solum est in artificialibus, sed etiam in naturalibus. Sic enim & materia ignis non potest mo-

uari ad formam ignis nisi ab alio. & inde est, quod forma ignis non generatur nisi ab alio. Et propter hoc, quaedam artificialia non possunt fieri sine habente artem: quae scilicet in sua materia vel non habent aliquid principium motiui ad formam, vel non sic motiuum, sicut autem mouet. Quae uero ab aliquo extrinseco principio moueri possunt, non habente artem, possunt esse & fieri etiam sine habente artem. Mouebuntur enim eorum materiae ab his, quae non habent artem. Quod quidem ostendit dupliciter. Vno modo in quantum possunt moueri ab aliquibus aliis extrinsecis principijs non habentibus artem, sicut arborem plantare potest etiam qui non habet artem plantandi. Alio modo quando materia mouetur ex parte, id est ab aliquo principio intrinseco, quod est aliqua pars formae. Sicut cum corpus humanum sanat ab aliquo principio intrinseco, quod est aliqua pars formae. Sciendum est autem, quod occasione horum uerborum, quae hic dicuntur, quidam ponunt quod in omni generatione actiuum in materia, quod quidem est forma in potentia praexistens in materia, quae est quaedam inchoatio formae. Unde haec forma pars dicitur, quod quidem adstruere nituntur. Primo ex hoc, quod hic dicitur. Videtur enim hic Aristoteles dicere, quod illa, in quorum materia non est principium actiuum, sunt tantum ab arte. Oportet igitur quod in materia illorum, quae sunt a natura, inest aliquod principium actiuum. Secundo ex hoc, quod omnis motus, cuius principium non est in eo quod mouetur, sed extra, est motus uolentis, & non naturalis. Si igitur in his, quae generantur per naturam, non esset aliquod principium generationis actiuum in materia: tunc eorum generationes non essent naturales, sed uolentes, aut non esset aliqua differentia inter generationem artificialem & naturalem. Et sic obicitur contra eos, quod tunc ea, quae generantur naturaliter, non indigent extrinseco generante, si eorum generatio est a principio intrinseco. Respondent, quod sicut principium intrinsecum non est forma completa, sed quaedam inchoatio formae, ita etiam non est perfectum principium actiuum, ut per se possit agere ad generationem, sed habet aliquid de uirtute actiua, ut cooperetur exteriori agenti, nisi enim aliquid conferret mobile exteriori agenti, esset motus uolentis. Uolentium enim est cuius principium est extra, nil conferente uim passio, ut in primo Ethicorum dicitur. Haec autem opinio uidetur propinqua ponentibus latitacionem formarum. Cum enim nihil agat nisi secundum quod est in actu, si partes vel inchoationes formarum, quae sunt in materia, habent aliquam uirtutem actiuam, sequitur quod in aliquo modo actu, quod est ponere latitacionem formarum. Et praeterea, cum esse sit ante agere, non potest intelligi forma prius habere agere, quam sit in actu. Et ideo dicendum est, quod sicut sola uiuentia inueniuntur se mouere secundum locum, alia uero mouentur a principio extrinseco, vel generante, vel remouente prohibens, ut dicitur Octauo Physicorum, ita secundum alios motus, sola uiuentia inueniuntur mouere seipsa. Et hoc ideo, quia inueniuntur habere diuersas partes, quarum una potest esse mouens, & alia mota, quod oportet esse in omni mouente seipsum, ut probatur in Octauo Physicorum. Sic igitur inuenimus in generatione uiuentium esse principium actiuum intrinsecum, quod est uirtus formatiua in semine. Et sicut est potentia augmentatiua mouens in motu agmenti & decrementi, ita est & in motu alterationis, quae est sanatio, principium mouens in actu. Nam cum cor non sit susceptiuum

LECTIO VIII.

ut ueritatem autem aliquis, cur quaedam arte, & casu sunt, ut sanitas: quaedam autem minime, ut domus.

Causa uero est, quod horum quidem materia, quae principium generationis est cum faciens sit, & factum aliquid eorum, quae ab arte sunt, in qua est aliqua pars rei, quaedam talis, ut a seipsa moueatur, quaedam non, & huius quaedam sic possibilis est, quaedam impossibilis. Multa nanque possibilia quidem a seipsis moueri, sed non sic, ut puta saltare. Quorum igitur talis est materia, ut lapides impossibilia sic moueri, nisi ab alio. Sic tamen & utique ignis. Propter haec quidem non erunt sine habente artem, haec autem erunt. Ab his enim mouebuntur non habentibus artem, aut ex parte.

ne naturali, est aliquod principium actiuum in materia, quod quidem est forma in potentia praexistens in materia, quae est quaedam inchoatio formae. Unde haec forma pars dicitur, quod quidem adstruere nituntur. Primo ex hoc, quod hic dicitur. Videtur enim hic Aristoteles dicere, quod illa, in quorum materia non est principium actiuum, sunt tantum ab arte. Oportet igitur quod in materia illorum, quae sunt a natura, inest aliquod principium actiuum. Secundo ex hoc, quod omnis motus, cuius principium non est in eo quod mouetur, sed extra, est motus uolentis, & non naturalis. Si igitur in his, quae generantur per naturam, non esset aliquod principium generationis actiuum in materia: tunc eorum generationes non essent naturales, sed uolentes, aut non esset aliqua differentia inter generationem artificialem & naturalem. Et sic obicitur contra eos, quod tunc ea, quae generantur naturaliter, non indigent extrinseco generante, si eorum generatio est a principio intrinseco. Respondent, quod sicut principium intrinsecum non est forma completa, sed quaedam inchoatio formae, ita etiam non est perfectum principium actiuum, ut per se possit agere ad generationem, sed habet aliquid de uirtute actiua, ut cooperetur exteriori agenti, nisi enim aliquid conferret mobile exteriori agenti, esset motus uolentis. Uolentium enim est cuius principium est extra, nil conferente uim passio, ut in primo Ethicorum dicitur. Haec autem opinio uidetur propinqua ponentibus latitacionem formarum. Cum enim nihil agat nisi secundum quod est in actu, si partes vel inchoationes formarum, quae sunt in materia, habent aliquam uirtutem actiuam, sequitur quod in aliquo modo actu, quod est ponere latitacionem formarum. Et praeterea, cum esse sit ante agere, non potest intelligi forma prius habere agere, quam sit in actu. Et ideo dicendum est, quod sicut sola uiuentia inueniuntur se mouere secundum locum, alia uero mouentur a principio extrinseco, vel generante, vel remouente prohibens, ut dicitur Octauo Physicorum, ita secundum alios motus, sola uiuentia inueniuntur mouere seipsa. Et hoc ideo, quia inueniuntur habere diuersas partes, quarum una potest esse mouens, & alia mota, quod oportet esse in omni mouente seipsum, ut probatur in Octauo Physicorum. Sic igitur inuenimus in generatione uiuentium esse principium actiuum intrinsecum, quod est uirtus formatiua in semine. Et sicut est potentia augmentatiua mouens in motu agmenti & decrementi, ita est & in motu alterationis, quae est sanatio, principium mouens in actu. Nam cum cor non sit susceptiuum

Lect. 1.

D. 644.

Tex. c6. 34

T. com. 40

LECTIO IX.

ostquam Philosophus ostendit, quid est quod quid erat esse, & quorum est, & quomodo se habet ad ea, quorum est, & quod non oportet ponere quidditates rerum separatas propter generationem; hic intendit ostendere ex quibus constituitur quodquid erat esse, & diuidit in duas partes. In prima ostendit, ex quibus quod quid erat esse constituitur, in secunda ostendit, quomodo ex eis fiat vnum, ibi; Nunc autem dicamus primum, Prima autem pars diuiditur in duas. In prima mouet dubitationem, in secunda soluit ea, ibi; Aut multipliciter dicitur pars, Prima pars diuiditur in duas dubitationes, quas mouet ad idem periculis, ibi; Amplius autem si priores sunt partes, & dicitur ergo primo, quod omnis diffinitio est quaedam ratio, quaedam compositio nominum per rationem ordinata. Vnum nomen, non potest esse diffinitio, quia diffinitio oportet quod disticta notificet principia rerum, quod corrupte ad essentiam rei constituendam, Alias autem diffinitio non sufficienter manifestaret essentiam rei, Et propter hoc dicitur in 1. Phys. quod diffinitio dicitur diffinitio in singularia, i. exprimitur diffinitio in singularia principia diffinitio. Hoc autem non potest fieri nisi per plures dictiones. Vnde una dicitio non potest esse diffinitio, sed potest esse manifestatiua, eo modo quo nomen minus notum, manifestatur per magis notum. Omnis autem ratio partes habet, quia est quaedam oratio composita, & non simplex nomen, & ideo videtur, quod sicut se habet ratio rei ad rem, ita se habent partes rationis ad partes rei. Et propter hoc dubitatur: vtrum oporteat rationem partium ponere in ratione totius, aut non. Et haec dubitatio exinde confirmatur, quia in quibusdam rationibus totorum, videntur esse rationes partium, & in quibusdam non. In diffinitione enim circuli, non ponitur diffinitio sicut in circulo, i. partium, ex circulo separatarum, sicut semicirculi, & quartae partis circuli. Sed diffinitio syllabae continet in se diffinitionem elementorum, i. litterarum. Si n. diffinitur syllaba, oportet quod dicatur esse aliqua vox composita ex litteris, & sic in diffinitione syllabae ponitur littera, & per consequens diffinitio eius, quia semper vbi possumus diffinitione pro nomine. Et tamen circulus diuiditur in incisiones vt in partes, sicut syllaba in elementa, i. in litteras. Quod autem hic dicitur, quod sicut se habet diffinitio ad rem, ita se habet pars diffinitio nis ad partem rei, videtur habere dubitationem. Diffinitio, si est idem rei, vnde videtur sequi, quod partes diffinitionis sint idem partibus rei, quod patet esse falsum. Nam partes diffinitionis praedicantur de diffinito, sicut de homine, animal & rationale, nulla autem pars integralis praedicatur de toto. Sed dicitur quod partes diffinitionis significant partes rei, in quantum a partibus rei sumuntur partes diffinitionis, non ita quod partes diffinitionis sint partes rei, non enim animal est pars hominis, neque rationale, sed animal sumitur ab vna parte, & rationale ab alia, animal n. est quod habet naturam sensitivam, rationale vero, quod habet rationem. Natura autem sensitiva est vt materialis respectu rationis. Et inde est, quod generatur materia,

LECTIO IX.

Voniam vero diffinitio ratio est, & omnis ratio partes habet, vt autem ratio ad rem, & pars rationis ad partem rei similiter se habeat, dubitatur iam: an oportet partium rationem esse in totius ratione, an non. In quibusdam n. videntur esse, in quibusdam non. n. circuli ratio non habet ea, quae incisionum, & tamen diuiditur circulus in incisiones, vt syllaba in elementa.

Amplius autem si priores sunt partes toto, & recti acutus est pars, & digitus hominis, prior erit acutus recto, & digitus hominis. Videntur autem illa esse priora: secundum rationem namque dicuntur ex illis, & inesse sine inuicem priora.

Aut multipliciter dicitur pars. quorum vnus quidem modus est qui mensurat secundum quantitatem. Sed hic quidem praetermittatur. Ex quibus vero substantia est vt partibus, per scrutandum est. Si igitur est hoc quidem materia, illud vero spe

Tex. c. 33. par. prima.

Infr. loc. 12. princi.

Infr. pt. 3.

part. seq.

part. 2.

Tex. c. 34. part. 3.

Tex. c. 5.

D. 114.

LECTIO IX.

Vm autem definitio ratio sit, omnis autem ratio partes habeat, ac sicut ratio ad rem, similiter & pars rationis ad partem rei se habeat, dubitatur: vtrum oportet partium rationem inesse in ratione totius, an non. In quibusdam enim videntur inesse, in quibusdam vero non. circuli enim ratio non habet rationem sectionum, ratio vero syllabae, habet rationem elementorum. atqui circulus diuiditur in sectiones, sicuti syllaba in elementa.

Item autem, si partes priores sunt toto, recti autem acutus est pars, & digitus animalis, prior erit acutus recto, & digitus hominis. Videntur tamen ista esse priora: ratione namque dicuntur ex istis, & eo quod sint absque inuicem, priora sunt.

An multis modis dicitur pars? Quorum vnus modus, qui secundum quantum mensuratur. Sed haec quidem praetermittatur, ex quibus vero substantia: tanquam ex partibus est. hoc considerandum est. Si igitur hoc quidem materia est, hoc vero forma, hoc vero ex his, & substantia est ma-

potest esse sine homine, quia digitus absque non est digitus, vt infra dicitur. vnde videtur, quod homo sit prior digito. Et eadem ratio est de recto & acuto. Deinde cum dicitur,

Soluit propositas quaestiones, & diuiditur in tres partes. In prima ponit solutionem. In secunda exponit eam, ibi; Dicitur est, igitur nunc ipsum. Tertio determinat quandam dubitationem, quae ex praedicta solutione oriri potest, ibi; Dubitatur autem merito. Ad euidentiam autem horum, quae in hoc capitulo dicuntur, sciendum est, quod circa diffinitiones rerum, & earum essentias, duplex est opinio. Quidam enim dicunt, quod tota essentia speciei est ipsa forma, sicut quod tota essentia hominis est anima, & propter hoc dicunt, quod eadem secundum rem est forma totius, quae significatur nomine humanitatis, & forma partis, quae significatur nomine animae: sed differunt solum secundum rationem. nam forma partis dicitur secundum quod perficit materiam, & facit eam esse in actu, forma autem totius, secundum quod totum compositum per eam in specie collocaat. Et ex hoc volunt, quod nullae partes materiae ponantur in diffinitione indicante speciem, sed solum principia formalia speciei. Et haec opinio videtur Averrois, & quorundam sequentium eum. Sed videtur esse contra intentionem Aristotelis. Dicit enim superius in 6. quod res naturales habent in sui diffinitione materiam sensibilem, & in hoc differunt a mathematicis. Non autem potest dici, quod substantiae naturales diffinitur per id, quod non sit de essentia earum. Substantiae enim non habent diffinitionem ex additione, sed sola accidentia, ut supra est habitum. Vnde relinquuntur, quod materia sensibilis sit pars essentiae substantiarum naturalium, non solum quantum ad indiuidua, sed etiam quantum ad species ipsas. Diffinitiones enim non dantur de indiuiduis, sed de speciebus. Vnde est alia opinio, quam sequitur Auicenna, & secundum hanc, forma totius quae est ipsa quidditas speciei, differt a forma partis, sicut totus a parte.

Tex. c. 30.

Tex. c. 7.

parte. Nam quidditas speciei est composita ex materia & forma, non tamen ex hac forma, & ex hac materia indiuidua. ex his enim componitur indiuiduum vt Socras, & Callias. Et haec est sententia Aristotelis. in hoc capitulo, quam introductit ad excludendum opinionem Platonis de ideis. Dicebat enim species rerum naturalium, esse per se existentes sine materia sensibili, quasi materia sensibilis, non esset aliquo modo pars speciei. Ostendit ergo, quod materia sensibilis sit pars speciei in rebus naturalibus, ostendit quod in impossibili est esse speciem rerum naturalium sine materia sensibili, sicut hominem sine carnis & ossibus, & sic de aliis. Et hi erit certus modus destruendi ideas. Nam primo destruxit per hoc, quod quaedam esse non est separatum ab eo, cuius est. Secundo per hoc, quod species separata a materia non sunt causa generationis, neque per modum generantis, neque per modum generati. Nunc autem tertio improbat eam per hoc quod materia, sensibilis in eo, est ratio spem. Dicit ergo soluendo, quod multum tripliciter, dicitur pars, sicut in Quinto est habitus. Et vno modo dicitur pars quae sit ratio, hoc, si quod mensuratur totum secundum quantitatem, sicut bicubitum est pars cubiti, & binarius senarii.

aliud ex his: & substantia est materia, & species, & quod ex his est: est quidem vt materia dicitur pars alicuius, est autem vt non, sed ex alicuius speciei ratio. Vt concupiscentiae non est pars caro. haec namque materia in qua sit, similitudinis vero pars aliqua est. Et totius quidem status pars est eius: autem, quod species dicitur status, non. Dicendum, n. speciei, & in quantum habet speciem vnum quodque: sed materiale nunquam secundum se est dicendum. Quapropter circuli ratio non habet ea, quae est incisionum, sed quae syllabae, ea, quae est elementorum. Nam elementa rationis partes sunt, sicut speciei, & non materia: Incisiones vero huiusmodi, sicut partes, vt materia, in quibus sunt propinquo res tui speciei, quae in aere fit rotunditas. Est autem vt neque, elementa oia syllabae in ratione sunt. vt haec cerea, aut quae sunt in aere. Iam n. & haec pars syllabae quasi materia sensibilibus: Etenim linea non si dimidia corrumpit, aut huiusmodi, aut nervos, & carnes, pp hoc & sicut ex his sicut entibus substantiis, sed vt ex materia. Etenim quod simul totum partes speciei vero & cuius ratio, non

Sed hic modus partium praetermittatur ad praesens. non enim intendimus hic inquirere partes quantitatis, sed intendimus inquirere de partibus diffinitionis, quae significant substantiam rei. Vnde perscrutandum est de illis partibus, ex quibus substantia rei componitur. Pars autem substantiae est & materia, & forma, & ex quibus est aliquid compositum. Et quodlibet istorum trium, scilicet materia, & forma, & compositum ex his, est substantia, ut supra habitum est. Et ideo materia est quidem quodammodo pars alicuius, quodammodo non est, sed solum illa, ex quibus est ratio speciei, id est forma. Intellegimus enim concupiscentiam quasi formam, & naturam materiam, & solum, quasi compositum. Et secundum hoc, caro, quae est materia, vel pars materiae, non est pars concupiscentiae, quae est forma vel species. nam caro est materia, in qua sit species. Sed tamen caro est aliqua pars similitudinis, sicut in rebus naturalibus, in rebus autem compositum, & non solum forma. Et similiter totius quidem status, quae est composita ex materia & forma pars est: non autem est pars status, secundum quod status accipitur solum pro specie, id est pro forma. Et vt sciatur quid est species, & quid est materia, dicendum est illud ad speciem pertinere, quod conuenit vnicuique in quantum speciem habet. Sicut in quantum habet speciem status, conuenit alicui quod sit figuratum, vel aliud aliud huiusmodi. Sed id quod est materiale ad speciem, nunquam dicendum est secundum se de specie. Sciendum tamen est, quod nulla materia nec eois, nec indiuidua secundum se, se habet ad speciem prout sumitur pro forma: sed secundum quod spes sumitur pro vniuersali, sicut hominem dicimus esse speciem, sic materia eois per se pertinet ad speciem, non autem materia indiuidua, in qua natura speciei accipitur. Et ideo dicendum est, quod diffinitio circuli non continet in se substantiam incisionum, id est partium ex circulo in eorum, vt semicirculi, vt quartae partis circuli. Sed diffinitio, quae est syllabae, comprehendit in se diffinitionem, quae est elementorum, id est litterarum. Et huius ratio est, quia elementa

ta, id est litterae sunt partes syllabae quantum ad speciem suam, & non secundum materiam. Ipsa enim forma syllabae in hoc consistit, quod ex litteris componatur. Sed incisiones circuli sunt partes non circuli secundum speciem accepti, sed huiusmodi particularis, vel horum circulorum, sicut materia in qua sit

species circuli, & hoc accipi potest ex regula superius posita. Hoc enim dicitur ad speciem pertinere, quod secundum se inest vnicuique speciem habenti, ad materiam vero quod accidit speciei. Per se autem inest syllabae, quod ex litteris componatur. Quod autem circulus sit actu diuisus in semicirculos, hoc accidit circulo, non in quantum est circulus, sed in quantum est hic circulus, cuius haec linea diuiditur, quae est pars eius vt materia. Vnde patet, quod semicirculus est pars circuli secundum materiam indiuidualem. Vnde ista materia, quae est haec linea, est propinquo speciei quam es, quod est materia sensibilis, quando rotunditas, quae est forma circuli, fit in aere. Quia species circuli nunquam est praeter lineam, est autem praeter ea. Et sicut partes circuli, quae sunt secundum materiam indiuidualem, non ponuntur in eius diffinitione, ita etiam

nec omnes litterae ponuntur in diffinitione syllabae, quae scilicet sunt partes cum materia, vt litterae descriptae in cerea, vel prolatae in aere. Haec enim iam sunt partes syllabae sicut materia sensibilis, non enim oportet quod omnes partes, in quas resali qua resoluta corrumpitur, sint partes substantiae. Non enim si linea diuisa in duo dimidia corrumpitur, aut si homo resolutus in ossa & nervos & carnes corrumpitur, propter hoc scilicet, quod linea sit ex dimidiis, & homo ex carnis & ossibus, ita quod ista sint partes substantiae eius, sed sint ex istis partibus sicut ex materia. Vnde sunt partes eius quod est simul totum, id est compositum, id est speciei, id est formae, & cuius est ratio, id est eius quod diffinitur, non adhuc sunt partes. Quapropter, nullae tales partes ponuntur in rationibus conuenienter. Sciendum tamen, quod ratio rationum partium in quorundam diffinitionibus ponitur, scilicet in diffinitionibus compositorum, quorum sunt partes: in quorundam vero diffinitionibus non oportet poni, scilicet in diffinitione formarum, nisi sint tales formae, quae sunt simul sumptae cum materia. Licet enim materia non sit pars formae, tamen materia, sine qua non potest concipi intellectus forma, oportet quod ponatur in diffinitione formae, sicut corpus organicum ponitur in diffinitione animae. Sicut n. accidentia non habent esse perfectum nisi secundum quod sunt in subiecto, ita nec formae, nisi secundum quod sunt in propriis materiis. Et propter hoc, sicuti accidentia diffiniuntur ex additione subiectorum, ita & forma ex additione propriae materiae, cum igitur in diffinitione formae ponitur materia, est diffinitio ex additione, non autem cum ponitur in diffinitione compositi. Vel hoc quod dicitur non fuerit simul sumpta, est exemplificatio eius quod dixerat, horum non oportet inesse. In illis n. partes materiae non oportet in diffinitionibus poni, quae non sumuntur simul cum materia, vt quae non significant aliquid compositum ex materia & forma. Et hoc patet, quia praeter hoc quod in quorundam rationibus non ponitur materia, in quorundam

METAPHYSICORVM.

vero ponitur, contingit quod quaedam sunt effectus ex principiis ex his, in quae corrumpitur, id est ex partibus in quas aliquid p corruptionem resoluitur. Et haec sunt illa, in quorum diffinitionibus ponitur materiae. Quaedam vero non sunt ex praedictis partibus materialibus sicut ex principiis, sicut illa in quorum diffinitionibus non ponitur materia. & quia in istorum diffinitionibus ponitur materia, quae simul accepta cum materia, non autem in aliis, ideo quaecumque sunt simul sumpta species est materia, id est quaecumque significant aliquid compositum ex materia & forma, ut simum, aut aeneus circulus, huiusmodi corrumpuntur in partes materiales, & pars istorum est materia. Illa vero, quae non concipiuntur intellectu cum materia, sed sunt omnino sine materia, sicut illa, quae pertinent solum ad rationem speciei & formae, ista vel non corrumpuntur oino, vel non corrumpuntur taliter, id est per resolutionem in aliquas partes materiales. Quaedam enim formae sunt, quae nullo modo corrumpuntur, sicut substantiae intellectuales per se existentes. Quaedam vero formae non per se existentes, corrumpuntur per accidens, corrupto subiecto. quare partes, quod huiusmodi partes materiales sunt principia & partes eorum quae sunt sub ipsis, id est, quae ab eis dependunt, sicut dependet totum ex partibus, ex quibus componitur. Non autem sunt partes nec principia speciei. Et per hoc compositum, ut statua lutea corrumpitur, resoluta in materiam, id est in lutum, & sphaera aenea, in aes, & Callias, qui est homo particularis, in carnem & ossa. Et similiter circulus particularis componitur ex his lineis distinctis, corrumpitur in sectiones. Sicut enim Callias est aliquis homo, qui concipitur cum materia individuali, ita circulus, cuius sunt partes istae incisiones, est aliquis circulus particularis, qui concipitur cum individuali materia. hoc tamen differt, quia singulares homines habent nomen proprium. unde nomen speciei non equiuocatur ad individua, sed nomen circuli equiuoce dicitur de circulo, qui simpliciter, id est vniuersaliter dicitur, & de singulis particularibus circulis. Et hoc ideo, quia singulis particularibus circulis non sunt nomina posita, sed nomina posita sunt singularium hominum. Attendendum est autem, quod nomen speciei, non equiuoce predicatur de individuo, secundum quod

adhuc, Quia nec in rationibus. Horum quidem igitur inerat talium partium ratio, horum vero non oportet inesse, si non fuerint simul sumpta. Nam per hoc quidem quaedam ex his ut principis sunt, in quibus corrumpuntur: quaedam vero non sunt. Quaecumque quidem igitur sumpta species & materia sunt, ut simum, & aeneus circulus, haec quidem corrumpuntur in hoc, & pars ipsorum materia. Quaecumque vero non concipiuntur cum materia, sed sine materia, ut rationes speciei solum haec non corrumpuntur, aut oino, aut taliter non. Quare illorum quidem principia & partes, quae sunt sub ipsis, speciei vero nec partes, nec principia haec. Et ideo corrumpitur lutea statua in lutum, & sphaera in aes, & Callias in carnem & ossa, amplius autem circulus in incisiones. Est enim aliquis qui concipitur cum materia. Aequiuoce nanque dicitur circulus, qui simpliciter dicitur: & singuli, quia non est proprium nomen singularium.

LECTIO X.

LECTIO X. Ictum est igitur & nunc ipsum verum, & cam amplius manifestum dicemus repetentes. Nam quaecumque sunt rationis partes & in quas diuiditur ratio, haec sunt priores, aut oes, aut quaedam. Recti vero ratio, non diuiditur in acuti rationem, sed quae est acuti, in quae est recti, videtur autem diffiniens acutum, recto minor, non recto acutus. similiter autem & circulus, & semicirculus se habent: semicirculus, non diffinitur circulo, & dicitur toto: talis enim hominis pars digitus. Quare quaecumque sunt partes ut materia, & in quae diuiditur ut materia, sunt posteriores: quaecumque vero ut rationis, & secundum rationem substantiae, priores, aut omnes, aut aliqua.

prae dicitur de eo communem naturam speciei. Praedicatur autem rem equiuoce de eo, si praedicatur inquitum significaret hoc indiuiduum prout huiusmodi. Si enim dicam, Socra, est homo, non equiuocatur nomen hominis. Sed si hoc nomen homo, im ponatur alicui singulari homini ut proprium nomen, equiuoce significabit speciem, & hoc indiuiduum, Et similiter de nomine circuli, quod equiuoce significat speciem & hunc circulum. minime: propter hoc nec in rationibus. Quorundam itaque inerat talium partium ratio, quorundam vero non oportet inesse, nisi sint ipsius simul sumpta. propter hoc enim non nulla ex his, tanquam principis sunt, in quas corrumpuntur: quaedam vero non sunt. Quaecumque igitur sumpta species & materia sunt, ut simum, & aeneus circulus, illa sane in hoc corrumpuntur, & pars ipsorum est materia. quaecumque vero non simul cum materia sumuntur, sed absque materia, ut rationes formae solum, haec profecto non corrumpuntur, aut penitus, aut nequaquam ita. Quare illorum quidem principia & partes quae sunt sub ipsis, speciei vero nec partes, nec principia haec. Et ideo corrumpitur lutea statua in lutum, & sphaera in aes, & Callias in carnem & ossa, item & circulus in sectiones. Est enim aliquis, quod cum materia sumitur. equiuoce nanque dicitur circulus, & qui simpliciter dicitur, & singuli: propterea quod singulis non sit proprium nomen.

LECTIO X.

LECTIO X. Ictae itaque nunc quodque veritas est, adhuc tamen dilucidius dicemus repetentes. Quaecumque enim rationis partes, & in quas diuiditur ratio, haec priores, aut omnes, aut aliqua. Ratio vero recti non diuiditur in acuti rationem, sed acuti in rectum. videtur namque recto, qui definit acutum, minor etenim recto acutus. similiter autem circulus & semicirculus sese habent: semicirculus nanque circulo definitur. & digitus toto: talis enim hominis pars digitus. Quare, quaecumque quidem partes ut materia, & in quas diuiditur ut in materiam, posteriores: quaecumque vero ut rationis, & secundum rationem substantiae, priores, aut omnes, aut aliqua.

tes formae quandoque non sunt de necessitate speciei, sed de perfectione, sicut visus & auditus, quae sunt partes animae sensibilis, non sunt de integritate, vel necessitate animalis. potest enim esse animal sine his sensibus. Sunt tamen de perfectione animalis, quia animal perfectum, hoc etiam sensus habet. Et sic vniuersaliter est verum, quod illae partes, quae ponuntur in diffinitione alicuius, sunt vniuersaliter priores eo. Sed acutus angulus, quamuis sit pars recti, non tamen ponitur in diffinitione eius, sed equiuoce, non enim ratio recti anguli resoluitur in diffinitionem acuti, sed equiuoce, qui, non diffinit acutum, videtur recto diffinito

par. 2.

LECT. X.



Via solutio superius posita non est, & hoc quia quae manifesta, non dicitur a ostenderat quomodo partes sunt priores, & posteriores, nec iterum distinxerat compositum vniuersale a particulari, nec est speciem a forma, id est hinc solutionem superius posita explanat. Diuiditur autem in partes duas. In prima explanat solutionem superius posita. In secunda, docet qualiter sit ad questionem applicanda ibi: Interrogatio vero obuiare. Prima, diuiditur in duas. Primo, soluitur quod quatum ad hoc quod quatum fuit de prioritate partium. Secundo, quantum ad hoc quod quatum fuit utrum partes diffinitae inter diffinitionem, ibi: Sed rationis partes. Prima diuiditur in duas. Primo, ostendit quomodo partes sunt priores toto. Secundo, manifestat per exemplum, ibi: Quonia vero. Dicit ergo primo, quod id quod superius est dictum in solutione proposita, verum quidem est in se, tamen repetendum est ut amplius fiat manifestum, quantum ad hoc quod dictum est. Oportet enim quod oes partes rationis, & in quas ratio diuiditur, sint priores diffinito, vel omnes, vel quaedam, & hoc dicitur propter hoc, quod partes formae quandoque non sunt de necessitate speciei, sed de perfectione, sicut visus & auditus, quae sunt partes animae sensibilis, non sunt de integritate, vel necessitate animalis. potest enim esse animal sine his sensibus. Sunt tamen de perfectione animalis, quia animal perfectum, hoc etiam sensus habet. Et sic vniuersaliter est verum, quod illae partes, quae ponuntur in diffinitione alicuius, sunt vniuersaliter priores eo. Sed acutus angulus, quamuis sit pars recti, non tamen ponitur in diffinitione eius, sed equiuoce, non enim ratio recti anguli resoluitur in diffinitionem acuti, sed equiuoce, qui, non diffinit acutum, videtur recto diffinito

par. 3.

do: angulus, non acutus est angulus minor recto, & sicut est de circulo & semicirculo qui diffinitur per circulum, est enim media pars circuli. Sicut est de digito & homine, qui ponitur in diffinitione digiti, diffinitur enim digito, & est talis pars hominis. Dicitur est enim supra, quod partes formae sunt partes rationis, non autem partes materiae. Si igitur sole partes rationis sunt priores, non aut materiae, sequitur quod quaecumque sunt partes diffinitae, sicut materia, in quam solutio resoluitur diffinitum, ut compositum in materialia principia sunt posteriora. Quaecumque vero sunt partes rationis & substantiae, quae est secundum rationem, id est, pars formae, secundum quae sumit ratio rei, sunt priora toto, aut oia, aut quaedam, ratione superioris dicta. Deinde cum dicitur. b. Exponit quod dicitur per exempla dicens, quod anima aialium est subiecta aiaai sui ratione, id est, forma animati, aqua aiaai habet propria rationem, est substantia, id est, forma, & spes, & quod dicitur esse tali corpori, id est, organico. Corpus enim organico non potest diffini nisi per aiam, & secundum hoc, aia dicitur quod erat esse tali corpori. Et hoc sic verum, patet per hoc: quod si aliquis bene diffinitur cuiuscumque aialis parte, non potest eam bene diffinire nisi per propria operationem. Sicut si dicitur, quod oculus est pars aialis per quam videt, ipsa autem operatio partium non existit sine sensu vel motu, vel alia operatione partium animae. Et sic oportet quod diffiniens aliquam partem corporis, videtur anima. Et quia ita est, oportet quod partes eius, scilicet, sint priores, vel omnes, sicut in perfectis animalibus: vel quaedam, sicut in imperfectis animalibus (sicut toto), id est, quod est compositum ex anima & corpore. Et similiter est secundum vnum quodque aliud, quia semper oportet quod partes formales sint priores quolibet composito. Sed corpus & partes corporis sunt posteriores, haec substantia, scilicet, forma, quae est anima, cum oporteat animam in eius diffinitione poni, vti iam dictum est. Et id quod diuiditur in partes corporis, ut in materiam, non est ipsa substantia, id est, forma, sed simul totum, id est, compositum. Patet igitur quod partes corporis sunt priores (sicut toto), id est, composito quodammodo, & quodammodo non. Sunt quidem priores, sicut simplex compositio, in quantum animal compositum ex eis constituitur. Sunt autem priores secundum modum, quo dicitur esse prius id, quod potest esse sine alio, non enim partes corporis possunt esse separatae ab animali: non enim digitus quocumque modo se habens, est digitus. Ille enim qui est decimus, vel mortuus, non dicitur digitus nisi equiuoce, sicut digitus sculptus vel depictus. Sed secundum hanc considerationem huiusmodi partes sunt posteriores composito animali, quia animal sine digito esse potest. Sed quaedam partes sunt, quae licet non sint priores toto animali hoc modo prioritate, quia non possunt esse sine eo, sunt tamen secundum hanc considerationem simul, quae sicut ipsae partes non possunt esse sine integro animali, ita nec

integrum animal sine eis. Huiusmodi autem sunt partes principales corporis, in quibus primo consistit forma, scilicet anima, sicut cor, vel cerebrum. Nec ad propositum differt quicquid tale sit. Sciendum tamen, quod hoc compositum, quod est animal vel homo, potest dupliciter sumi, vel sicut vniuersale, vel sicut singulare, sicut vniuersale quidem, sicut homo & animal, sicut singulare, ut Socra, & Callias, & ideo dicitur quod homo, & equus, & quae ita sunt in singularibus, sed vniuersaliter dicta homo, & equus, non sunt substantiae, id est, non sunt solum forma, sed sunt simul totum quoddam compositum ex determinata materia, non ipsa substantia, sed totum. Toto itaque quodam modo quidem priore, sunt haec, quodam modo vero non, quandoquidem nec esse possunt separatae. Non enim qui quomodocumque, se habet, digitus animalis est, sed aequiuocus, qui mortuus est. Quaedam vero simul, quaecumque principales, & in qua prima ratio, & substantia, ut puta si haec cor, aut cerebrum est, nihil enim differt, utra talis sit. Homo vero & equus, & quae ita se habent in singularibus sunt, vniuersale vero substantia non est, sed totum quiddam ex hac ratione, & hac materia tanquam vniuersali. Singulare vero ex ultima materia iam Socrates est, & de ceteris similiter. Pars itaque citam formae est (formam autem dico quod dicitur esse) & ipsius totius, quod ex forma & ipsa materia est.

Sed rationis partes, quae formae solum sunt, ratio vero ipsius vero vniuersalis. Circulo enim esse & circulus: & aia esse & anima idem. Simul autem, puta circuli huius, & singularium alicuius, aut intelligibilis. c. Ostendit quae partes debeant poni in diffinitione. Cum enim ostensum sit quae partes sunt speciei, & quae partes indiuidui, quia materia communiter sumpta est pars speciei, haec autem materia determinata, est pars indiuidui, manifestum est quod solum ille partes sunt partes rationis, quae sunt partes speciei, non autem quae sunt partes indiuidui. In diffinitione enim hominis ponitur caro & os, sed non haec caro & hoc os. Et hoc ideo, quia ratio diffinitiva non assignatur nisi vniuersaliter. Cum enim quod dicitur esse, sit idem cum eo, cuius est, ut supra ostensum est: illius tantum erit diffinitio, quae est ratio significans, quod dicitur esse, quod est idem cum suo quod dicitur esse, huiusmodi autem sunt vniuersalia & non singularia. Circulus enim, & id quod est circulo esse, sunt idem. Et similiter anima, & id quod est anima esse. Sed ipsorum quae sunt composita ex specie & materia individuali, sicut circuli huius, aut alicuius aliorum singularium, horum non est diffinitio. Nec differt vtrum singularia sint sensibilia, vel intelligibilia. Singularia quidem sensibilia sunt, circuli aerei & lignei. Intelligibilia singularia sunt, sicut sunt circuli mathematici. Quod autem in mathematicis considerentur aliqua singularia, ex hoc patet, quia considerantur ibi plura vnus speciei, sicut plures lineae aequales, & plures figurae similes. Dicuntur autem intelligibilia huiusmodi singularia, secundum quod absque sensu comprehenduntur per solam phantasmam, quae quandoque intellectus vocatur, secundum S. Th. super Metaph. N. 2. illud

Tex. c. 3. par. prima.

lect. 5.

lect. 10. Tex. c. 20.

illud in tertio de Anima. Intellectus passius corruptibilis est. Ideo autem singularium circularum non est definitio, quia illa, quorum est definitio, cognoscuntur per suam definitionem. Sed singularia non cognoscuntur, nisi dum sunt sub sensu, vel imaginatione, quæ hic intelligit dicitur, quia res considerat sine sensu, sicut intellectus. Sed huiusmodi singulares circuli habent ab actu, & i. recedentes ab actuali inspectione sensus, quantum ad sensibiles: aut imaginationis, quantum ad mathematicos, non est manifestum verum sunt, in quantum sunt singulares: sed tamen semper dicuntur & cognoscuntur per rationem vniuersalem. cognoscuntur enim hi circuli sensibiles, et quando non actu videntur, in quantum sunt circuli, non in quantum sunt hi circuli. Ratio autem huius est, quia materia, quæ dicitur principium individuationis, est secundum se ignota, & non cognoscitur nisi per formam, a qua sumitur ratio vniuersalis. Et ideo singularia non cognoscuntur in sua absentia, nisi per vniuersalia. Materia autem non solum est principium individuationis in singularibus sensibilibus, sed etiam in mathematicis. Materia enim alia est sensibilibus, alia intelligibilibus. Sensibilis quidem vt res & lignum, vel etiam quilibet materia mobilis, vt ignis, & aqua & huiusmodi ora: & a tali materia indiuiduantur singularia sensibilia. Intelligibilis vero materia est, quæ est in sensibilibus, non in quantum sunt sensibilia, sicut mathematica sunt. Sicut enim forma hominis est in tali materia, quæ est corpus organicum, ita forma circuli vel trianguli est in hac materia, quæ est continuum, vel superficies, vel corpus. Concludit igitur quod dictum est, quomodo se habet de toto & parte & de priori, & de posteriori, id est cuius pars sit prior, & quomodo posterior. Partes enim materiae indiuiduæ sunt partes compositi singularis, non autem speciei, nec formæ. Partes autem materiae vniuersalis, sunt partes speciei, sed non formæ. Et quia vniuersale diffinitur, & non singulare, ideo partes materiae indiuiduales non ponuntur in diffinitione, sed solum partes materiae communis simul cum forma, vel partibus formæ. Deinde cum dicitur.

D. 639.
T. com. 6.

parte. 4.

Tex. c6. 37.
par. prima.

LECTIO XI.

Dubitat autem merito quæ speciei sunt partes, & quæ non, sed simul sumpti. Hoc enim non ma-

rogationi quando quis interrogat, vtrum rectus angulus, & circulus, & animal sint priora partibus, aut econuerso partes, in quas huiusmodi diuiduntur, & ex quibus componuntur, sunt priora. Dicendum, quod non est simpliciter respondendum. Est enim duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod idem est tota species & forma, sicut anima quod homo. Quidam autem quod non, quia homo est compositum ex anima & corpore. & secundum vtranque opinionem est diuersimode respondendum. Si enim idem est anima, & animal vel animatum, aut si militer vnumquodque est idem cum forma vniuersali, vt circulus idem cum forma circuli, & rectus angulus idem cum forma recti, dicendum est determinando quid sit posterius, & quo sit posterius, quia secundum hoc partes materiae sunt posteriores his, quæ sunt ratione, & sunt etiam posteriores aliquo recto, si licet communi, sed sunt priores recto singulari. hic enim rectus, qui est æneus, est cum materia sensibili: & hic rectus, qui est cum materia intelligibili. Sed ille rectus qui est sine materia, sicut licet communitatis, erit posterior partibus formæ quæ sunt in ratione, sed erit prior partibus materiae, quæ sunt partes singularium. Nec erit secundum hanc opinionem distinguere inter materiam communem, & indiuidualem, sed tamen simpliciter non erit respondendum, quia erit distinguendum inter partes materiae, & partes formæ. Si autem alia opinio sit vera, scilicet quod anima sit aliud quod animal, sic erit dicendum, & non dicendum partes esse priores toto, sicut de terminatum est prius. Secundum enim hanc opinionem docuit superius distinguere non solum inter materiam & formam, sed inter materiam communem, quæ est pars speciei, & inter materiam indiuidualem, quæ est pars indiuidui.

LECTIO XI.

MERITO autem dubitatur etiam quænam formæ sint partes, quæ vero non: sed eius quod simul sumitur, cum

superius distinguere non solum inter materiam & formam, sed inter materiam communem, quæ est pars speciei, & inter materiam indiuidualem, quæ est pars indiuidui.

LECTIO XI.

In ista parte determinatur quædam dubitationem, quæ poterat oriri ex solutione præmissæ questionis. Distinxerat enim, soluendo præmissam questionem inter partes speciei, & partes indiuidui, quod est compositum ex specie & ex materia. Et ideo hic quaeritur, quæ partes speciei

Infra pt. 10
parte 11.
Par. 10.

parte 9.

parte 2.

Tex. c6. 37.
parte 3.

parte 4.
parte 7.
parte 3.

speciei, & quæ non. Diuiditur ergo ista pars in partes tres. In prima determinatur hanc dubitationem. In secunda ostenditur quod res non est pars speciei circuli, licet difficile sit mente auferre & recipiat ea quæ dicitur sunt, ibi: Quid quid igitur est quod quiderat. Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo soluit, ibi: Quæcumque quidem igitur &c. Tertio solutionem manifestam do colligit, ibi: Palam autem &c. Dicit ergo primo, quod cum dictum sit quod partes speciei ponuntur in diffinitionibus, non autem partes compositæ ex specie & materia, merito dubitatur, quæ sunt partes speciei, & quæ non sunt partes speciei, sed simul sumpti, & indiuidui, in quo simul sumitur natura speciei cum materia ipsa indiuiduante. Si enim hoc non sit manifestum, non poterit aliquid recte diffinitur, quia diffinitio nunquam est rei singularis, sed solum vniuersalis, vt supra dictum est. Et inter vniuersalia proprie est species, quæ consistit ex genere & differentia, ex quibus ois diffinitio constat. Genus enim non diffinitur, nisi etiam sit species. Unde patet, quod nisi sciatur quæ pars sit sicut materia, & quæ non est sicut materia, sed sicut ad speciem ipsam pertinens, non erit manifestum qualis debeat esse diffinitio rei assignanda, cum non assignetur nisi speciei, & oporteat in diffinitione speciei partes speciei ponere, & non partes, quæ sunt posteriores speciei. Deinde cum dicitur.

manifesto existente, non est diffinitur vniquodque. Vniuersalis enim & spæi est diffinitio. Quæ igitur sunt partium vt materia, & quæ non, si non fuerint manifestæ, nec ratio erit manifesta quæ rei.

B Quæcumque quidem igitur videntur facta in diuersis specie, vt circulus in ære, & lapide, & ligno, hæc quidem manifesta esse videntur, quia nihil circuli substantiæ est, neque lapis, pp separari ab ipsis. Quæ vero non videntur separari, nihil phibet similiter his se habere, vt si circuli omnes viderentur ænei, nihil autem auferre mente est difficile, vt hominis species semper in carnibus apparet, & ossibus, & talibus partibus. Vtrum igitur hæc sunt partes huius speciei & rationis: aut non, sed materia? Sed quia non in alijs sunt, non possumus separare.

C Quoniam autem hoc videtur contingere, immanifestum aut quando, Dubitant aut quidam in circulo & in trigono, quasi non sit competens, lineis diffinitur & continuo, sed omnia hæc similiter dici, ac si sint carnes & ossa hois, & es, & lapis circuli. & referunt oes ad numeros. & lineæ rationem eam, quæ duorum esse dicunt. Et ideas dicunt, quidam ipsam lineam dualitatem, quidam lineam formam: quædam etiam eadem esse formam, & cuius forma, uel dualitatem & dualitatis formam. in linea vero non est.

Solutio propositam dubitationem. & circa hæc tria facit. Primo, ponit solutionem secundum opinionem Platoniorum. Secundo improbat eam, ibi: Accidit itaque vnam. Tertio, soluit secundum suam sententiam, ibi: Quare omnia reducere. Circa primum duo facit. Primo, soluit propositam dubitationem quantum ad sensibilia. Secundo quantum ad mathematica, ibi: Quoniam autem, primo, ergo dicit, quod in quibusdam manifestum est, quod materia non sit pars speciei, sicut in oibus illis, quæ manifeste apparent fieri in materijs diuersis sicut in carne, sicut circulus inuenitur fieri in ære & in lapide & in ligno. Unde manifestum est, quod neque es, neque lapis, neque lignum, est aliquid de substantia circuli, quasi pars existat huius speciei, quæ est circulus. Est autem hoc manifestum, pp hoc, quod circulus a quolibet istorum separatur. Nihil autem potest separari ab eo, quod est pars speciei, sed quædam sunt, quorum species non inueniuntur fieri in diuersis materijs secundum spem, sed semper in eisdem, sicut species hominis, quatum ad hoc, quod visibiliter apparet, non inuenitur nisi in carne & ossibus. Nihil tamen prohibet vt etiam ista, quæ non videntur a propria materia separata, similiter se habeant ad suas materias sicut illa, quæ esse possunt in diuersis materijs, & ab vnaquaque earum separari. Si enim posuerimus, quod non videntur sensibilibus aliquid circuli nisi ex ære, nihilominus tamen sic esset pars speciei circuli, & licet

A tunc non separaretur circulus actu ab ære, separaretur tamen mente, quia species circuli posset intelligi sine gre, ex quo es non esset pars speciei circuli, licet difficile sit mente auferre & separare abinuicem quæ actu non separantur. non enim est hoc nisi illorum, qui per intellectum supra sensibilia eleuari possunt.

Et similiter, si hominis species semper apparet in carnibus & ossibus, & talibus partibus, oportet quaerere, vtrum istæ partes sint spæi humanæ & rationis, id est diffinitionis hominis: aut non sunt partes speciei, sed solum materialis speciei, sicut es circuli. Sed quia talis species non fit in alijs partibus materialibus quam in istis, ideo de facili non possumus separare hominem per intellectum a carnibus, & ossibus. Videtur enim eadem ratio esse hic & i circulo, si omnes circuli essent ænei. Deinde cum dicitur.

Quæcumque igitur apparent aduentia in diuersis specie, vt circulus in ære, ligno, & lapide, hæc quidem manifesta esse videntur, quoniam nihil substantiæ circuli es, neque lapis est: propterea quod ab eis separatur. Quæ vero non videntur separari, nihil quidem prohibet similiter bis se habere, quemadmodum si circuli omnes viderentur ænei, nihil enim minus es esset ipsius formæ. difficile tamen est hoc mente auferre. vtpote forma hominis semper in carnibus & ossibus, & talibus partibus apparet. Vtrum igitur sint etiam hæc partes formæ & rationis, an non, sed materia. verum quoniam non adueniunt etiã in alijs, non possumus separare.

Cum autem hoc videatur quidem contingere, quando vero, non est manifestum. Quidam etiã de circulo, & triangulo dubitant: tanquam non deceat lineis & continuo diffinitur, sed hæc oia similiter dici sicuti carnes aut ossa hominis, & es & lapis circuli, & cuncta referunt ad numeros: & lineæ rationem, eam, quæ duorum esse dicunt. Eorum etiam, qui ideas dicunt, quidam ipsam lineam dualitatem, quidam lineam formam: quædam etiam eadem esse formam, & cuius forma, uel dualitatem & dualitatis formam. in linea vero non est.

Materia autem figurarum mathematicarum intelligibilis, est continuum, vt linea vel superficies, & ideo vult, quod linea non sit pars speciei circuli vel trianguli, quasi non sit competens, quod triangulus & circulus diffiniantur per lineam & continuum, cum non sint partes speciei, sed omnia ista similiter dicuntur ad circulum & triangulum, sicut carnes & ossa ad hominem, & es & lapides ad circulum. Remouendo autem a triangulo & circulo continuum, quod est linea, nihil remanet nisi unitas & numerus, quia triangulus est tres lineas habens, & circulus vnam. Et ideo, quia lineas non dicunt esse partes speciei, referunt omnes species ad numeros, dicentes quod numeri sunt species mathematicorum omnium. Dicunt enim, quod ratio duorum est ratio lineæ recte, propter hoc quod linea recta duobus punctis terminatur. Sed circa hoc inter Platonicos ponentes ideas, est differentia quædam: quidam enim non ponentes mathematica media inter species & sensibilia, dicentes species esse numeros, dicunt ipsam lineam esse dualitatem, quia non ponunt lineam mediam differentem a specie lineæ: quidam vero dicunt, quod dualitas est species lineæ, & non linea. Linea enim est quoddam mathematicum medium inter species & sensibilia & dualitas est ipsa species, & secundum eos in quibusdam non diffinitur species, & cuius est species, sicut in numeris, quia ipsas species dicunt esse numeros: vnde idē dicebant esse dualitatem, & speciem. S. Tho. super Metaphy. N 3 dualitatis.

part. 4. dualitatis. Sed lineæ hoc non accidit secundum eos, quia lineam dicit aliquid participans speciem, cum multæ lineæ inueniantur esse in vna specie, quæ non esset, si ipsam lineam esset ipsa species. Deinde cum dicitur.

part. 5. **¶** Improbatur prædictam solutionem, & ponit tres rationes, quarum prima est, si soli numeri sint species, omnia ista, quæ participant vno numero, participant vna specie. Multa autem sunt diuersa species, quæ participant vno numero. Vnus enim & idem numerus est in tribus, quæ propter tres lineas, & i syllogismo propter tres terminos, & in corpore propter tres dimensiones. Accidit igitur multorum specie diuersorum esse unam speciem. Quod non solum Platonicis, sed etiam Pythagoricis accidit, qui etiam ponebant naturam omnium rerum esse numeros. Secundam ponit ibi.

part. 6. **¶** Quæ talis est. Si carnes & ossa non sunt partes spiritus humani, nec lineæ spiritus triangulari, pari ratione nulla materia est pars speciei. Sed secundum Platonicos i numero duas lineas attribuitur materiam, unitas autem speciei, ergo sola unitas est species. Dualitas autem, & per consequens omnes alij numeri tanquam materiæ implicantes, non erunt species, & sic una tantum erit species omnium rerum. Tertiam ponit ibi.

part. 7. **¶** Quæ talis est. Illa sunt vnum, quorum species vna est: si igitur omnium species est una, sequetur, quod oia sint vnum secundum speciem, & non solum quæ videtur esse diuersa. Potest tamen dici, quod hoc tertium non est alia ratio a secunda. Sed est inconueniens quod ex secunda conclusione sequitur secundæ rationis. Postea ergo ratione, cui præmissa solutio innitebatur, & postea rationibus contra præmissam solutionem, concludit dictum esse, quod illa, quæ sunt circa definitionem, habent dubitationem, & qua de causa. Et sic patet, quod per omnia præmissa ostendere voluit difficultatem præmissæ dubitationis. Deinde cum dicit.

part. 8. **¶** Solutio præmissam questionem sine propria sententia, & quantum ad naturalia, secundo quantum ad mathematica, ibi: { Circa mathematica. } Dicit ergo primo, quod ex quo prædicta inconuenientia sequuntur remouendibus a specie rei omnia, quæ sunt materialia, siue sint sensibilia, siue non, patet ex dictis quod superfluum est, omnes species rerum reducere ad numeros, vel unitatem, & auferre totaliter materiam sensibilem & intelligibilem, sicut Platonicis faciebant. Quia quædam species rerum non sunt formæ siue materia, sed sunt partes sensibilibus, id est formæ in materia, ita quod id, quod resultat ex forma in materia existens, species est. Aut si non sunt sicut forma in materia, sunt se habentia sicut illa, quæ habent formam in materia, propriè enim

formam in materia habent naturalia, quibus quodammodo assimilantur mathematica, etiâ in quantum proportio figuræ circuli vel trianguli ad lineam, est sicut proportio forme hois ad carnes & ossa. Et ideo, sicut species hois non est forma aliqua sine carnis, & ossibus, ita forma circuli vel trianguli non est aliqua forma sine lineis. & ideo parabola, quam conueniunt dicere de aialii Socra. iunior, non se bene habet. Videtur autem ipsum Platonem Socra. iuniorem non minare, quia in omnibus libris suis introducit Socra. loquentem per hoc, quod fuerat magister eius. Opinione autem Platonis de materialitate naturalium specierum vocat parabolam, quia fabulis assimilatur, quæ componuntur ad aliquam sententiam metaphorice insinuantur. Propter quod in Tertio superius dixit, quod hæc opinio assimilatur opinionibus fingentium deos esse, & quod formæ eorum sunt sicut formæ humanæ. Ideo autem prædicta opinio non bene se habet, quia dicitur extra veritatem, in eo, quod facit opinari quod hoc modo contingat esse hominè sine partibus materialibus, si sine carnis, & ossibus: sicut contingit circuli esse sine aere, quod manifeste non patet ad species circuli. sed hoc non est simile. non enim sicut se habet homo ad carnes & ossa, sicut circulus ad aere, quia circulus non est aliquid sensibile secundum suam rationem, potest enim intelligi sine materia sensibili. vnde quod est materia sensibilibus, non est pars spiritus circuli. sed animal videtur esse quoddam sensibile: non enim potest diffiniri sine motu. Animal enim discernitur a non animalibus sensu & motu, ut patet in primo libro de Anima. Et ideo non potest diffiniri animal sine partibus corporalibus habentibus se aliquo modo debito ad motum. Non enim manus est pars hominis quocunque modo se habens, sed quando est sic disposita, quod potest perficere opus manus, quod non potest facere sine anima, quæ est principij motus. Quare oportet, quod manus cuiuscunque sit pars hominis, secundum quod est animata. Secundum vero quod est inanimata, non est pars, sicut manus mortua, vel depicta. Vnde oportet, quod partes tales, quæ sunt necessariæ ad perficiendum operationem speciei propriam, sint partes speciei, tam quæ sunt ex parte forme, quam quæ sunt ex parte materie. Deinde cum dicit.

part. 9. **¶** Solutio questionem quantum ad mathematica. Videtur enim post solutionem de naturalibus positam, adhuc relinqui sub dubio de mathematicis. Dixerat enim, quod cum animal sit sensibile, non potest diffiniri sine partibus sensibilibus, sicut circulus potest diffiniri sine aere, quod est sensibile materia. Et ideo circa mathematica queritur, quare rationes, id est definitiones partium, non sunt partes rationum totorum, sicut quare hemicicla, id est semicirculi non ponuntur in definitione circuli. Non enim potest dici, quod hæc scilicet hemicicla sint sensibilia, sicut aere est sensibile materia. Sed solum quod hoc nihil differt quantum ad proprium: verum scilicet partes materie sunt sensibilia, vel non sensibilia, quia etiam non sensibilibus est aliquid materia intelligibile. Et talis materia quæ est pars speciei, est omnis eius, quod non est quod quiderate esse & species eadem secundum se, sed est hoc aliquid, id est paricula: aliquid demòstratum: quasi dicatur: in omni eo, quod non est ipsa sua species, sed est aliquid individuum determinatum in specie, oportet esse aliquas partes materie, quæ non sunt partes speciei. Socra. n. quia non est ipsa sua humana itas, sed est habens humanitatem, id est habet in se partes materiales, quæ non sunt partes speciei, sed sunt partes huius materie in individualis, quæ est individuationis principij, ut has carnes, & hæc ossa. Et similiter in hoc circulo sunt hæc lineæ, quæ non sunt partes speciei. Vnde patet, quod huiusmodi non sunt partes circuli, qui est vniuersalis, sed sunt partes singularium circulorum, sicut dictum est prius. Et propter hoc, semicirculi non ponuntur in definitione circuli vniuersalis, quæ sunt partes singularium circulorum & non vniuersalis. Et hoc est verum tam in materia sensibili, quam in materia intelligibili. Vtrouque enim modo inuenitur materia, ut ex dictis patet. Si autem esset aliquid indiuiduum, quod esset ipsa sua species, sicut si Socra. esset ipsa sua humanitas, non esset in Socra. aliqua pars, quæ non esset partes humanitatis. Deinde cum dicit.

part. 10. **¶** Recolligit prædictam solutionem exemplificando eam in animali dicens, palam esse, quod anima est substantia prima, id est forma animalis, corpus autem materia, homo autem sicut animal id, quod est ex vtriusque scilicet in vniuersali, sed Socra. & Coriscus quod est ex vtriusque in particulari. Quia anima dicitur dupliciter scilicet in vniuersali, & particulari, ut anima, & hæc anima. Ideo autem oportet quod significatur per modum totius, dici vniuersaliter & singulariter, ea ratione, quia anima dicitur dupliciter, quia hoc competit secundum vtraque opinionem hominum de anima. Sicut enim supra dictum est, alij dicunt hominem & animal esse animam, alij vero dicunt hominem & animal non esse animam, sed esse compositum ex anima & corpore. Patet ergo, quod secundum illam opinionem, quæ dicit hominem esse animam, anima dicitur vniuersaliter & singulariter, ut anima, & hæc anima: & homo etiam dicitur vniuersaliter & particulariter siue singulariter, scilicet homo & hic homo. Similiter etiam sine hanc opinionem, quæ dicit hominem esse compositum ex anima & corpore, sequitur quod si simpliciter dicuntur vniuersaliter & singulariter, quæ etiam compositum dicuntur vniuersaliter & singulariter, quæ anima est hoc, & corpus est hoc, quæ sunt simpliciter dicta tanquam partes compositi, quod etiam dicuntur vniuersaliter & particulariter siue singulariter, non solum partes, sed etiam compositum. Deinde cum dicit.

part. 9. **¶** Palam autem, quod anima quidem substantia prima, corpus autem materia. Homo autem, vel animal, quod est ex vtriusque ut vniuersaliter. Socra. autem & Coriscus ut singulariter. Siquidem anima dupliciter dicitur, alij nanque, ut anima, alij vero ut totum. Si vero simpliciter anima hoc, & corpus hoc, ut quod vniuersale, & singulare.

part. 10. **¶** Vtrum autem etiam præter materiam talium aliquæ substantiarum alia, & oportet querere substantiam ipsorum alteram quædam, ut numeros, aut aliquid tale, perscrutandum est posterius. Huius enim gratia, & de substantiis sensibilibus veteramus diffinire. Quoniam modo quodam Physicæ & secundæ philosophiæ operis, circa sensibiles substantias speculatione, non enim solum de materia oportet scire Physicum, sed & de ea, quæ secundum rationem, & magis. In definitionibus vero quod partes quæ in ratione sunt, & quare vna ratio diffinitio. (Palam enim quia res vna: Res vero quod vna partes habens,) speculatione est posterius.

part. 11. **¶** Quid quidem igitur est quod quiderate esse, & quod ipsum secundum se de omni, dictum est. Et quare horum quidem ratio, quæ eius quod quiderate esse, habet partes diffinitio, horum autem non.

lect. 10. **¶** Quid igitur est quod quid erat esse, & quomodo ipsum per se ipsum, vniuersaliter de omni dictum est. & cur quorundam ratio ipsius quid erat esse habet definitio partes, quorundam non, & quod in ratione quidem substantia, vel in quantum per eas manuducimur in cognitionem substantiarum immaterialium. Physicus vero e conuerso, determinat de substantiis materialibus, non in quantum sunt substantiæ, sed in quantum materiales & habentes in se principium motus. Et quæ postea aliquid credere, quod Scientia Naturalis non speculatur circa totas substantias materiales & sensibiles, sed solum circa materias eorum, ideo hoc remouet dicens, quod Physicus non solum oportet considerare de materia, sed etiam de ea parte, quæ est secundum rationem, id est de forma. Et magis etiam de forma, quam de materia, quia forma est magis natura quam materia, ut probatum est in 2. physico. Secundum vero, quod restat determinandum, est quomodo partes, quæ sunt in ratione, id est in diffinitione se habent, utrum, si sint substantiæ existentes in actu, & quare etiam diffinitio cum componatur ex multis partibus, est vna ratio. Palam enim est quod oportet diffinitionem esse vnam tantum rationem, quia res est vna. Diffinitio vero significat quid est res. Sed per quid aliqua res habet partes efficitur vna, speculatione est posterius. Deinde cum dicit.

lect. 11. **¶** Recapitulat ea quæ sunt determinata dicens, quod est dictum, quid est quod quiderate esse, & quomodo id, quod est quod quiderate esse, est quod predicatur de omni, & quod predicatur secundum se. Et iterum dictum est, quare quorundam ratio significat quod quiderate esse, continet in se partes diffinitio. Sicut diffinitio syllabe continet literas: & quorundam non, sicut diffinitio circuli non continet semicirculos. Dicitur etiam, quod in ratione substantiæ, id est forme, non ponuntur partes, quæ sunt partes substantiæ, sicut materia: quia tales non sunt partes substantiæ illius, id est forme, sed partes totius compositi cuius quædam sunt partes, sed etiam compositum. Deinde cum dicit.

lect. 11. **¶** Manifestum autem est, quod anima quidem substantia prima, corpus vero materia. homo vero uel animal, quod ex ambobus, ut vniuersale. Socra. autem, & Coriscus, si anima quidem, duplex. hi enim ut animam dicunt, illi autem ut ipsum totum. Quod si simpliciter anima hæc, & hoc corpus, quemadmodum vniuersale, etiam & singulare.

lect. 12. **¶** Vtrum autem præter materiam huius scemodi substantiarum sit aliqua alia, & oportet querere substantiam eorum aliquam aliam, ut puta numeros, aut aliquid tale, posterius considerandum est. Huius enim gratia, & de sensibilibus substantiis diffinire tentamus. quando quidem quodam modo naturalis & secunda philosophiæ opus est, ea, quæ circa sensibiles substantias, speculatione est. non enim solum de materia naturalem cognoscere oportet, sed etiam de ea, quæ secundum rationem, & magis. In definitionibus uero, quomodo partes, quæ in ratione sunt, & cur una ratio diffinitio (patet etenim quod res vna: res autem aliquo una, partes habens) postea considerandum est.

lect. 13. **¶** Quid igitur est quod quid erat esse, & quomodo ipsum per se ipsum, vniuersaliter de omni dictum est. & cur quorundam ratio ipsius quid erat esse habet definitio partes, quorundam non, & quod in ratione quidem substantia, vel in quantum per eas manuducimur in cognitionem substantiarum immaterialium. Physicus vero e conuerso, determinat de substantiis materialibus, non in quantum sunt substantiæ, sed in quantum materiales & habentes in se principium motus. Et quæ postea aliquid credere, quod Scientia Naturalis non speculatur circa totas substantias materiales & sensibiles, sed solum circa materias eorum, ideo hoc remouet dicens, quod Physicus non solum oportet considerare de materia, sed etiam de ea parte, quæ est secundum rationem, id est de forma. Et magis etiam de forma, quam de materia, quia forma est magis natura quam materia, ut probatum est in 2. physico. Secundum vero, quod restat determinandum, est quomodo partes, quæ sunt in ratione, id est in diffinitione se habent, utrum, si sint substantiæ existentes in actu, & quare etiam diffinitio cum componatur ex multis partibus, est vna ratio. Palam enim est quod oportet diffinitionem esse vnam tantum rationem, quia res est vna. Diffinitio vero significat quid est res. Sed per quid aliqua res habet partes efficitur vna, speculatione est posterius. Deinde cum dicit.

lect. 14. **¶** Recapitulat ea quæ sunt determinata dicens, quod est dictum, quid est quod quiderate esse, & quomodo id, quod est quod quiderate esse, est quod predicatur de omni, & quod predicatur secundum se. Et iterum dictum est, quare quorundam ratio significat quod quiderate esse, continet in se partes diffinitio. Sicut diffinitio syllabe continet literas: & quorundam non, sicut diffinitio circuli non continet semicirculos. Dicitur etiam, quod in ratione substantiæ, id est forme, non ponuntur partes, quæ sunt partes substantiæ, sicut materia: quia tales non sunt partes substantiæ illius, id est forme, sed partes totius compositi cuius quædam sunt partes, sed etiam compositum. Deinde cum dicit.

dem compositi aliquo modo est diffinitio, aliquo modo no est. Quia, si accipiatur cu materia, scilicet individuali, non est eius diffinitio, quia singularia no diffiniuntur, vt supra est habitum Cuius ratio est, quia talis materia individualis est quid in finem & indeterminatum. Materia enim non finitur nisi per formam. Sed compositum acceptu se- cundum primam sub- stantiam, id est se- cundum formam, ha- bet diffinitionem. Diffinitio enim co- positum acceptum in specie non secun- dum individuum. Sicut autem indivi- duum per materiam indiuiduatur: ita u- numquodque poni- tur in sua specie per formam. no enim ho- mo est homo, quia habet carnes & ossa, sed ex eo quod habet animam rationem in carnibus & ossib.

Tex. c6. 35.

Et quod in substantia quide ratione, q sic partes vt materia, non inerunt. neque .n. sunt illi partes substantia, sed totius. Huius aut est aliquid ratio, & non est. nam cu materia non est, indeterminatum. n. est. Sec- cundum aut primam substantia, est, ut hominis que anime ro. Substantia nanque est species, q inest: ex qua & materia. tota dr substantia: vt concavitas. na ex hac & naso, simus nasus, & si- mitas est. Bis. n. & his inerit na- sus. In tota vero substantia, aut naso simo, aut Callia, inest & materia. Et quod quiderateffe, & vnuquodq; in quibusda ide, vt in primis substantiis: vt cur- uitas & curuati esse, si prima est. dico aut prima, que non di- citur per aliud in alio esse, vt in subiecto, uel materia. Quacun- que vero vt materia, aut conce- pta cum materia: non ide. neq; secundum accidens vnum, vt Socrates & musicu. Hec enim eadem secundum accidens.

Tex. c6. 47.

Tex. c6. 42.

Tex. c6. 35.

Tex. c6. 34.

Lect. 5.

tie separatae. Quacunq; vero sunt sicut materia, uel etia sunt concepta cum materia. sicut composita, que habent in sui ratio- ne materiam, in istis non est idem quod quiderateffe, & id cuius est. Nec etiam est vnum in his, que dicuntur secundum accidens, sicut Socr. & musicus est idem per accidens. Attendendum est au- tem, quod ab hac sen- tentia, quam posue- rar scilicet, quod qu- quideff, idem est cu vnoquoq; cuius est, duo hic excipit, scilicet illa, que dicuntur per accidens, & sub- stantias materiales, cum superius no ex- ceperit nisi illa que dicuntur per accidens. Oportet autem non solum ista excludi, sed etiam substantias materiales. Sicut .n. supradictum est, q- quid erateffe est id, quod significat diffi- nitio, diffinitio aut non assignatur indi- uiduis, sed specieb: & ideo materia indi- uidualis, que est in- diuiduationis prin- cipium, est preter id, quod est quod- quiderateffe. Impos- sibile est autem in re- rum natura esse spe- ciem nisi in hoc in- diuiduo. Vnde oportet, quod qualibet res nature, si habeat materiam, que est pars speciei, que est pertinens ad quod- quideff, quod etiam habeat materiam in diuiduale, que no pertinet ad quod- quideff, vnde nulla res nature, si mate- ria habeat, est ipsum quod quideff, sed est habens illud. Sicut Socrates non est hu- manitatem habens: Si autem esset possibile esse hominem compositum ex corpore & anima, qui non esset hic homo ex hoc corpore & ex hac anima compositus, nihilominus esset suum quod quiderateffe, quamuis haberet materiam. Licet autem homo prater singu- laria non sit in rerum natura, est tamen in ratione: que perti- net ad logicam considerationem. Et ideo superius, ubi logi- ce considerauit de quod quiderateffe, non exclusit substantias materiales, quin in illis etiam esset idem quod quideff cum eo, cuius est. Homo enim communis, est idem cum suo quod- quideff, logice loquendo. Nunc autem postquam iam descen- dit ad principia naturalia, que sunt materia & forma, & ostendit quomodo diuersimode comparantur ad vniuersale & par- ticulare, quod subsistit in natura, excipit hic ab eo quod su- pra dixerat, idem esse quod quideff cum vnoquoque, substan- tias materiales in rerum natura existentes. Relinquitur au- tem, quod illa d substantia, que sunt forme tantum sub- stantes, non habent aliquid, per quod indiuiduentur, quod sit extra rationem rei, vel speciei significantem quod quideff. Et ideo in illis simpliciter verum est, quod quilibet illarum est suum quod quiderateffe.

LECTIO XII.

Nunc autem primo dica- mus quatenus in Analyti- cis de diffinitione non est di- ctum. dubitatio nanque, qua in il- lis dicta est, proderit sermonibus de substantia. Dico autem hanc dubitationem, quare vnum est defi-

Si autem esset possibile esse hominem compositum ex corpore & anima, qui non esset hic homo ex hoc corpore & ex hac anima compositus, nihilominus esset suum quod quiderateffe, quamuis haberet materiam. Licet autem homo prater singu- laria non sit in rerum natura, est tamen in ratione: que perti- net ad logicam considerationem. Et ideo superius, ubi logi- ce considerauit de quod quiderateffe, non exclusit substantias materiales, quin in illis etiam esset idem quod quideff cum eo, cuius est. Homo enim communis, est idem cum suo quod- quideff, logice loquendo. Nunc autem postquam iam descen- dit ad principia naturalia, que sunt materia & forma, & ostendit quomodo diuersimode comparantur ad vniuersale & par- ticulare, quod subsistit in natura, excipit hic ab eo quod su- pra dixerat, idem esse quod quideff cum vnoquoque, substan- tias materiales in rerum natura existentes. Relinquitur au- tem, quod illa d substantia, que sunt forme tantum sub- stantes, non habent aliquid, per quod indiuiduentur, quod sit extra rationem rei, vel speciei significantem quod quideff. Et ideo in illis simpliciter verum est, quod quilibet illarum est suum quod quiderateffe.

LECTIO XII.

Obsequam ostendit Philosophus, que partes in dif- finitione ponuntur, hic inquit quomodo diffini- tio ex partibus existens possit esse vna: & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo obijcit ad vnumque partem ibi: In hoc nanque homo, Tertio soluit

In scdo posteriorum.

T.com. 42. part. 1.

part. 2. D. 512.

part. 3.

T.com. 43. part. 5.

part. 3. part. 4.

T.com. 43. part. 5.

D.

questionem, ibi: Oportet autem intendere, &c. Dicit ergo, quod A nunc primum oportet dicere de diffinitione, id quod non est de ea dictum in Analyticis, id est in libro Posteriorum. Ibi enim mox est quedam dubitatio de diffinitione, & no soluta, quam oportet hic soluere quia est praeopere rationibus de sub- stantia, id est quia so- lutio huius questio- nis est preecessaria ad ea, que sunt de substantia determi- nada, de qua est prin- cipalis intentio huius scientie. Est autem ista dubitatio, quare illud, cuius diffinitio est ratio, scilicet vnum, scilicet quod quideff. Diffinitio enim ratio est significans quod quideff, sicut diffini- tio hominis est ani- mal bipes. Ponatur enim quod hec sit eius diffinitio. Qua- re igitur hoc, quod dicitur animal bipes est vnum, & non mul- ta. Deinde cu dicit. b ¶ Obijcit pro u- traque parte, & pri- mo ad ostendendum, quod ex eis non fiat vnum. Secundo ad contrarium, ibi: Opor- tet autem vnum. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit, quod ex genere & differentia non fit vnum. Secundo quod nec ex pluribus diffe- rentiis, ibi: ¶ Si vero & participat. ¶ Dicit ergo primo, quod in hoc, quod est homo & albus, ista duo sunt multa, quando alteru eorum non inest alteri. si enim albus non inest homini, tunc homo & albus nullo no sunt vni. Vni vero sunt, quan- do alterum eorum inest alteri, & subie- ctum, quod est ho- mo, participat alterum, id est suscipit hanc passionem, que est albus. Tunc autem ex his duobus fit vnum per accidens, quod est albus homo. Ex his accipitur, quod ex duobus quo- rum vnum non inest alteri, non fit vnum. Sed ¶ hic ¶, scilicet cum dicitur animal bipes, ¶ alterum eorum ¶ scilicet ani- mal non participat ¶ altero ¶ scilicet bipede, sicut homo albus participat albo. Et hoc ideo, quia animal est genus, bipes vero differentia. Genus vero, non uidetur participare differentiis. Sequeretur enim, quod idem participaret simul contrariis. Dif- ferentia enim sunt contraria ¶ quibus genus differt, id est per quas genus diuiditur & pari ratione per quam participaret u- num, participaret aliam. Si autem est impossibile quod idem participet contraria, impossibile erit quod ex genere & differen- tia fiat vnum. Deinde cum dicit. c ¶ Ostendit quod ex pluribus differentiis non potest fieri vnum dicens, quod si detur genus participare aliquo modo dif- ferentia, prout scilicet animal non accipitur in sua communi- tate sed contrahitur per differentiam ad speciem, & sic per co- sequens ex genere & differentia fieri vnum, tamen adhuc erit eadem ratio ad ostendendum, quod diffinitio non significat vnum, si sunt plures differentie in diffinitione positae. Sicut: si ponatur in diffinitione hominis istae tres differentie, qua- rum prima sit gressibile uel habens pedes, secunda sit bipes, tertia vero non alatum. non enim poterit dici, quare ista sunt vnum & non multa. non enim est sufficiens ad hoc ratio, quia ¶ sunt vni, puta animal, quod est homo, sic enim sequeretur,

quod omnia essent vnum. Sequeretur enim, quod omnia ac- cidencia, que insunt alicui subiecto, essent vnum per se. sic enim loquimur de vno & adiuicem & ad subiectum. Et cum ea, que accidunt vni subiecto accidunt etiam alteri, sequere- tur, quod illa duo subiecta etiam essent vnum, puta mix & cy- gnus, quibus inest albedo. & sic dedu- cendo sequeretur, quod omnia essent vnum, non ergo po- rest dici quod ex plu- ribus differentiis fiat vnum, etiam dato ¶ ex genere & differen- tia fiat vnum. Et sic ex duabus partibus videtur quod diffi- nitio non significet vnum. Deinde cum dicit. d ¶ Obijcit in con- trarium ostendens, quod diffinitio signi- ficet vnum, dicens quod oportet que- cunq; in diffinitio- ne ponatur esse v- num. Et hoc ideo, quia diffinitio est vna ratio, & id quod si- gnificatur per ipsam est substantia rei. Vnde oportet, quod diffinitio sit ratio si- gnificatiua vnius ali- cuius, quia substan- tia rei, quam diffini- tio significat, est vni- quid. Et etiam su- pra dictum est, quod diffinitio significat hoc aliquid, vbi o- stensum est, quod diffinitio est proprie substantiarum. Deinde cum dicit. e ¶ Soluit praeuis- sam questionem o- stendens, quod dif- finitio significat u- num. & circa hoc duo facit. Primo o- stendit quomodo ex genere & differen- tia fit vnum. Secun- do quomodo ex plu- ribus differentiis fiat vnum, ibi: ¶ At vero oportet diuidi. ¶ Dicit ergo primo, quod ad inuestigandum vnitatem diffinitio- num, oportet primum intendere de diffinitionibus, que dantur secundum diuisionem generis in differentias. Iste enim sunt diffinitiones vere, in quibus non est aliud quam primum genus & differentia. Dantur enim, & quedam diffinitiones per ali- qua accidentia, vel per aliquas proprietates, vel etiam per ali- quas causas extrinsecas, que non significant substantiam rei. Et ideo huiusmodi diffinitiones non sunt ad propositum. Cuius hic agatur de diffinitionibus ad substantias rerum inuestigandas. Ideo autem dico, quod in diffinitione est primum genus cum differentiis, quia, & si aliquando in diffinitionibus ponantur al- qua genera intermedia inter genus primum, quod est generalis- simum, & species vltimas, que diffiniuntur, tamen illa genera media nihil aliud sunt, quam genus primum, & differenti ¶ com- prehense in intellectu generis medij ¶ cum hoc, id est cum ge- nere primo. Sicut si in diffinitione hominis ponatur animal, quod est genus intermedium, patet quod animal nihil aliud est quam substantia, que est genus primum cum aliquibus dif- ferentiis, est enim animal substantia animata sensibilis. Ne simi- liter, si intelligamus primum genus esse animal ¶ habitum ¶ bi- pes, & iterum tertiu genus, animal bipes non alatum ¶ & simi- liter, si aliquod genus per plures differentias determinatur, sem- per .n. poterit ¶ genus comprehendit prius cum aliqua differentia. Et sic patet quod omnis diffinitio resoluitur in primum genus & aliquas differentias. Omnino autem non differt, verum per plura,

Lect. 4.

part. seq.

plura, aut per pauca diffiniatur aliquod diffinitum. Quare non differt, vtrum per pauca vel per duo, ita quod illorum duorum vnum sit genus & aliud differentia. Sicut eius, quod est animal bipes, animal est genus, & alterum, scilicet bipes, est differentia. Ostendendum est ergo primo, quomodo, ex istis duobus fiat vnum. Quod sic patet. Genus enim non est preter ea, que sunt species generis. Non enim inuenitur animal, quod non sit nec homo, nec bos, nec aliqd aliud huiusmodi. Aut si inueniatur aliquid, quod est genus preter species, sic accipitur, ut est preter species, non accipitur ut genus, sed ut materia. Contingit enim aliquod esse genus aliquorum & materiam, sicut vox est genus literarum, & est materia. Et quod sit genus, patet per hoc, quod differentia addit vocem faciunt species vocum literarum. Et quod etiam sit materia patet, quia ex hac licet ex voce facit elementa, id est literas, sicut aliquid sit ex materia. Sciendum est autem, quod licet idem secundum nomen possit esse genus & materia, non tamen idem eodem modo acceptum. Materia enim est pars integralis rei, & ideo de re predicari non potest, non enim potest dici, quod homo sit caro & os. Genus autem predicatur de specie, unde oportet quod significet aliquo modo totum. Sicut enim propter hoc, quod est innominata priuatio, aliquando simpliciter nomine materie significatur materia cum priuatione, vt supra dictum est, quod ex accipitur pro ere in figurato, cum dicimus quod ex ere fit statua, ita etiam quando forma est innominata, simpliciter nomine materie intelligitur compositum ex materia & forma, non quidem determinata, sed communis, & sic accipitur ut genus. Sicut enim compositum ex materia & forma determinata est species, ita compositum ex materia & forma communis est genus. & hoc in pluribus patet. Corpus enim potest accipi, & vt materia animalis, & vt genus. Si enim in intellectu corporis intelligatur substantia completa vltima forma, habens in se tres dimensiones, sic corpus est genus, & species eius erunt substantie persone, per has vltimas formas determinatas, sicut per formam auri, vel argenti, aut oliu, aut hominis. Si vero in intellectu corporis non accipitur nisi hoc, quod est habens tres dimensiones cum aptitudine ad formam vltimam, sic corpus est materia. Et similiter est de voce. Si enim in intellectu vocis includatur ipsa vocis formatio in communi secundum formam, que distinguitur in diuersas formas literarum & syllabarum, sic vox est genus. Si autem in intellectu vocis accipitur solum substantia soni, cui possibile est aduenire per diuersas formationes, sic vox erit materia literarum. Ex quo etiam patet, quod vox secundum quod est genus, non potest esse sine speciebus, non enim potest esse sonus formatus, quin aliquam determinatam formam habeat huius, vel illius literę. Sed hominino careret, forma literarum prout est materia, sic inuenire-

part. 6.

Tex. 6. 25.

rentie. Alia vero genera sunt primum, & cum hoc comprehenduntur differentie. vt primum animal, habitum vero, animal bipes, & iterum animal bipes non aliam dicitur, omnino vero nihil differt per plura, aut per pauca dicitur. Quare nec per pauca, aut per duo, duorum ergo, hoc quidem differentia, illud vero gen. Vt eius qd animal bipes, aial qd genus, differentia autem, alterum. Si ergo genus simpliciter non est preter eas, que vt generis species, aut si est quidem, vt materia est, (vox enim genus est & materia: differentie autem species & elementa ex hac faciunt) palam, quia diffinitio est ex differentiis ratio.

f At vero & oportet diuidi differentie differentiam, ut aialis differentia est pedalitas. Item animalis habentis pedes differentia oportet scire, in quantum habens pedes. Quare non est dicendum habentis pedes, aliud alatum, aliud non alatum, si quidem bene dicit: sed pp non posse faciet hoc: sed si aliud habes scissos, aliud non scissos pedes: hæ nanq; sunt differentie pedis. Nã scissio pedis, pedalitas qdã est. Et sic semp vult, pcedere, donec utiq; veniat ad non differentia. Tunc aut erunt tres species pedis, quot differentie, & pedes habetia aialia equalia differentiis.

tur sine literis, sicut as, inuenitur absque his, que sunt ex eis. Si ergo prædicta sunt vera, palam est, quod diffinitio est quædam ratio ex differentiis vnitate habens, ita quod tota essentia diffinitiois, in differentia quodammodo comprehenditur. Ex hoc enim animal, qd est genus, non potest esse absq; speciebus, quia forme specierum que sunt differentie, non sunt alię forme, & forma generis, sed sunt forme generis cum determinatione. Sicut patet, quod animal est quod habet animam sententiam. Homo autem est qui habet animam sententiam & rationem. Leo vero qui habet animam sententiam & rationem, scilicet cum ratione. Et sic de alijs. Unde cum differentia additur generi, non additur quasi aliqua diuersa essentia generi, sed quasi in genere implicite contenta, sicut determinatum continetur in indeterminato, vt album in colorato. Per quod etiam soluitur ratio superioris inducta, quia nihil prohibet, idem genus in se continere diuersas differentias, sicut indeterminatum continet in se diuersa determinata. Et etiam propter hoc soluitur, quod non hoc modo aduenit differentia generi, vt diuersa essentia ab eo existens, sicut aduenit album homini.

tera vero genera sunt, & ipsum primum, & post hoc, que comprehenduntur differentie. ut puta ipsum primum est animal: consequens vero, animal bipes, & rursus animal bipes implume. Similiter etiam si per plura dicatur, & omnino nihil differt per multa, an per pauca dicatur, neque rursus per pauca quam duo, duorum vero hoc quidem genus hoc vero differentia, ut puta huius, animal bipes, animal quidem genus, differentia vero alterum. Si igitur genus simpliciter non est preter eas, que vt generis species sunt, aut si est quidem, sed tanquam materia est, vox nanque genus & materia, differentia autem species, & elementa quoque ex hac faciunt manifestum est, quod diffinitio est ex differentiis ratio.

At vero oportet etiam diuidi differentia differentiam. ut puta animalis differentia est, pedes habere, rursus animalis pedes habentis, differentiam scire oportet, prout pedes habet. quare non est dicendum pedes habentis, aliud plumiferum, aliud implume, si bene dicatur (uerum quia non potest, faciet hoc) sed si aliud scissos, aliud non scissos pedes habens. hæ enim pedis differentia sunt. scissio nanque pedum aliqua peditas est. & sic semper procedi vult, donec ad non differentia deueniat, tum autem totus pedis species erunt, quot differentie, & pedes habentia animalia equalia differentiis.

ntione multe differentie. Secundo, ostendit quod si differentie debito modo sumantur, non impeditur multitudo differentiarum vnitate diffinitionis, ibi: { Si itaque. } Dicit ergo primo, quod in diffinitionibus in quibus sunt multe differentie oportet non solum diuidi genus in differentiam, sed etiam diuidi differentiam primam in differentiam secundam: sicut animalis differentia est pedalitas, secundum quam animatus dicitur habens pedes, vel gressibile. Sed quia etiam hæc differentia multipliciter inuenitur, iterum oportet scire differentiam animalis habentis pedes, que est differentia eius in quantum est habens pedes, scilicet per se, & non per accidens. Et ideo, quia habenti pedes accidit habere alas, non est dicendum diuidendo differentiam, quod habentis pedes, aliud est alatum, aliud non alatum, si homo bene velit dicere diuisionem differentiarum. Sed tamen quandoque aliquis diuidens differentias faciet hoc, vt scilicet diuidat per ea, que sunt secundum accidens, propter hoc quod non potest inuenire proprias & per se differentias. Aliquando enim necessitas cogit, vt vtamur loco per se differentiarum, differentiis per accidens, in quantum sunt signa quedam differentiarum essentialium nobis ignoratarum. Sed hoc modo est hæc differentia diuidenda, habens pedes, scilicet huiusmodi animalium, aliud est habens pedes scissos, & aliud non scissos. Itæ enim sunt differentie pedis, scilicet scissio & non scissio. Et ideo habens pedes scissos, per se diuidit hanc differentiam, que est habens pedes. Scissio enim pedis est quedam pedalitas.

ntione multe differentie. Secundo, ostendit quod si differentie debito modo sumantur, non impeditur multitudo differentiarum vnitate diffinitionis, ibi: { Si itaque. } Dicit ergo primo, quod in diffinitionibus in quibus sunt multe differentie oportet non solum diuidi genus in differentiam, sed etiam diuidi differentiam primam in differentiam secundam: sicut animalis differentia est pedalitas, secundum quam animatus dicitur habens pedes, vel gressibile. Sed quia etiam hæc differentia multipliciter inuenitur, iterum oportet scire differentiam animalis habentis pedes, que est differentia eius in quantum est habens pedes, scilicet per se, & non per accidens. Et ideo, quia habenti pedes accidit habere alas, non est dicendum diuidendo differentiam, quod habentis pedes, aliud est alatum, aliud non alatum, si homo bene velit dicere diuisionem differentiarum. Sed tamen quandoque aliquis diuidens differentias faciet hoc, vt scilicet diuidat per ea, que sunt secundum accidens, propter hoc quod non potest inuenire proprias & per se differentias. Aliquando enim necessitas cogit, vt vtamur loco per se differentiarum, differentiis per accidens, in quantum sunt signa quedam differentiarum essentialium nobis ignoratarum. Sed hoc modo est hæc differentia diuidenda, habens pedes, scilicet huiusmodi animalium, aliud est habens pedes scissos, & aliud non scissos. Itæ enim sunt differentie pedis, scilicet scissio & non scissio. Et ideo habens pedes scissos, per se diuidit hanc differentiam, que est habens pedes. Scissio enim pedis est quedam pedalitas.

part. 7.

part. 8.

part. 9.

part. 10.

pedalitas, id est hæc differentia, que est habere pedes scissos, est quoddam contentum sub hoc, quod est habere pedes, & habent se ad inuicem sicut determinatum & indeterminatum, sicut diximus de genere & differentia. Et ita semper procedendum est in diuisione differentiarum, donec diuidens veniat ad non differentia, id est ad vltimas differentias, que non diuiduntur ulterius in alias differentias. Et tunc tot erunt species pedis, quot differentie, & species animalium habentium pedes equalia differentie. Que libet enim diuidua lis differentia constituet vnã speciem specialissimam. Dende cum dicitur, g Ostendit ex sup positis, quod multitudo differentiarum non impedit vnitate diffinitionis, & circa hoc duo facit. Primo, ostendit propositum. Secundo, inducit conclusionem intentam, ibi: Quare palam &c. Circa primum duo facit. Primo, ostendit quomodo ex multis differentiis fit vnũ, si differentie per se sumantur. Secundo, quod hoc non potest esse, si sumantur per accidens, ibi: { Si vero secundum accidens. } Dicit ergo primo, quod si sic se habent differentie acceptæ in diffinitione sicut dictum est, licet, quod semper sumantur per se differentie & non per accidens, palam est, quod vltima differentia erit tota substantia rei, & tota diffinitio. Includit enim in se omnes pedentes particulas. Quod enim in differentia includatur genus, ostensum est ex hoc, quod genus non est sine differentiis. Sed quod vltima includat omnes præcedentes, palam est ex hoc, quod nisi hoc dicatur, sequitur quod oportet eas in terminis, id est diffinitionibus multis toties eadem dicere. Et hoc erit superfluum & nugatorium. hoc autem inconueniens ideo accidit, quia si aliquis dicat in diffinitione animal { habens pedes bipes } quod oportebit eum dicere, si bipes sit alia differentia ab habente pedes, non includens eam, nihil aliud dixit sic diffiniens, quam animal habens pedes, duos pedes habes. Bipes enim nihil aliud est quam duos pedes habens, in quo manifeste includitur, pedes habens. Unde patet, quod si vtraque apponatur differentia, est nugatio. & iterum si hoc, quod est bipes diuidat aliquis propria diuisione, id est per ea, que sunt per se & non per accidens, sequetur vltimus multoties dici idem, & toties quot sumuntur differentie. Vt si dicam, quod animalis bipedis, aliud est habens pedes scissos in quinque digitos, aliud in quatuor: si quis vellet diffiniens hominem, ponere omnes differentias intermedias, toties repeteret idem, quot differentias apponeret. Diceret enim, quod homo est animal pedes habens, duos pedes habens, scissos in quinque digitos. Et quia ista sunt inconuenientia, igitur manifestum est, quod si in diffinitione accipiantur differentie, vna erit vltima, scilicet que est species & substantia, id est que substantiam & speciem diffinituri comprehendat, & ab eis vnitate diffinitio erit vna. Dende cum dicitur, h Ostendit quod hoc non potest dici si differentie per accidens sumantur, dicens, quod si aliquis in diuidendo & diffiniendo

g Si itaque hæc sic se habent, palam quia finalis differentia rei substantia erit & diffinitio, si non, oportet multoties eadẽ dicere in terminis: superfluum enim accidit hoc dicentibus. Nam quando dicit animal habens pedes, bipes, nihil aliud dixit, quam animal pedes habens, & duos pedes habens. Et si hoc diuidat propria diuisione, multoties dicet & equaliter differentiis. Si quidem igitur differentie differentia fiat, vna erit que finalis species & substantia.

h Si vero secundum accidens, vt si diuidat, habentis pedes, aliud album, aliud nigrum, tot quot vtipue sectiones fuerint.

i Quare palam quod diffinitio ratio est, que est ex differentiis: & harum ex finali secundum rectum.

k Palam autem erit, si quis trãf ponat tales diffinitiones, ut eã, que est hominis, dicens animal bipes, pedes habens. superfluum est habens pedes, dicto bipede. Sed ordo non est in substantia. Quomodo nanque oportet intelligere, hoc quidem posterius, illud vero prius? De diffinitionibus quidem igitur secundum diuisiones, tot dicantur primũ, quales queãdam sunt.

quis dicat diffinitionem hominis esse animal bipes, habens pedes. Ex quo enim dictum est bipes, superfluum est apponere, pedes habens. Sed si diceretur primo pedes habens, adhuc restaret inquirendum, vtrum esset bipes, dicendo pedens habens. Ex hoc patet quod illę differentie secundum quod sunt multe habent inter se ordinem determinatum. Non autem hæc potest intelligi quod in substantia rei sit aliquis ordo: non enim potest dici, quod hoc substantia sit prius, & illud posterius, quia substantia est tota simul & non per successionem, nisi in quibusdam defectibus, sicut sunt motus & tempus. Unde patet, quod multe partes diffinitionis, non significant multas partes essentie ex quibus essentia constituitur sicut ex diuersis, sed omnes significant vnũ quod determinatur vltima differentia. Patet etiã ex hoc, quod cuiuslibet speciei est vnã tantum forma substantialis, sicut leonis vna est forma, per quam est substantia, & corpus & animalium corpus, & animal, & leo. Si enim essent plures forme secundum omnia prædicta, non possent vnũ vnã differentia comprehendere, nec ex eis vnũ constitueretur. Concludit ergo finaliter recapitulãdo, quod nunc primo tot sunt dicta de diffinitionibus, que accipiuntur secundum diuisiones generis in differentias, & differentie in differentias, quales queãdam sunt, quia videlicet sunt ex his, que predicantur per se, & contentes in se partes speciei, & etiam vnãquæque est vnũ, hæc enim in præcedentibus de diffinitionibus sunt ostensa. Dicit autem { primum } quia in sequentibus de diffinitione, & quodquid est, aliqua determinatur.

accipiat differentiam secundum accidens, sicut si diuidatur quod habentium pedes, aliud est album, aliud est nigrum, tot erunt vltimę differentie, quot factę sunt diuisiones, quia vnã earum, alteram non includit. Et de differentiis sic sumptis, procedebat ratio superioris inducta contra vnitate diffinitionis.

Si igitur hæc ita se habeant, manifestum est, quod vltima differentia, rei substantia erit, & diffinitio. siquidem non oportet crebro eadem in diffinitionibus dicere: superfluum nanque est. Accidit autem hoc, cum animal pedes habens, bipes dicat, nihil aliud dixit, nisi animal pedes habens, duos pedes habens. & si hoc propria diuisione diuidat, crebro & equaliter, ac differentias dicit. Si igitur differentie differentia fiat, vna, que vltima est, erit species & substantia.

Si autem secundum accidens, ut si diuidat habentis pedes, aliud album, aliud nigrum, tot quot sunt sectiones.

Quare manifestum est, quod diffinitio est ratio, que ex differentiis est, & ex harum vltima secundum rectum.

Patet autem hoc, si quis transponat tales diffinitiones, ut puta hominis, dicens, animal bipes, habens pedes, superfluum enim est habens pedes, dicto bipede. ordo vero non est in substantia. quo nanque modo intelligere oportet, hoc quidem prius, illud vero posterius? De his igitur diffinitionibus, que secundum diuisiones fiunt, quales queãdam sunt, hæc tenus dicta sint.

quis dicat diffinitionem hominis esse animal bipes, habens pedes. Ex quo enim dictum est bipes, superfluum est apponere, pedes habens. Sed si diceretur primo pedes habens, adhuc restaret inquirendum, vtrum esset bipes, dicendo pedens habens. Ex hoc patet quod illę differentie secundum quod sunt multe habent inter se ordinem determinatum. Non autem hæc potest intelligi quod in substantia rei sit aliquis ordo: non enim potest dici, quod hoc substantia sit prius, & illud posterius, quia substantia est tota simul & non per successionem, nisi in quibusdam defectibus, sicut sunt motus & tempus. Unde patet, quod multe partes diffinitionis, non significant multas partes essentie ex quibus essentia constituitur sicut ex diuersis, sed omnes significant vnũ quod determinatur vltima differentia. Patet etiã ex hoc, quod cuiuslibet speciei est vnã tantum forma substantialis, sicut leonis vna est forma, per quam est substantia, & corpus & animalium corpus, & animal, & leo. Si enim essent plures forme secundum omnia prædicta, non possent vnũ vnã differentia comprehendere, nec ex eis vnũ constitueretur. Concludit ergo finaliter recapitulãdo, quod nunc primo tot sunt dicta de diffinitionibus, que accipiuntur secundum diuisiones generis in differentias, & differentie in differentias, quales queãdam sunt, quia videlicet sunt ex his, que predicantur per se, & contentes in se partes speciei, & etiam vnãquæque est vnũ, hæc enim in præcedentibus de diffinitionibus sunt ostensa. Dicit autem { primum } quia in sequentibus de diffinitione, & quodquid est, aliqua determinatur.

Postquam

stantia hominis. Et ita istae duae substantiae, una, quae est homo, & alia, quae est animal, erunt in Socrate. Et hoc est quod dicitur quod dico animal sit substantia non solum hominis, sed etiam Socris. Et ita una substantia erit in duobus cum tamen supra ostensum sit, quod una substantia non est nisi unum.

Tex. c6. 45

Et non solum in Socrate hoc accidit, quod dictum est, sed totaliter in omnibus accidit, si homo & alia quae sic dicuntur, sicut species, sint substantiae, & quod nihil eorum, quae ponuntur in ratione specierum sit substantia, neque quod possit esse sine illis, in quorum diffinitione ponuntur, vel quod sint in aliquo alio, aut quod seipsam metum aliud. Sicut quod non erit quoddam animal praeter aliqua animalia, praeter species animalis. Et similiter est de omnibus alijs quae ponuntur in diffinitionibus, siue sint genera, siue differentiae. Et hoc ideo, quia cum species sint substantiae, si ea erant, quae in diffinitionibus specierum ponuntur, sint substantiae, in singularibus erunt plures substantiae, & una substantia erit plurius, ut de Socrate dictum est. Patet igitur ex dictis, quod nulli uniuersali est substantia, & nullum eorum, quae communiter predicantur, significat hoc aliquid, sed quale. Tertiam rationem ponit ibi.

parte. 7.

Tex. c6. 49. parte. 8.

¶ Sin autem tale, & alia quoque multa accidunt, & tertius homo. Amplius autem est & ita manifestum. Impossibile enim substantiam esse in existentibus sic ut actu. Duo namque sic actu nunquam sunt unum actu, sed si potentia duo fuerit, erunt unum, ut quae dupla, ex duobus dimidijs potentia. Actus namque separati. Quare, si substantia unum, non erit ex substantijs existentibus. Et secundum hunc modum quidem dicit Democritus recte. Impossibile enim autem esse ex duobus unum, aut ex uno duo fieri. magnitudines enim indiuisibiles, substantias facit. Similiter igitur manifestum, quia & in numero si habeat, si est numerus compositio unitatum, sicut dicitur a quibusdam, aut non inest unitas in ipso actu.

Tex. c6. 50. parte. 9.

¶ Dicit quod si praedicta conclusio non concedatur, accidunt multa inconuenientia, iter quae erit unum, quod oportebit ponere tertium hominem. Quod quidem potest exponi dupliciter. Vno modo, praeter duos homines singulares, qui sunt Socrates & Plato, sit tertius homo, qui est communis. quod quidem non est inconueniens secundum ponentes ideas, licet secundum rectam rationem inconueniens videatur. Alio modo, ut praeter hominem singularem & communem, ponatur tertius, cum communicent in nomine & ratione, sicut & duo homines singulares, praeter quos ponitur tertius homo communis, & ob hanc causam, quia communicant in nomine & diffinitione. Quartam rationem ponit ibi.

¶ Dicit quod uniuersalia non sunt substantiae. In hanc rationem, impossibile est enim aliquam substantiam esse ex pluribus

substantijs, quae sunt in ea actu. Duo enim, quae sunt in actu, nunquam sunt unum actu: sed duo, quae sunt in potentia, sunt unum actu, sicut patet in partibus continui. Duo enim diuisoria unius lineae sunt in potentia in ipsa linea dupla, quae est una in actu. Et hoc ideo, quia actus habet virtutem separandi & diuidendi. Vni quodque enim diuiditur ab altero per propriam formam, unde ad hoc, quod aliqua fiant unum actu, oportet quod omnia concludantur sub una forma, & quod non habeant singula singulas formas, per quas sint actu. Quare patet, quod si substantia particularis est una, non erit ex substantijs in ea existentibus actu, & sic si est ex uniuersalibus, uniuersalia non erunt substantiae. Et secundum hunc modum Democritus recte dicit, quod impossibile est unum fieri ex duobus, & ex uno fieri duo. Est enim intelligendum, quod duo in actu existentia, nunquam faciunt unum. Sed ipse non distinguens inter potentiam, & actum, posuit magnitudines indiuisibiles esse substantias. Voluit enim, quod sicut in eo, quod est unum, non sunt multa in actu, ita nec in potentia. & sic qualibet magnitudo est indiuisibilis. Vel aliter. Recte inquam dixit Democritus supposita sua positione, quae ponebat magnitudines indiuisibiles esse etiam rerum substantias, & sic esse semper in actu, & ita ex eis non fieri unum. Et sicut est in magnitudinibus, ita est in numero, si numerus est compositio unitatum, sicut a quibusdam dicitur. Oportet enim, quod vel dualitas non sit unum quid, siue quicumque alius numerus, siue quod unitas non sit actu in ea. Et sic dualitas non erunt duae unitates, sed aliquid ex duabus unitatibus compositum. Aliter numerus non esset unum per se & vere, sed per accidens, sicut quae

ita dicuntur, substantia est, accidit nihil eorum, quae in ratione sunt, alicuius substantiam esse, nec sine ipsis existere, nec in alio. Dico autem non esse quoddam animal praeter aliquid, nec ullum aliud eorum, quae in ratione sunt. Ex his itaque, considerantibus patet nihil eorum, quae uniuersaliter existunt, substantiam esse: nihilque eorum, quae communiter predicantur, quod quidem, sed tale significare.

¶ Quod si non, & alia multa accidunt, ac tertius homo.

¶ Item sic quoque patet. Impossibile enim est substantiam ex substantijs esse, quae sic insunt, ut actu. quae enim duo sic actu sunt, nunquam unum actu sunt, sed si potentia duo sunt, erunt unum: ut duplum ex duobus dimidijs potentia. actus namque separati. Quare, si substantia unum, non erit ex substantijs existentibus, & secundum hunc modum, quem recte Democritus dicit. Impossibile enim autem esse ex duobus unum, aut ex uno duo fieri. magnitudines namque indiuisibiles substantias facit. Patet igitur quod similiter & de numero se habeat, si numerus quidem compositio unitatum est, ut a quibusdam dicitur. aut enim non est unum dualitas, aut non inest in ea unitas actu.

¶ Habet autem quod accidit dubitationem. Si enim nec ex uniuersalibus possibile est ullam substantiam esse, propterea quod tale, & non quod quid significat, nec ex substantijs actu contingit ullam substantiam esse compositam, quicquam incompositum erit profecto omnis substantia: quare neque ratio ullius substantiae erit. At cunctis uidetur, & iam dictum est, aut solius substantiae, aut maxime definitionem esse. nunc uero, nec huius: nullius igitur definitionem erit, quodam modo uero non manifestum autem quod dicitur magis erit ex posterioribus.

coaceruantur. Deinde cum dicitur. ¶ Mouet dubitationem, circa praedicta dicens, quod id quod accidit ex praedictis habet dubitationem. Dicitur enim, quod ex uniuersalibus non potest esse aliqua substantia, praeter hoc quod uniuersale non significat hoc aliquid, sed quale. Secundo dicitur, quod ex substantijs in actu non potest esse aliqua

aliqua substantia. Et sic videtur sequi, quod substantia non potest componi, neque ex substantijs, neque ex non substantijs: ergo sequitur, quod omnis substantia sit incomposita. Et ita cum diffinitiones non dentur de substantijs in compositis, (quod patet per hoc quod diffinitio est ratio habens partes, ut supra dictum est) sequitur quod nullus substantiae sit diffinitio. Sed omnibus videtur (ut supra ostensum est) quod diffinitio, vel est solum substantiae, vel eius maxime. Nunc autem conclusum est, quod substantiae non sit diffinitio, ergo sequitur, quod nullus sit diffinitio. Dicitur autem ad praedictam dubitationem, quod quodammodo substantia est ex substantijs, quodammodo non. Hoc autem erit manifestum magis ex posterioribus in hoc capitulo, & in 8. Est enim ex substantijs in potentia, sed non in actu.

Tex. c6. 33.

Tex. c6. 51. parte. 1.

parte. 2.

Tex. c6. 56.

parte. 3.

parte. 4.

Tex. c6. 52. parte. 5.

Infra le. 16

Infra le. 16.

Infra pt. 10

Part. seq. parte. 6.

¶ Ostendam quod philosophus ostendit quod uniuersalia non esse substantias absolute, hic ostendit, quod non sunt substantiae a sensibilibus separatae: & diuisi in partes duas. In prima ostendit, quod uniuersalia non sunt substantiae separatae. In secunda manifestat quoddam, quod in superioribus dubium reliquerat. ibi ¶ Manifestum autem est quod substantiarum. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit uniuersalia non esse substantias separatas. Secundo ostendit, quod si sunt separatae, non sunt diffinibiles. ibi ¶ Quoniam uero substantia altera. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit inconuenientia, quae sequuntur ponentibus uniuersalia esse substantias separatas, comparando genus ad species. Secundo, comparando genus ad indiuidua. ibi ¶ Amplius autem in sensibilibus. ¶ Circa primum tria facit. Primo proponit quandam diuisionem. Secundo profertur primum membrum diuisionis. ibi ¶ Ratione namque palam. ¶ Tertio, secundum ibi ¶ Sed si alterum in unoquoque. ¶ Dicit ergo primo, quod ex praedictis etiam manifestum esse potest quid accidat de inconuenientibus, dicentibus ideas esse substantias & separabiles, quae dicuntur esse species uniuersales, & simul cum hoc ponentibus specie esse ex genere & differentijs. Haec enim duae positiones simul coniunguntur, scilicet quod species componantur ex genere & differentia, & quod species uniuersales sunt substantiae separatae, quae dicuntur ideae, ducunt ad inconuenientia. Si enim ponantur species esse separatae, constat, quod unum genus est in pluribus speciebus simul, sicut animal in homine & equo. A ut ergo hoc ipsum, quod est animal in homine & equo existens, est unum & idem numero, aut alterum in homine, & alterum in equo. Inducit autem hanc diuisionem, quia Plato ponebat ideas separatas, non autem generum, cum tamen poneret communiter uniuersalia esse substantias. Deinde cum dicitur. ¶ Profertur primum membrum diuisionis, & primo ostendit quod sit unum & idem animal. Secundo, ostendit inconuenientia, quae sequuntur hoc postea. ibi ¶ Si quidem ergo, ¶ Dicitur

¶ Ponit eandem diuisionem ex parte mouentis. Dicitur enim mouens tripliciter. Vno modo mouens secundum accidens, sicut muscus edificat. Alio modo secundum partem, sicut homo manu vulnerat & percutit. Tertio modo per se, sicut ignis calefacit, & Medicus sanat. Deinde cum dicit:

¶ Ponit secundam diuisionem motus seu mutationis. & circa hoc tria facit. Primo praemittit quaedam, quae sunt necessaria ad diuisionem motus accipiendam. Secundo diuidit motionem ibi. Quae autem non secundum accidens. Tertio manifestat diuisionem mutationis, ibi. Quae quidem igitur non ex subiecto. Dicit ergo primo, quod in qualibet mutatione inueniuntur quaeque. Est enim in omni mutatione aliquid quod est primum mouens. Secundo est aliquid quod mouetur. Tertio est tempus, in quo fit mutatio, quia omnis motus est in tempore. Quarto est terminus, ex quo incipit motus. Quinto est terminus, in quem motus tendit: non autem diuiditur motus sive mutatio in suas species, secundum mouens, neque secundum id quod mouetur, neque secundum tempus: quia ista sunt communia omni mutationi: sed diuiditur secundum terminos ex quo, & in quem est motus. Et ideo duo ultimo posita manifestat, dicens quod species, i. formae & passionis, i. qualitates & locus sunt termini motu, quia in ea mouetur ea, quae mobilia sunt. Et dicit species, propter generationem & corruptionem. Passiones, propter alterationes. Et locum, propter loci mutationem. Et exemplificat de passionibus per caliditatem & caliditatem. Sed quia quibusdam videbatur, quod caliditas esset idem quod alteratio, & sic sequeret quod caliditas esset motus, & non terminus motus, ideo dicit quod caliditas non est motus, sed calefactio. Deinde cum dicit: Praetermissis duabus partibus primae diuisionis, accipit tertiam, & eam subdividit secundum terminos, scilicet mutationem, quae non

non

non est per accidens, neque secundum partem dicens quod permutatio, quæ non est secundum accidens, non existit inter quoscunque terminos, sed oportet quod termini eius sint vel contraria, sicut est mutatio de albo in nigrum: vel intermedia, sicut mutatio de nigro in rubeum, & de rubeo in pallidum. Aut est mutatio inter contradictoria, sicut de albo in non album, aut econuerso. Tacet autem de privatione oppositis, quia media sunt inter contradictoria & contraria, & sub eis intelliguntur. Dicit autem, quod permutatio quæ est secundum accidens, non habet terminos determinatos. sicut enim permutatio non habet terminos determinatos. Fit enim per accidens mutatio de albo in dulce, non quidem inquantum est album, sed inquantum est amarum. Et quia solum inter predictos terminos fit permutatio, ostendit per inductionem. Quatuor enim modis possunt variari termini mutationis. Aut ita quod uterque sit affirmatiuus, ut si aliquid dicitur mutari ex albo in nigrum. & hoc est quod dicitur, Ex subiecto in subiectum: Aut ita quod uterque sit negatiuus, ut si aliquid dicitur mutari de non albo in non nigrum. Et hoc est quod dicitur, Ex non subiecto in non subiectum: Aut ita quod uterque sit affirmatiuus, & terminus ad quem sit negatiuus, ut si dicatur mutari de albo in non album. Et hoc est quod dicitur, Ex subiecto in non subiectum: Aut ita quod uterque sit negatiuus, & terminus ad quem sit affirmatiuus, ut si dicatur mutari de non albo in non nigrum. Et hoc est quod dicitur, Ex non subiecto in non subiectum. Exponit autem quod dixerat subiectum, scilicet id quod affirmatiue significatur. Harum autem quatuor combinationum, una est inutilis, non enim est aliqua permutatio de non subiecto in non subiectum. Dux enim negationes, sicut non album, & non nigrum, neque sunt contraria, neque contradictoria: quia non sunt opposita: possunt enim verificari de eodem. multa enim sunt, quæ neque alba neque nigra sunt. Vnde, cum mutatio sit inter opposita, ut in Primo Physicorum probatum est, relinquatur quod de non subiecto in non subiectum, non sit permutatio. Et sic est necesse solum tres esse permutationes scilicet duas secundum contradictionem, & unam secundum contrarietatem. Deinde cum dicitur, e Quæ manifestat quid sint prædictæ tres mutationes. & circa hoc tria facit. Primo ostendit, quod duæ earum sunt generatio & corruptio. Secundo ostendit, quod neutra earum est motus, ibi. {Si itaque non est.} Tertio concludit, quæ mutatio dicitur motus, ibi. Quoniam autem omnis motus &c.} Dicit ergo primo, quod trium prædictarum mutationum illa, quæ est de non subiecto in subiectum, existens inter contradictorios terminos, vocatur generatio. Sed hoc contingit dupliciter, quia aut est mutatio de non ente simpliciter in ens simpliciter, & tunc est generatio simpliciter: & hoc est quando mutabile subiectum mutatur secundum substantiam. Aut est de non ente in ens non simpliciter, sed secundum quid: sicut de eo quod non est album, in albo: & hæc est generatio quadam, & secundum quid, illa vero mutatio, quæ est de subiecto in non subiectum, dicitur corruptio. & simpliciter in hac distinctione, simpliciter & secundum quid, sicut in generatione. Deinde cum dicitur, f Ostendit philosophus quod neutra harum mutationum est motus. & primo ostendit hoc de generatione. Secundo de corruptione, ibi. {Neque itaque corruptio motus.} Dicit ergo primo, quod non ens dicitur multipliciter, scilicet ens & non ens. Vno enim modo dicitur, quod est secundum compositionem & diuisionem propositionum, & hoc cum non sit in rebus, sed in mente non potest moueri. Alio modo dicitur ens & non ens secundum potentiam & actum. & id, quod est actus, est simpliciter ens: quod autem est secundum potentiam tantum, est non ens. Dicit ergo, quod neque contingit moueri hoc non ens, quod quidam est secundum potentiam ens, sed non ens actus, & quod est quod si oppositum est in actu simpliciter. Sed quare dicitur quod est oppositum ens simpliciter, manifestat, cum subditur: Quod enim non album.} Ens enim in potentia, quod opponitur enti in actu, quod non est ens simpliciter, contingit moueri, quia quod non est non album in actu, aut non bonum in actu, contingit moueri, sed tamen secundum accidens. non enim ipsum non album mouetur, sed subiectum in quo est hæc privatio, quod est ens actus, quod enim est non album, potest esse homo. Sed quod est non ens in actu simpliciter, id est secundum substantiam, nequaquam contingit moueri, si inquam hæc omnia vera sunt, im possibile est non ens moueri. Et si hoc verum est, impossibile est generationem esse motum, quia non ens generatur. est enim generatio, ut dictum est, de non ente in ens. Vnde, si generatio simpliciter est motus, sequeretur quod non ens simpliciter moueretur. Sed huic processui posset aliquis obuiare dicens, quod non ens non generatur nisi per accidens, per se enim generatur id quod est subiectum generationis: id est ens in potentia. Non ens autem, significat privationem in materia. Vnde non generatur nisi per accidens. Sed hanc obuiationem excludit, ibi. {Si in & quoniam maxime.} Dicens, quod licet non ens non generatur nisi secundum accidens, tamen de eo, quod generatur simpliciter, verum est dicere quod est non ens. & de quo uero est hoc verum dicere, impossibile est id moueri: ergo subiectum mutationis impossibile est moueri. Et similiter impossibile est ipsum quiescere, quia non ens simpliciter non mouetur, neque quiescit. hæc enim inconuenientia accidit, si quis ponit generationem esse motum. Ad ostendendum autem, quod non ens non mouetur, subiungit quod omne quod mouetur, est in loco: quia

Tex. c6. 47. Lect. 13.

quia motus localis, est prior motuum, non ens autem simpliciter, non est in loco, quia alicubi est non ens: igitur non potest moueri, & sic generatio non est motus. Et ex hoc ulterius ostendit, quod neque corruptio est motus, ibi. {Neque itaque corruptio.} Quia motui non contrariatur nisi motus, vel quies: sed corruptio ni contrariatur generationi. Si ergo corruptio sit motus, oportet quod generatio sit vel motus, vel quies, quod non potest esse, ut ostensum est. Deinde cum dicitur, g Ostendit quæ mutatio dicitur motus, dicens, quod omnis motus est aliqua permutatio. Permutationes autem sunt solum tres, quarum duæ, quæ sunt secundum contradictionem, scilicet generatio & corruptio, non sunt motus. Relinquitur ergo, quod sola mutatio, scilicet de subiecto in subiectum sit motus. Et cum subiecta ista, inter quæ est motus, oporteat esse opposita, necesse est quod sint contraria, vel intermedia, quia privatio licet affirmatiue mouetur, sicut nudus, & edentulus, & nigrum: tamen ad contrarium reducitur, quia privatio est prima contrarietas, ut in Decimo ostensum est. Dicit autem nigrum esse privationem non simpliciter, sed inquantum defectiue participat generis naturam.

quia motus localis, est prior motuum, non ens autem simpliciter, non est in loco, quia alicubi est non ens: igitur non potest moueri, & sic generatio non est motus. Et ex hoc ulterius ostendit, quod neque corruptio est motus, ibi. {Neque itaque corruptio.} Quia motui non contrariatur nisi motus, vel quies: sed corruptio ni contrariatur generationi. Si ergo corruptio sit motus, oportet quod generatio sit vel motus, vel quies, quod non potest esse, ut ostensum est. Deinde cum dicitur, g Ostendit quæ mutatio dicitur motus, dicens, quod omnis motus est aliqua permutatio. Permutationes autem sunt solum tres, quarum duæ, quæ sunt secundum contradictionem, scilicet generatio & corruptio, non sunt motus. Relinquitur ergo, quod sola mutatio, scilicet de subiecto in subiectum sit motus. Et cum subiecta ista, inter quæ est motus, oporteat esse opposita, necesse est quod sint contraria, vel intermedia, quia privatio licet affirmatiue mouetur, sicut nudus, & edentulus, & nigrum: tamen ad contrarium reducitur, quia privatio est prima contrarietas, ut in Decimo ostensum est. Dicit autem nigrum esse privationem non simpliciter, sed inquantum defectiue participat generis naturam.

ubi. Neque itaque corruptio motus, contrarium enim motui motus, aut quies: corruptio autem generationi.

g Quoniam autem omnis motus permutatio quædam: permutationes autem tres dicte, harum autem, quæ secundum generationem & corruptionem non motus, (hæc autem quæ secundum contradictionem) necesse est eam, quæ ex subiecto in subiectum mutationem esse solam. subiecta autem contraria, aut intermedia, etenim priuatio ponitur contrarium. Motus autem affirmatiue, puta nudum & edentulum & nigrum.

LECTIO XII.

Igitur prædicamenta, substantia, qualitate, loco, facere, aut pati, ad aliquid, & quanto, necesse tres esse motus, qualis, quanti, & loci.

b Secundum substantiam autem non, propter nullam esse substantiæ contrarium.

LECTIO XII.

Quæ diuisit transmutationes in generationem & corruptionem & motum, hic subiungitur alterum membrum diuisionis scilicet motum, secundum genera diuisantur per substantiam, qualitatem, etiam huiusmodi, & in aliis generibus non possit esse motus, erunt igitur tria genera entis, in quibus potest esse motus, quæ sunt qualitas, quantitas, & ubi: loco cuius ponit locum, quia nihil aliud significat esse ubi, nisi esse in loco: & moueri secundum locum nihil est aliud quam moueri secundum ubi, non enim motus secundum locum attribuitur subiecto loco, in quo est locus, sed ei quod est in loco. A trendendum est autem, quod prætermittere uideatur tria genera scilicet quando, situm, & habere. Cum enim Quando, significet esse in tempore, tempus autem sit numerus motus, eiusdem rationis est non esse motum in genere quædo, & non esse motum in genere actionis & passionis, quæ significant aliquoties ipsum motum. Positio uero non addit supra ubi, nisi ordinem partium determinati, qui nihil aliud est quam determinata relatio partium adinuicem. Habitus etiam importat habitudinem indumenti ad indumentum. Et sic eiusdem rationis uideatur esse quod non sit motus in situ, & habere: & quod non sit in ad aliquid.

Probat propositum, & circa hoc tria facit. Primo ostendit quod non sit motus in substantia. Secundo, quod non sit motus in ad aliquid. Neque ad aliquid. Tertio, quod non sit motus in æge.

re & pati, ibi. {Neque facientis & patientis.} Ostendit ergo primo, quod secundum substantiam non potest esse motus, quia motus est mutatio de subiecto in subiectum. Duo ergo subiecta, inter quæ est motus, sunt contraria, aut media. cum igitur substantiæ nihil sit contrarium, relinquatur, quod secundum substantiam non potest esse motus, sed generatio & corruptio tantum, quorum termini sunt oppositi secundum contradictionem, & non secundum contrarietatem, ut supra dictum est. Videtur autem hoc, quod dictum est, substantiæ nihil esse contrarium, falsum esse, cum ignis manifeste appareat contrarius aquæ. Et cum Aristot. in Primo de Cælo probauerit, quod cælum non est corruptibile, quia non habet contrarium, alia uero corpora, quæ sunt corruptibilia, contrarium habent. Dixerunt igitur quidam, quod toti substantiæ compositæ, non est aliquid contrarium, quia oportet contrariorum esse unum subiectum, sed formæ substantiali nihil prohibet esse contrarium. Dicebant enim, quod calor est forma substantialis ignis. Hoc autem non potest esse uerum, quia formæ substantiales non sunt sensibiles per se. Et iterum manifestum est, quod calor & frigus in aliis corporibus sunt accidentia. Quod autem est in genere substantiæ, nulli potest accidens esse. Vnde alii dixerunt, quod calor & frigus non sunt formæ substantiales ignis & aquæ, sed tamen eorum formæ substantiales sunt contrarie, & recipiunt magis & minus, & sunt quasi mediæ inter substantiam & accidens. sed hoc omnino irrationabiliter dicitur. Nam, cum forma sit principium speciei, si forma ignis & aquæ, non sunt ueræ substantiales, neque ignis & aqua sunt ueræ species in genere substantiæ. Non est igitur possibile, quod inter substantiam & accidens sit aliquod medium, tum, quia sunt diuersorum generum: inter huiusmodi autem non cadit medium, ut supra in Decimo ostensum est: tum, quia etiam distinctiones substantiæ & accidentis immediatæ sunt. est enim substantia ens per se, accidentis uero per se non est, sed in alio. Dicendum est ergo, quod nec formæ substantiales possunt esse contraria, quia contraria sunt extrema quædam cuiusdam determinatæ distantiæ, & quodam modo continuæ, cum sit motus de uno contrario in aliud contrarium. Vnde in illis generibus, in quibus talis distantia continua & determinata non inuenitur, non potest contrarium inueniri. Sicut patet in numeris. Distantia enim numerorum adinuicem non intelligitur secundum aliquam continuitatem, sed secundum additionem unitatum. vnde numerus numero non est contrarius. Et similiter, nec figura figuræ. Eodem autem modo est in substantiis, quia ratio cuiuslibet speciei constituitur in quodam determinato indiuisibili. Sed, cum forma sit differentie principium, si formæ substantiales non sunt adinuicem contraria, sequitur quod non sit contrarietas in differentiis, cum tamen supra ostensum sit, quod genus diuiditur in contrarias differentias. Dicendum est igitur, quod forma substantialis secundum quod in se consideratur, constituit speciem in genere substantiæ. Secundum autem, quod una forma habet sibi intellectam priuationem alterius formæ, sic diuersæ formæ sunt contrariae differentiarum principia: nam priuatio quodammodo contraria est. Et per hunc modum opponuntur animatum, & inanimatum. rationale & irrationale & huiusmodi. Deinde cum dicitur,

motui motus aut quies contrarium est. corruptio uero, generationi est contraria.

At cum omnis motus mutatio quædam sit: mutationes uero tres, quæ dicte sunt, harum uero, quæ secundum generationem & corruptionem minime sit motus (sunt autem illæ secundum contradictionem) necesse est subiecto in subiectum mutationem solam motum esse. subiecta uero, aut contraria, aut media, nam et priuatio contrarium esse ponatur, quando quidem affirmatio declaratur, ueluti nudum, cacum, & nigrum.

LECTIO XII.

Igitur prædicamenta, substantia, qualitate, loco, facere, aut pati, ad aliquid, & quantitate diuisantur, tres esse motus necesse est, qualis, quanti, & loci.

Secundum uero substantiam, minime: propterea quod substantiæ nihil contrarium est.

& frigus in aliis corporibus sunt accidentia. Quod autem est in genere substantiæ, nulli potest accidens esse. Vnde alii dixerunt, quod calor & frigus non sunt formæ substantiales ignis & aquæ, sed tamen eorum formæ substantiales sunt contrarie, & recipiunt magis & minus, & sunt quasi mediæ inter substantiam & accidens. sed hoc omnino irrationabiliter dicitur. Nam, cum forma sit principium speciei, si forma ignis & aquæ, non sunt ueræ substantiales, neque ignis & aqua sunt ueræ species in genere substantiæ. Non est igitur possibile, quod inter substantiam & accidens sit aliquod medium, tum, quia sunt diuersorum generum: inter huiusmodi autem non cadit medium, ut supra in Decimo ostensum est: tum, quia etiam distinctiones substantiæ & accidentis immediatæ sunt. est enim substantia ens per se, accidentis uero per se non est, sed in alio. Dicendum est ergo, quod nec formæ substantiales possunt esse contraria, quia contraria sunt extrema quædam cuiusdam determinatæ distantiæ, & quodam modo continuæ, cum sit motus de uno contrario in aliud contrarium. Vnde in illis generibus, in quibus talis distantia continua & determinata non inuenitur, non potest contrarium inueniri. Sicut patet in numeris. Distantia enim numerorum adinuicem non intelligitur secundum aliquam continuitatem, sed secundum additionem unitatum. vnde numerus numero non est contrarius. Et similiter, nec figura figuræ. Eodem autem modo est in substantiis, quia ratio cuiuslibet speciei constituitur in quodam determinato indiuisibili. Sed, cum forma sit differentie principium, si formæ substantiales non sunt adinuicem contraria, sequitur quod non sit contrarietas in differentiis, cum tamen supra ostensum sit, quod genus diuiditur in contrarias differentias. Dicendum est igitur, quod forma substantialis secundum quod in se consideratur, constituit speciem in genere substantiæ. Secundum autem, quod una forma habet sibi intellectam priuationem alterius formæ, sic diuersæ formæ sunt contrariae differentiarum principia: nam priuatio quodammodo contraria est. Et per hunc modum opponuntur animatum, & inanimatum. rationale & irrationale & huiusmodi. Deinde cum dicitur,

Lec. 12. tex. com. 20.

tex. c6. 15.

c Ostendit

e ostendit nō per se esse motum in genere ad aliquid, sed solum per accidens. Sicut enim aliquid mouetur per accidens, quando non fit motus in eo, nisi quodam altero modo, ita & in aliquo dicitur esse motus per accidens, quando non fit motus in eo, nisi quodam altero modo. Hoc autem inuenimus in genere ad aliquid, quod nisi aliquid alterum permouetur, non verum est dicere quod in eo fiat permutatio. Sicut non fit de equali inaequale, nō facta permutacione secundum quantitatem. Et similiter nō fit de dissimili simile, nisi facta permutacione secundum qualitatem. Videmus et, quod vnum relatiuum dicitur permoueri, facta permutacione circa alterum, sicut alterū per se manens, de sinistro fit dextrum, altero secū dum locum permouito. Relinquitur igitur, quod in ad aliquid non est motus, nisi per accidens. Deinde cum dicitur.

Neque ad aliquid. Est. n. altero nihil permutato, verificari alterū nihil permutatū. quare scdm accidens motus ipsorū. Neq; facientis & patietis, vt mouētis & moti: qā nō est motus motus, neque generationis generatio. Dupliciter. n. cōtingit motus esse motū: aut vt subiecti, uelut homo mouet, qā ex albo in nigrū permouetur. Quare sic & motus, aut calefit, aut infrigidatur, aut locū permouat, aut angetur. hoc autem impossibile. non. n. subiectorū aliquid permutatio. Aut eo qd alterū aliquid subiectū ex permutacione permouetur in aliā speciem, uelut homo ex languore in sanitate. Sed nec hoc possibile, nisi secundum accidens (Omnis enim motus ex alio in aliud est permutatio, & generatio & corruptio eodē modo: uerum tamen quā quidem ex oppositis, sic, aut nō sic, nō mot?) simul igitur permouetur ex sanitate in aegritudinē, & ex hac ipsa permutacione in aliam. Palā aut, quia si languerit, permouetur erit in qualiacūque: cōtingit enim quiescere. Et adhuc in non contingentem semper, & illa ex aliquo in aliquid aliud erit. quare opposita erit sanatio, sed per accidens, uelut ex reminiscētia in obliuionem permouetur, quia cui existit permouetur, quādoque quidē in sciam, quāque autem in sanitatem. Et adhuc in infinitum ibit, si erit permutacionis permouitio, & generationis generatio.

fiat transmutatio in aliam. Et sic simul, dum aliquid mouetur de sanitate in aegritudinē, transmutabitur de sanatione in aliam transmutacionē. sed hoc non uidetur nisi in quantum vna mutatio succedit alteri. Contingit autē, quod ad hanc mutacionē, quā aliquid mouetur de sanitate in aegritudinē, succedat quous alia mutatio: puta dealbario, uel denigratio, mutatio secundum locum, uel quacūque alia. Vnde manifestū est, qd si aliquis languet per hoc quod mouetur de sanitate in aegritudinē, quod ex hac mutacione permoueri poterit in quācūque aliam mutacionem. Neque est mirū, quia poterit ex hac mutacione mutari, uel in quiete, contingit, post hanc mutacionē aliquid quiescere. Sed, cum omnis mutatio sit in non contingentem, & ideo in oppositum, quod non contingit simul uel esse cum suo opposito, sequitur quod permouitio sic demutacione in mutacionem, quod semper sit in oppositam mutacionem, quā appellat nō contingentem. Et illa transmutatio, in quam fit transitus, oportet quod sit de aliquo in aliquid. Quare non fiet transitus de permutacione languoris, nisi in oppositam mutacionem, quā dicitur sanatio. & sic uidetur id quod corruptio sequi, scilicet, quod opposita permutatio fiat de vna permutacione in quancūque aliam, & quod non nisi in oppositam. Ex quo sequitur uerius, qd simul dum mutatur aliquid ad vnum oppositorum, mouetur in mutacionē tūq; in aliud oppositum, quod uidetur impossibile. Sequitur enim, quod simul intentio naturæ tendat in opposita. non igitur est possibile, quod per se mouetur aliquid de vna permutacione in aliam: sed per accidens hoc contingit, sicut aliquis permouetur ex reminiscētia in obliuionem, quia subiectum permouetur quandoque ad vnum terminum, quandoque ad alium: non quod sit intentio mouentis ad hoc, quod simul dum permouetur in vnum, intendat tendere in aliud. Deinde cum dicitur.

Secundam rationem ponit, quā talis est. Si permutatio sit permutacionis, sicut terminus termini, uel generatio generationis, necesse erit, quod ad permutacionem non perueniatur, nisi per aliam permutacionem, sicut ad qualitatem non peruenitur nisi per alterationem precedentem: & sic ad illam mutacionē precedentem non peruenitur, nisi per aliquam priorem mutacionem, & ita procedetur in infinitum: quod esse non potest, qd si ponantur infinitæ permutaciones hoc modo ordinatæ, quod vna inducat ad aliam, necesse est priorem esse, si posterior sit. Ponamus enim quod generacionis simpliciter, quæ est generatio substantiæ, sit quædam generatio: si ergo generatio simpliciter fiat quandoque & iterum ipsum fieri generacionis simpliciter aliquando fiebat, sequetur quod nodum erat quod sit simpliciter, sed erat generatio secundum aliquid secundum quod sit ipsa generatio generationis: si itaque & hæc generatio aliquando fiebat, cum non sit abire in infinitum, & in infinitis non sit accipere primum, non erit deuenire ad primum fieri: si autem prius non est, neque posterius, ut supra dictum est. quare sequetur quod non sit habitudo, sicut id quod consequenter est. Et in de sequitur, quod nihil possit fieri neque moueri neque mutari, quod est impossibile. Nō igitur possibile, quod mutacionis sit mutatio. Deinde cum dicitur.

Teriam rationem ponit, quæ talis est. Motus cōtrarij sunt autem subiecti, etiam quies & motus, & est generatio & corruptio, quia opposita nata sunt fieri circa idē. Si igitur aliquid subiectum transmutetur de generatione in corruptionem, simul dum generatur, transmutabitur ad corruptionem, quod est transmutari ad esse: nam corruptio nis terminus est nō esse, quod autem transmutatur ad non esse, corruptio. Sequitur igitur, quod aliquid simul dū fit, corruptur. Sed hoc non potest esse. Neq; enim dū aliquid fit corruptur, neque statim postea corruptur. Cū enim corruptio sit de esse in non esse, oportebit id quod corruptur esse. Et sic oportet in ter generatione, quæ est mutacio ad esse, & corruptionem, quæ est mutacio ad nō esse, inuenire quietem mediam. & sic nō est mutacio de generatione in corruptio nem.

LECTIO XIII.

Imul autem secundum locum, quacūque in vno loco primo. Et ferorū, quacūque in alio. Tangi autem, quorum vltima sunt

LECTIO XIII.

Imul secundum locum esse dicuntur, quæ in uno loco primo sunt. Et separata, quæ in diuerso. Tangi autem, quorum extrema sunt simul. Medium, in quod

Orificat q̄ circumstāt motū, & præcipue motū localem. Et pri mo notificat ea. Sed o inducit quædam corollaria ex dictis ibi. Quare palam, dicitur ergo primo quod simul secundum locum dicuntur, quacūque sunt in vno loco primo, & ideo proprio. Si enim aliqua sunt in vno loco cōmuni, non propter hoc dicuntur esse simul. Sic enim omnia, quæ continentur cæli ambitu, dicerentur esse simul. Sed si autem dicuntur, quacūque sunt in alio, & in alio loco. Tangi autem

alia disciplinatio, quæ ad eam terminetur, quæ sit disciplina disciplinatio. Quare relinquitur, quod non sit generatio generationis. Deinde cum dicitur.

Concludit principale intentum, dicens quod quia motus non potest esse neque in genere substantiæ, neque in ad aliquid, neque in agere & pati. Relinquitur quod motus sit secundum quale & quantum & ubi. In his enim generibus cōtingit esse contrarietatem, quæ est iter terminos motus, ut ostensum est. Sed, quia qualitas quādoque dicitur de forma substantiali, subiungitur quod cū motus dicitur esse in quali, non intelligitur significare substantiam secundum quod differētia substantiæ his prædicatur in eo quod quale, sed de quali secundum quod dicitur aliquid pati, uel impassibile esse. Nō enim est proprie alteratio, nisi secundum passibiles qualitates, ut in 7. Physicorum probatur. Deinde cum dicitur.

Ostendit quot modis dicitur immobile. & ponit tres modos, quorum primus est, quod immobile dicitur id, quod omnino est impossibile moueri, sicut Deus est immobilis. Secundus modus est, quod dicitur immobile, id quod in ui non potest moueri, sicut saxum magnū. Tertius modus est, secundum quod dicitur immobile id, quod natum est moueri, sed tunc non possit moueri, quando natum est moueri, & sicut natum est moueri, & sicut natum est moueri, & hoc solum immobile dicitur proprie quiescere, quia quies est contraria motui. Vnde oportet, qd quies sit priuatio motus in susceptiuo motus.

Quare neque generatio generationis. Cum vero neque substantiæ, nec ad aliquid, neque facienti, ac patiendi, superest secundum quale, & quantum, & ubi motum duntaxat esse. quando quidem in horum singulis contrarietas est. Quare autem dico, non quod in substantia (si quidem differētia quale est) uerum passiuum quale, quo dicitur res, aut pati, aut impassibilis esse. Immobile autem est, & quod omnino impossibile est moueri. & quod in multo tempore uix mouetur, aut quod tarde incipit. & quod natum quidem est moueri, non possit autem, quando natum est, & ubi, & quomodo: quod sane inter immobilia solum uoco quiescere. contraria enim quies motui. quare priuatio erit susceptiuum.

Item necesse materiam subesse ei, quod fit, & mutatur, quæ igitur erit uel alterabile quiddam, aut corpus, aut anima, ita quiddam etiam eius, quod fit, aut motus, aut generatio, aut aliquid item ad hoc mouetur. nam opus est aliquid huius ex hoc in hoc, quod motus non est, esse motum. Quomam igitur modo? Non erit doctrina doctrina, quare neque generatio generationis.

Adhuc oportet materiam subesse ei, quod fit & permouetur. Quæ igitur erit, quemadmodum alterabile corpus, aut aia; aut aliquid, sic aliquid quod sit motus, & generatio, & aliquid in quod mouetur: Oportet. n. esse aliquid eū, qui huius ex hoc in hoc moti, nō motū. Qualiter igitur? Neq; n. erit disciplina disciplinatio. Quare, neq; generō generōnis.

Quomā aut neq; sube, neque eius, quod aliquid, neq; eius, quod est facere & pati, relinquitur secundum quale & quantum & ubi motum esse. Horum enim vnicuique contrarietas est. dico aut quale non quod in substantia. etenim differētia quale, sed quod passiuum, secundum quod dicitur pati, aut impassibile esse.

Immobile aut quod totaliter impossibile moueri: & quod vix in tēpore multo tarde incipiēs. & quod natum quidem est moueri, non potēs autem quando natum est. & vt quod uoco quiescere immobilem solum: cōtrariū enim quies motui. quare priuatio utiq; erit susceptiuum.

Imul autem secundum locum, quacūque in vno loco primo. Et ferorū, quacūque in alio. Tangi autem, quorum vltima sunt

tex. cō. 11.

LECTIO XIII.

tem adiuuicem dicuntur, quorum vlcima sunt simul, puta duo corpora, quorum superficies coniunguntur. Medium autem inter duo est, in quod id, quod continuo permittitur, natu est prius peruenire quam in vltimum. Sicut si motus continuus de A in C, prius veniet in B id, quod mutatur, quam in C. Contrarium vero secundum locum est, quod est plurimum distans secundum rectam lineam. non enim distantia plurima potest mensurari secundum lineam curuam, eo quod inter duo puncta possunt designari infinite divisiones circuli distantes, non potest esse nisi una linea recta. Mensuram autem oportet esse certam & determinatam. Plurimum autem distans in locis inuenitur secundum naturam sursum & deorsum, quae sunt medium & extre- mum mundi. Consequenter autem dicitur quod est post aliquid primum principium, siue attendatur ordo secundum positionem, siue secundum speciem, sicut binarius est post unitatem, siue qualitercumque; aliter. Adhuc autem oportet, quod nihil eiusdem generis sit medium inter id, quod est consequenter, & id, cui consequenter est: sicut linea sunt consequenter alicuius lineae, & unitates alicuius unitati, & domus alicui domui consequenter. Sed nihil phibet inter duo, quorum vnum se habet consequenter ad alterum, esse aliquid medium alterius generis, puta, si inter duas domus, sit vnus equus medius. Et ad manifestandum praemissam diuisionem subiungit, quod illud, quod dicitur consequenter, oportet quod sit consequenter respectu alicuius, & quod sit aliquid posterius. Vnum enim non se habet consequenter ad duo, cum sit prius, neque noua luna ad secundam, sed e conuerso. Deinde dicit, quod habitum dicitur illud, quod est consequenter & tangit, puta si duo corpora sint ordinata, quorum vnum alterum tangat. Deinde dicit, quod cum omnis permutatio sit inter opposita, & opposita, inter quae est permutatio, sine contraria & contradictoria, ut ostensum est: & cum contradictionis nullum sit medium, manifestum est, quod inter sola contraria oportet esse medium, cum medium sit inter ex-

COMMENTARIORVM S. THO. SVPBR VNDICIMVM Metaph. finis.

tema motus, ut ex diffinitione superius posita patet. hoc autem bene inducit. Quia enim dixerat, quod consequenter sunt, inter quae non est medium, conueniens fuit, ut ostenderetur inter quae potest esse medium. Deinde ostendit quid sit continuum & dicit, quod continuum addit aliquid supra habitum. Et dicit quod continuum est, cum vtriusque eorum, quae se tangunt, & quae simul sunt, sit vnus & idem terminus, sicut partes lineae continuatur ad punctum. Deinde dicit, b ¶ Inducit etiam corollaria ex praemissis, quorum primum est, quod continuum est in illis, ex quibus natum est fieri vni secundum contactum, & hoc ideo est, quia continuum requirit identitatem terminum. Secundum corollarium est, quod inter ista tria, consequenter, contactum, & continuum, prius & communius est, quod est consequenter. Non enim omne quod est consequenter tangit, sed omne quod tangit est consequenter. Oportet enim contactum secundum positionem esse ordinatum, & nihil eorum esse medium. Et similiter tangens est prius & communius eis quam continuum, quia si est continuum, est necesse quod tangat. Quod enim est vnum, necesse est esse simul, nisi forte intelligatur in hoc, quod est esse simul, pluralitas. Sic enim continuum non est contactum, sed eo modo quo id quod est vnum est simul, necesse est continuum esse tangens, sed non sequitur, si tangit quod sit continuum, sicut non sequitur, quod aliqua sunt simul, quod sint vnum. Sed in quibus non est contactus, non est nascituria, & ideo naturalis coniunctio, quae est proprie continuorum. Tertium corollarium est, quod punctus & vnitas non sunt idem, ut Platonici posuerunt dicentes, quod punctum est vnitas habens positionem. Et quod non sint idem, patet ex duobus, primo quidem, quia secundum puncta est contactus, non autem secundum vnitates, sed consequenter se habent adiuuicem. Secundo, quia inter duo puncta semper est aliquid medium, ut probatur in 6. Phy. Sed inter duas vnitates, necesse non est aliquid esse medium.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER DVODECIMVS, Cum Diui Thomae praclarissimis commentarijs.

LECTIO PRIMA.

OSTQVAM Philosophus in precedenti libro recollegerat, quae ante dicta erant tam in hoc libro quam in lib. Physicorum de entibus imperfectis. in hoc lib. intendit recolligere, quae dicta sunt de entibus simpliciter, id est de substantia, tam in 7. & in 8. huius, quam etiam in Primo Physicorum, & addere id quod deest ad complendam considerationem de substantijs & diuiditur in partes duas. In prima ostendit, quod ad istam scientiam prinet considerare praecipue de substantia. In secunda de substantia determinat. ibi ¶ Substantia vero tres. ¶ Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit, dicens, quod haec scientia est theoria, & id est consideratio principalis de substantia. Nam cum ista scientia, vtque prima, & quae sapientia dicitur principia prima entium inquirat, necesse est quod haec scientia inquiratur principaliter principia & causa substantiarum nam ista sunt principia entium prima. Quomodo autem distent principia & causa, in Quinto habitum est.

LECTIO II.

DE substantia quidem theoria est. Nam substantiarum principia & causa quaeruntur.

Quod si totum quoddam oem substantia est prima pars. Et si eo quod consequenter, & ita primum substantia, deinde qualitas, aut quantitas.

Similiter autem nec entia nihil est simpliciter dicere haec, sed qualitates & motus, aut non album & non rectum. dicimus n. esse & hoc, puta est non album.

Amplius nihil aliorum separabile.

Testatur autem & antiqui opere. Nam substantiae quaerebant principia & elementa & causas. Qui quidem nunc, substantias vniuersalia magis ponunt. Na genera vniuersalia, quae dicunt principia & substantias esse magis, pp logice inquirere. Qui vero antiqui, particularia, vt igne & terra. Sed non eorum corpus.

primo. ca. 1. ca. 2. ca. 3. ca. 4. ca. 5. ca. 6.

se adiuuicem, sicut quae in nullo communi conueniunt. & hoc intellexit cum dixit: & si in eo quod consequenter &c. vtrolibet enim modo sequitur quod substantia sit prior alijs entibus. c. ¶ Secundo modo probat idem dicens, quod quantitas & qualitas & huiusmodi, non sunt simpliciter entia, vt infra dicitur.

LECTIO III.

Peculatio de substantia est: siquidem substantiarum principia, & causa quaeruntur.

Etenim, si ut totum aliquid vniuersum est, substantia prima pars est. & si ex consequenti, hoc quoque modo primum est substantia, deinde quale, postea quantum.

At simul (ut ita dicam) nec entia sunt ista simpliciter, verum qualitates, & motus, quemadmodum non album, & non rectum. dicimus namque haec quoque esse, velui est non album.

Practerea, ceterorum nullum separabile est.

At hoc idem opere testantur Antiquiores. quippe qui principia, elementa, & causas substantiae quaerebant. Recentiores vero, vniuersalia magis ponunt esse substantias. genera namque vniuersalia sunt, quae a se sunt magis principia, atque substantias esse, propterea quod Logice quaerunt. Antiquiores vero singularia, vt igne & terra, non autem corpus commune.

uationes non habet esse aliqual, sed est deficiens ab esse. Sic igitur, cum accidentia non sint simpliciter entia, sed solum substantiae, haec scientia, quae considerat ens in quantum est ens, non considerat principaliter accidentia, sed substantias. d. ¶ Tertio modo probat, quia scilicet alia entia non possunt separari a substantia. Accidentia enim non possunt esse nisi in subiecto. Et ideo in consideratione substantiae, includitur consideratio accidentium. e. ¶ Quarto probat idem dicens, quod etiam Philosophi antiqui testantur ipso facto, quod Philosophi consideratio est de substantijs, quia quaerentes causas entis, quaerunt causas substantiae solum. Et hoc fecerunt & quidam moderni, sed tamen differenter. non enim quaerebant principia, & elementa, & causas eodem modo, sed diuersimode. Nam moderni, scilicet Platonici, dicunt vniuersalia magis esse substantias quam particularia. Dicunt enim, genera, quae sunt vniuersalia, magis esse principia & causas substantiarum quam particularia. & hoc ideo, quia logice inquirebant de rebus. Vniuersalia enim quae secundum rationem sunt abstracta a sensibilibus, credebant etiam in rerum natura abstracta fore, & principia particularium. Sed antiqui philosophi, vt Democritus & Empedocles, posuerunt substantias & principia rerum esse particularia, vt ignem, & terram: non autem hoc commune, quod est corpus.

LECTIO III.

Qstquam Philosophus determinavit de materia, hic determinat de forma. & circa hoc duo facit. Primo, determinat de ea secundum se. Secundo, per comparationem ad substantiam compositam. ibi. Substantia...

LECTIO III.

Res vero sunt causae, & tria principia. Duo quidem contrarietates, cuius hoc quidem ratio & species, illud vero privatio. tertium vero materia.

Postea quia nec fit materia, nec spes. Dico aut ultima. Oe nanque transmutatur, aliquid est, & in quid. Et a quo quidem, primo mouente: cuius uero, materia: in quod uero, species. In infinitum ergo sunt, si non solum as sit rotundum, sed & ipsum rotundum, aut as, necesse est itaque stare.

Postea quia quaeque ex vniuoco fit substantia. Nam & quae natura sunt substantia, & alia. aut. n. arte. aut natura sunt, aut fortuna, aut automato. Ars igitur principium est in alio, natura aut principium in ipso. Homo namque hominem generat. Reliquae uero causae, horum privationes.

Substantia aut tres sunt. Materia quidem hoc aliquid substantia in apparere. Nam quaeque sunt tactu & non conuenientia. materia & subiectum. Natura uero hoc aliquid in quantum habitus quidam. Amplius, tertia quae est ex his singularis, ut Socrates & Callias.

In quibusdam igitur hoc non est praeter compositam substantiam, ut domus, si non est ars. Nec est generatio nec corruptio horum; sed alio modo sunt & non sunt, ut domus quae sine materia, & sanitas, & oes per se sunt. Sed si quidem in eis sunt natura. Quapropter non male Plato ait, quae sunt quaequeque; natura, siquidem sunt species aliarum horum. ut ignis, caro, caput. omnia enim materia sunt, & eius, quae maxime substantiae ultima.

Forma domus non est praeter materia. Forma enim domus est accidentis & materia domus est substantia. accidens autem non est nisi in substantia. Sed hoc dico, nisi accipiatur forma domus per se, sed in mente artificis. Sic enim est praeter materiam. Sed harum formarum artificialium prout sunt in mente artificis, nec est generatio, nec corruptio. Domus enim quae est sine materia in anima, & sanitas, & oia hmoi. alio modo incipiunt esse & desinunt per corruptio nem & generationem. per disciplinam, aut per intentionem. Sed si alique forme sunt praeter substantiam compositam, hoc erit verum in formis naturalibus, quae sunt substantiae. Vnde Plato non male dixit, quae sunt species, id est forme separatae sunt forme, quae sunt per naturam. Dico autem quod non simpliciter bene dixit. Sed si sunt species aliae, alique abistis, sensibilibus, quae sunt caro, caput...

Tex. c6. 12.

Tex. c6. 13.

Tex. c. 14

Hoc idem supra septimo. t. co. 17.

tex. c6. 15.

LECTIO III.

Res itaque causae, & tria principia, duo quidem ipsa contrarietates, cuius hoc quidem ratio et forma, hoc uero privatio: tertium uero materia.

Post haec quod neque materia fit, neque forma, dico autem externa. Omne enim quod transmutatur, aliquid est, & ab aliquo in aliquod transmutatur. ab aliquo quidem, primo mouente, in quo uero, materia: in quod autem, formam. in infinitum itaque procedet, si non solum as rotundum sit, uerum ipsum rotundum, aut as, quare necesse est stare.

Deinde quod quaelibet substantia, ab uniuoco fit. Quae enim natura, substantia sunt, & alia aut enim natura, aut arte, aut fortuna, aut casu sunt. Ars igitur principium in alio, natura uero, principium in ipso. homo namque hominem generat. ceterae uero causae privationes horum sunt.

Substantia uero tres, quae sunt materia, quae quod quid est, eo ipso quod apparet. quaecumque enim tactu non coadhaerentia sunt, materia & subiectum sunt. Quaedam uero natura, & quod quid, & quidam habitus ad quem. Tertia item, quae ex his, quae singularis est, ut Socras aut Callias.

In quibus igitur quod quid non est praeter compositam substantiam (ut domus forma non nisi ab ipsa arte) nec est generatio aut corruptio eorum: uerum alio modo sunt, et non sunt, tu domus, quae absque materia, tu sanitas, et oes, quae secundum artem est. sed siquidem sunt in his sunt, quae natura sunt. Propter quod non male Plato dixit, quod forma eorum sunt, quae natura sunt. siquidem forma sunt aliae ab his: ut sunt ignis, caro, caput: cuncta namque materia sunt: et maxime eius substantiae. quae est ultima.

Forma domus non est praeter materia. Forma enim domus est accidentis & materia domus est substantia. accidens autem non est nisi in substantia. Sed hoc dico, nisi accipiatur forma domus per se, sed in mente artificis. Sic enim est praeter materiam. Sed harum formarum artificialium prout sunt in mente artificis, nec est generatio, nec corruptio. Domus enim quae est sine materia in anima, & sanitas, & oia hmoi. alio modo incipiunt esse & desinunt per corruptio nem & generationem. per disciplinam, aut per intentionem. Sed si alique forme sunt praeter substantiam compositam, hoc erit verum in formis naturalibus, quae sunt substantiae. Vnde Plato non male dixit, quae sunt species, id est forme separatae sunt forme, quae sunt per naturam. Dico autem quod non simpliciter bene dixit. Sed si sunt species aliae, alique abistis, sensibilibus, quae sunt caro, caput...

huiusmodi, quae sunt materia ultima substantia particularis compositae, quae est maxime substantia. Tertio ibi. Ostendit quod forme vniuersales non sunt praeter substantiam compositam, & circa hoc duo facit. Primo manifestat propositum, al signans differentiam inter causas formales & causas mouentes. Et dicit, quod causae mouentes praexistunt rebus factis. Et hoc necessarium est, quia causae mouentes sunt principia motus, qui terminatur ad rem factam. Sed causa formalis, quae est causa, quasi ratio rei, simul incipit esse cum re, cuius est forma. Tunc enim incipit esse sanitas, quod homo sanatur, & tunc incipit esse figura sphaerae, quod aeneae, quado fit sphaera aenea, quod formae non sunt separatae a substantiis compositis, quia si essent separatae oporteret quod essent sempiternae, cum non sint talium per se, neque generatio neque corruptio, ut ostensum est. & sic praesentem substantiam his, quae sunt forme. Sed quantum forme non praexistunt substantiis compositis, perferendum est, si aliqua forma remaneat post corruptam substantiam compositam. In quibusdam enim formis nihil prohibet quod remaneat post substantiam compositam. Puta, si dicamus animam esse talem, non tamen omnis anima, sed solus intellectus. Forstian enim impossibile est omnem animam esse talem, ut remaneat corrupto corpore, quia aliae partes animae non habent operationem sine organo corporeis. Intellectus autem non operatur per organum. Dicit autem, Forstian, quia non erat praesentis intentionis hoc demonstrare, sed hoc pertinet ad scientiam de anima. Et sicut aliae partes animae ab intellectu non remanent post substantiam compositam, ita etiam nec aliae forme rerum corruptibilium. Considerandum autem hanc sententiam esse Aristotelem de anima intellectiua, quod non fuerit ante corpus, ut Plato posuit, neque etiam destruitur destructo corpore, ut antiqui naturales posuerunt, non distinguentes inter intellectum & sensum. Non enim excipit animam intellectiua a generalitate aliarum formarum, quantum ad hoc, quod forme non praexistunt substantiis compositis, sed solum quantum ad hoc, quod non remanent post substantias compositas. Ex quo etiam patet, quod non potest hoc deprauari, sicut quidam deprauare conantur, dicentes intellectum possibile tantum, vel agentem tantummodo esse incorruptibilem. Tum, quia ponunt intellectum, quem dicunt esse incorruptibilem siue sit intellectus possibilis, siue agens, esse quandam substantiam separatam, & sic non est forma. Tum etiam, quia si sit forma sicut remanet corrupto corpore, ita etiam praexistit corpori. Et quantum ad hoc non esset differentia inter ponentes intellectum separatam esse formam hominis, & ponentes species separatas esse formas rerum sensibilibus. Quod Aristoteles hic excludere intendit.

Mouentes quidem igitur causae, velut prius factae existentes. quae autem ut ratio, simul. Quando enim sanatur homo, tunc est sanitas est, & figura aereae sphaerae simul & aerea sphaera. Si autem posterius aliquid manet, perscrutandum est. In quibusdam enim nihil prohibet, ut si est anima talis, non omnis, sed intellectus. oem namque ipsosibile forsā. Palam itaque quod non oportet per hoc esse ideas. Homo enim hominem generat, quod singularis aliquid. Similiter autem & in artibus. Medicinalis enim ars ratio sanitatis est.

Tex. c. 18. part. 7.

LECTIO IIII.

Ausae autem & principia alia aliorum sunt, ut est, aut ut non. si quis dicat vniuersaliter & secundum proportionem eadem omnium.

Dubitabit autem utriusque aliquid, utrum altera, aut eadem sunt principia & elementa substantiarum, & eorum, quae sunt ad aliquid, & cuiuslibet categoriarum similiter.

Sed inconueniens, si eadem omnium. ex eisdem enim. erunt quae ad aliquid & substantia. Quomodo igitur hoc erit? nam extra substantiam & alia praedicamenta, nihil est commune: prius autem est elementum.

Inquirendo discutit veritatem praemissam, & circa hoc tria facit. Primo, mouet dubitationem. Secundo, obicit ad questionem, ibi. Sed si eadem inconueniens. Tertio, determinat veritatem, ibi. Aut ut dicimus. Dicit ergo primo, quod dubitatio est, utrum substantiarum, & eorum, quae sunt ad aliquid, & similiter aliorum praedicamentorum, sint eadem principia, aut alia, & alia & ponit specialiter de ad aliquid, quia ea, quae sunt ad aliquid, remotiora videntur esse a substantia quam alia genera, ex eo quod sunt debilioris esse. Vnde & substantiae inhaerent mediantibus aliis generibus, sicut aquale & inaequale, duplum & dimidium, mediante quantitate. Mouens autem & motum, pater & filius, dominus & seruus, mediante actione & passione. Et hoc ideo, quia substantia est per se existens, quantitas autem & qualitas sunt entia in alio. sed relatiua non solum sunt in alio, sed ad aliud. Deinde cum dicit. Obicit ad propositam questionem, & ponit duas rationes ad ostendendum quod non sunt eadem principia substantiae, & aliorum generum. Quarum prima talis est. Si eadem sint principia substantiae & aliorum generum, aut oportet quod illa principia eadem sint praeter substantiam, & alia genera, aut oportet quod sint in genere substantiae, vel in aliquo alio genere. Sed non potest dici, quod sint extra substantiam & alia praedicamenta, quia oportet quod essent priora tam substantia quam aliis praedicamentis. Prius enim est principium his, quae sunt a principio. Cum ergo id, quod est prius inueniatur esse commune, sicut animal est prius homine, sequitur, si aliquid est prius substantia & aliis generibus, quod aliquid sit commune substantiae & aliis generibus. & praecipue secundum opinionem Platoniorum, qui posuerunt vniuersalia esse principia, & vnum & ens quasi communissima esse principia omnium.

Secundo excludit rationem, propter quam ponebantur ideas separatas. Ad hoc enim dicebant Platonici esse necessarium ponere ideas, ut substantiae particulares sensibiles ad earum similitudines formarentur. sed hoc non est necessarium, quia in istis inferioribus inuenitur causa sufficiens formationis omnium eorum, quae sunt. Nam agens naturale agit sibi simile. Homo enim generat hominem, non quidem vniuersalis singularem, sed singularis singularem. Vnde non est necessarium ponere vniuersalem esse separatam, a quo hic homo singularis formam speciei accipiat, vel participet. Et similiter manifestum est in his, quae sunt secundum artem, quia ars medicinalis est quaedam ratio sanitatis, & similitudo in anima, ut etiam supra ostensum est.

8. Tho. Super Metaph. V 3 Neque

enim generat hominem, non quidem vniuersalis singularem, sed singularis singularem. Vnde non est necessarium ponere hominem vniuersalem esse separatam, a quo hic homo singularis formam speciei accipiat, vel participet. Et similiter manifestum est in his, quae sunt secundum artem, quia ars medicinalis est quaedam ratio sanitatis, & similitudo in anima, ut etiam supra ostensum est.

Causa itaque mouentes, tanquam antea oris, existunt. quae uero ut ratio, simul sunt. cum enim sanus sit homo, tunc etiam sanitas est. & forma aenea sphaera simul atque aenea sphaera. Si autem aliquid posterius permanet, considerandum est. in quibusdam enim nihil prohibet. ut si est anima talis, non omnis, sed intellectus omnem namque ipsosibile forsā.

LECTIO IIII.

Ausae uero, atque principia quodam quidem modo alia aliorum sunt, quodam uero modo non, si quis uniuersaliter dicat, & secundum proportionem omnium eadem.

Dubitare nanque quispiam possit, utrum alia, an eadem principia et elementa substantiarum sint, & eorum, quae ad aliquid sunt. & eodem modo in quolibet praedicamento.

At absurdum est, si omnium eadem sunt. ex eisdem enim erit ad aliquid et substantia. Quid igitur hoc erit? praeter enim substantiam, et alia, quae praedicantur, nihil commune est. prius autem

Manifestat quo in prædictis tribus defecerunt, & primo quod defecerunt in hoc, quod posuerunt esse res ex contrariis. Sed o in hoc, quod posuerunt omnia esse ex contrariis, ibi. Amplius omnia primam participationem. Tertio quod defecerunt in hoc, quod non dixerunt quomodo ex contrariis res sint, ibi. Omnes autem contraria dicentes &c. Dicit ergo primo, quod non recte dicit res esse ex contrariis, quia contraria sunt se accipere, sunt impassibilia adiuuicem: non enim albedo patitur a nigredine, neque e converso. Non autem eis posset aliquid vni constitui nisi adiuuicem paterent, ut sic reducuntur ad aliquid medium. Sed hæc dubitatio in finem Aristotelem facili soluitur: quia Aristoteles posuit præter duo contraria esse tertium principium, quod est materia, sic ergo vni contrariis potest pari a reliquo, in quantum materia subiecta vni contrariis, ab alio patitur. Sed alii posuerunt materiam esse alterum contrariis, & non aliquid præter contraria. Sicut patet de illis, qui posuerunt ista contraria esse principia, inæquale & æquale, vni & multa. Attribuebant enim inæqualitatem & multitudinem materiam, æqualitatem & vnitatem formam, sicut patet de opinione Platonis, licet Philosophi naturales posuerunt contrarium. Sed hoc eorum dictum soluitur eodem modo, quia materia, quæ vna est, quæ est subiectum contrariis, nulli est contraria. Deinde cum dicitur.

Manifestat Philosophus quomodo defecerunt dicendo omnia esse ex contrariis, & circa hoc duo facit. Primo ostendit in contrariis

Tab. 15

par. 4

par. 5

par. 6

par. 7

par. 8

par. 9

parte. 8.

parte. 9.

parte. 10.

parte. 11.

parte. 12.

parte. 13.

parte. 14.

lect. 9.

niens, quod ex hac positione sequitur. Manifestum est enim quod prima contrariorum genera, sunt bonum & malum, quia semper alterum contrarium est vt priuatio, & ita habet rationem mali. Si ergo omnia sunt ex contrariis, sequitur quod omnia participant malo prater vnum, scilicet bonum quod est principium. nam alterum elementorum ponitur esse bonum. Omnia vero alia ponuntur esse ex his duobus principis. Hoc autem non est verum quia in corporibus celestibus, & natura substantiarum separatarum, non inuenitur corruptio, & malum. Secundo ibi ostendit quod positio potentium omnia ex contrariis, non conuenit positioni quorundam philosophorum. Si enim omnia sunt ex contrariis, sequitur, vt dictum est, quod prima principia sunt bonum, & malum. Sed quidam non posuerunt bonum, & malum esse principia, sed id quod est bonum, esse principium omnium. Tertio ibi ostendit quomodo in ponendo bonum esse principium, defecerunt etiam illi. Et hoc ostendit primo in communi dicens, quod quidam, licet recte dicerent, ponentes bonum esse principium omnium, tamen in hoc defecerunt, quia non determinauerunt quomodo bonum esset principium, vtrum scilicet vt finis, aut vt forma, aut vt mouens, hanc enim tria habet ratione perfecti, & bonum, non aut materia, quod non potest nisi per formam. Vnde de ea merito non facit. Sed ibi. K. Descendit ad speciales opiniones, & primo ad opinionem Empedocles, quod inuenienter Empedocles ponit bonum esse principium. Ponit enim amor principium, quasi bonum. Sed amor dicit esse principium dupliciter. Dicit enim vt mouens, in quantum habet vim, & congregare, & iterum ponit, quod est principium sicut materia. Ponebat enim amor esse partem infortiorum. Corpora enim ponebat esse mixta ex quatuor elementis, & amicitia, & lite. Licet autem conueniat esse principium idem sicut materia & sicut mouens, non tamen sunt eandem rationem. Possent enim agere mouens secundum formam, & materiale principium secundum materiam, non autem secundum idem, quia mouens in quantum huiusmodi est in actu. Materia autem in quantum huiusmodi, est in potentia. Restat igitur assignandum secundum quid amor sit materia, & secundum quid est mouens, quod ipse non assignat. Aliud autem inuenienter quod sequitur opinionem Empedocles, quod ponit licet esse primum principium incorruptibile. Quia quidem secundum ipsum videtur esse ipsa natura mali. Malum autem secundum se dicitur esse. Tertio ibi. L. Descendit ad opinionem Anaxagoras, dicens, quod Anaxagoras ponit bonum esse principium primum quasi mouens. Dixit enim quod intellectus mouet omnia, sed manifestum est, quod semper intellectus mouet gratia aliquid, & ipse finis. Quare oportet, quod ponat alterum aliquid principium,

pp quod intellectus moueat. Nisi forte dicat sicut nos diximus, quod idem potest esse intellectus, & intellectus, & intellectus moueat pp seipsum, quod aliquo modo inuenitur in his, quae agunt per intellectum finis nos. Ars enim medicina agit pp sanitatem, & sanitas est, quodammodo ipsa ars medicina, vt supra dictum est. Aliud autem inuenienter sequitur opinio Anaxagoras, si sustinet eam esse opinionem, quod contraria sunt principia omnium, secundum hoc non videbitur inuenienter, quod non facit aliquid principium contrarium bono, & intellectui. Deinde cum dicitur, m. Ostendit tertium, quod supra posuit, quod ponentes principia contraria esse, non dicunt quomodo principia sunt ex contrariis. Et hoc est quod dicitur quod ostendit principia esse contraria non videtur ad causam fundam, quod sunt apparentia in entibus. Nisi si aliquis figurat, nisi si aliquis velit fingere vel figurabiliter dicere. Et primo dicitur, quod quare hoc quidem, & c. ostendit, quod non potest causae distinctione, quod corruptibile vel incorruptibile. Dicit ergo, quod nullus Antiquorum Philosophorum assignat causam, quare entia quaedam sunt corruptibilia, & quaedam incorruptibilia. Ponunt enim quaedam eorum entia omnia esse esse esse principium, scilicet contraria, & hoc est opinio antiquorum naturalium. Alii vero, vt Poeta Theologus posuerunt omnia ex non ente. Vnde supra dixit, quod generat mundum ex non ente, & sic eandem originem vtriusque assignat omnibus entibus, non potest causae distinctione rerum corruptibile & incorruptibile. Et ideo illi vt ad hoc non cogantur, scilicet ponant omnia esse ex non ente, vel quod assignent causam distinctionis rerum, posuerunt omnia esse vnum, totaliter a rebus distinctione tollentes. & hoc est opinio Parmenidis & Melissi. Secundo ibi. n. Ostendit quod etiam in alio deficiunt, quia scilicet non possunt assignare causam, quare generatio sit, sempiterna, nec possunt assignare quomodo sit vniuersalis causa generationis. Nentur enim contrariorum est vniuersalis generationis causa. Tertio ibi. o. Tertium ponit, in quo deficiunt ponentes principia esse contraria. Necessitate enim eis assignare, quod alterum contrariorum sit principium principium, cui semper alterum sit vt priuatio. Vel intendit, quod necesse est ponere aliquid principium principalis vtriusque contrariorum, ex quo ratio assignari possit, quare quaedam attribuantur vni contrariorum, sicut principium. & quaedam alteri, vt oportet, quare quodam tempore moueat. Et hoc est ad separationem, & quodam tempore amicitiam ad congregationem. Et hoc est accidit ponentibus esse species. Necessitate enim est eis ponere aliquid principium principalis speciebus manifestum est enim quod ea, quae generantur & corrumpuntur, non semper eodem modo, participant speciem. Vnde oportet ponere aliquid principium, ex quo assignetur ratio, quare hoc indiduum prius participauit, aut modo participat speciem.

ponit quartum inconueniens, quod eis sequitur dicens, quod necesse est Philosophis ponentibus principia esse contraria, quod sapientia prime, & honoratissima scientia, sit aliquid contrarium, quia sapientia est de primo principio, vt in Primo ostensum est. Vnde, si primo principio non est aliquid contrarium, quia omnia contraria habent naturam, quae est in potentia ad vtriusque contrarium: Primum autem principium secundum nos est immateriale, vt ex dictis patet: vnde relinquitur, quod primo principio non sit contrarium aliquid, & quod Primae scientia non sit contraria aliqua scientia, sed scilicet lum ignorantia. Deinde cum dicitur, q. Descendit ad opinionem ponentium substantias separatas, & primo ostendit, quod inconueniens sequitur non ponentibus eas, & dicit quod si non sunt alia entia, praeter sensibilia, non erit primum principium, sicut ostensum est, nec ordo rerum quilibet assignatus est, nec generatio perpetua, nec principia, quae supra posuimus, sed semper erit principium principium infinitum, vt oportet quod Socrates generetur a Platone, & ille ab illo, & sic in infinitum, vt videtur esse omnibus antiquis Philosophis naturalibus. non enim ponebant aliquid principium vniuersale primum, praeter ista principia particularia & sensibilia. r. Ostendit quod inconueniens sequitur ponentibus naturas quasdam separatas, & primo quantum ad eos, qui ponebant in huiusmodi naturis connexionem quaedam originis. Secundum quantum ad eos, qui hoc non ponebant, ibi. d. Dicitur autem numerum. Circa primum dicitur ad quatuor inconuenientia, quorum primum est, quod dicitur species & numeri, quae ponebant quidam praeter sensibilia, nullius causae videntur esse. Sed si sine alicuius causae non videntur aliquid esse causa motus, quia huiusmodi non videntur habere rationem principiorum motuum. Secundo ibi. f. Dicitur ad aliquid inconueniens, quod numerus enim non est magnitudo, magnitudo autem non est nisi ex magnitudinibus, vnde impossibile videtur assignare, quomodo magnitudo, & continuum sunt ex numeris, qui non sunt continui. Non enim potest dici, quod numerus causet continuum, sicut principium motuum & formale. Tertium ponit ibi. t. Dicitur, quod si species & numeri sunt prima principia, cum in speciebus & numeris non inueniatur contrarietas, sequitur, quod non erunt contraria principia prima, quia non ponuntur facti

na & motua. & sic continget non esse generationem & motum. Quia si prima principia non sunt mouentia, sed posterius causetur ex primis principis, sequetur, quod sunt in potentia priorum principiorum. Quod autem potest esse, potest & non esse. Vnde sequitur, quod generatio & motus, non sunt sempiterna, sed sunt sempiterna, vt supra positum est. Intermedium est igitur aliquid praemissorum, scilicet quod ponentur prima principia non esse mouentia. Et hoc dicitur esse, scilicet in Primo libro, quomodo prima principia sunt mouentia. Quartum ponit ibi. u. Dicitur, quod nullus istorum dicitur potest, quid faciat vnum, esse numerum, aut animam & corpus, aut vniuersaliter forma, & id cuius est forma, nisi dicitur, quod mouens hoc facit, sicut nos supra diximus in octauo. Species autem & numeri non habent rationem causae mouentis. Deinde cum dicitur, x. Ostendit quod inconueniens sequitur secundum illos, qui ponunt huiusmodi naturas esse inconuenientes, dicens, quod ponentes primum in rebus esse numerum mathematicum, vt Pythagorici posuerunt, & sic consequenter semper aliam naturam habitam, huiusmodi est consequenter, videlicet, quod post numerum magnitudinem, & post magnitudinem, sensibilia, & dicitur cuiuslibet naturae esse aliam, & alia principia, sicut quae alia sunt principia, numerorum, & alia magnitudinum, & alia sensibilibus, isti, inquam, sic dicentes, faciunt substantiam vniuersalem esse, inconnexam, huiusmodi sine ordine, ita quod vna pars nihil conferat ad aliam, vel ad alteram, sicut fit, sicut non fit, & similitur facit multa principia inconnexa. & hoc non potest esse, quia entia non volunt male disponi. Dispositio enim entium naturalium est qualis optima potest esse. Et hoc videmus in singulis, quod nunquamque est optima dispositio in sua natura. Vnde multo magis oportet hoc existimare in toto vniuerso. Sed pluralitas principiorum non est bonum. Sicut non esset bonum, quod essent diuersae familiae in vna domo, quae inuicem non communicarent. Vnde relinquitur, quod totum vniuersum, est sicut vnum principium, & vnum regnum. Et ita oportet quod ordinetur ab vno gubernatore. Et hoc est, quod concludit, quod est vnus princeps totius vniuersi, scilicet primum mouens, & primum intelligibile, & primum bonum, quod supra dixit Deum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Commentariorum S. Thomae Aquinatis super duodecim libros Metaphysicorum Aristotelis finis.

D I V I
T H O M A E A Q V I N A T I S,
D O C T O R I S A N G E L I C I,
L I B E R D E E N T E, E T E S S E N T I A,

Cum commentariis

R E V E R E N D I S S. I N C H R I S T O P A T R I S

D. D. T H O M A E D E V I O, C A I E T A N I,

O r d i n i s P r a e d i c a t o r u m S. R. E. t i t u l i S. X y s t i P r e s b y t e r i C a r d i n a l i s,
a r t i u m, & s a c r a e T h e o l o g i a e D o c t o r i s c e l e b e r r i m i.

S E R I E S C A R T A R V M

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.

Omnes sunt Quaterniones, praeter X Ternionem.



R O M A E,

A p u d h a e r e d e s A n t o n i i B l a d i, & I o a n n e m O s m a r i n u m L i l i o t u m s o c i o s.

M D L X X.

QUO PVSISTVD insigne in duas partes diuiditur principales, in proemium scilicet, & tractatum incipientem ibi, Sciendum est &c. In proemio artem Rhetoricam seruando tria agit. Primo reddit auditores beneuolos, utilitatem & necessitatem dicendorum ostendens taliter. Omnis errans circa principia omnium intelligibilium magis errabit circa aliam omnis errans circa essentiam & ens errat circa principia omnium intelligibilium, ergo omnis errans circa essentiam & ens magis errabit circa alia. uel igitur & necessarium est tradere notionem de essentia & ente ad vitandos multiplices errores, qui ex eorum ignorantia accidunt. Huius rationis Maioris subintellecta probatio ponitur in litera sumpta ex primo caeli, text. Comment. 33. Minor autem probatur autoritate Auicennae primo suae Meta. capite 5. ¶ Ad euentiam Maioris & suae probationis scito, quod quia principium est paruum in quantitate, ideo error in principio paruus appellatur: & quia principium est magnum in virtute, utpote virtualiter continens omnia principia, ideo error in principio paruus, in fine efficitur magnus. Crescit enim error, sicut & dilatur principium in suis principiatibus, ut manifeste patet in principio biui, in quo modica deuiatio ad magnam distantiam deuecit in processu.

P R O E M I V M
S. T H O.

QUO VIA PARVVS error in principio, magnus est in fine, secundum Philosophum primo Caeli & Mundi, ens autem & essentia sunt, quae primo

Tet. 33.

Quaest. 1.

QUAESTIO I. ADEVIDENTIAM minoris occurrit dubitatio i hoc studio trita, An scilicet ens sit primo cognitum ordine originis ab intellectu nostro.

In hac quaestione quinque agam. Primo declarabitur in quo sit difficultas quaestionis: secundo ponetur opinio Scoti cum fundamentis suis: tertio ponetur opinio S. Tho. & impugnabitur simul opinio Scoti: quarto arguetur contra dicta Sancti Thomae, & respondebitur: quinto satisfiet argumentis principalibus.

Quo ad primum notandum est, quod vniuersale, quod tantum ab intellectu directe cognosci supponimus, duplicem habet totalitatem: est enim totum diffinibile, & est totum vniuersale. Differunt autem haec totalitates tripliciter. Primo, quia totalitas diffinitiva fundatur supra actualitates rei: totalitas autem vniuersalis supra virtutem, seu potestatem. Secundo, quia illa est in ordine ad superiora, si habet ea: ista vero est in ordine ad inferiora. Tertio, quia illa naturaliter est ista prior. Et sicut habet duplicem totalitatem ipsum vniuersale, ita habet duplicem cognitionem, confusam, & duplicem distinctam. Prima cognitio confusa, est, quia cognoscitur ut totum diffinibile, non resoluendo in partes diffinitiuas. Secunda cognitio confusa, est, quia cognoscitur ut totum vniuersale, non componendo ipsum cum partibus subiectiuis. Prima distincta, est, quia cognoscitur totum diffinitiuum, resoluendo ipsum in singulas partes diffinitio-

nis, & haec respondet primae confusae. Secunda distincta, est, quia cognoscitur totum vniuersale, componendo ipsum cum suis partibus subiectiuis: & haec respondet secundae confusae. Differunt autem illae duae cognitiones confusae inter se tripliciter. Primo, quia prima cognitio respicit obiectum, ut totum diffinibile. Secunda vero totum vniuersale. Tertio, quia prima nulla notitia distincta eiusdem obiecti secum copatur. Secunda vero comparatur secum notitia distincta eiusdem obiecti in eo quod totum diffinibile, utpote non sibi opposita. Similiter, n. ignoro animal in suis speciebus, & noui quod sit animal.

Cap. 5. in princip.

in intellectu concipiuntur, ut dicit Auicenna in Metaphysica: ideo primo, ne ex eorum ignorantia errare contingat, ad horum difficultatem aperienda dicendum est, quid nomine Essentiae, & Entis significet, & quomodo in diuersis inueniatur, & quomodo se habeant ad intentiones logicas, scilicet genera, species, & differentias.

Tertio, quia prima naturaliter est prior secunda: ex quibus pono verbalis differentia. Et prima vocetur cognitio confusa actualis: secunda vero notitia distincta virtualis. Et merito, quia prima penetratur res secundum id quod actualiter in ea inuenitur: secunda autem cognoscitur res secundum id, quod virtualiter in ea includitur.

¶ Ille uero duae distinctae cognitiones differunt etiam tripliciter. Primo, quia prima cognitio penetrat res, ut totum diffinibile: secunda vero, ut totum vniuersale. Secundo, quia prima copatur secum eiusdem obiecti aliqua cognitione confusam vniuersalem. s. utpote sibi non opposita: secunda vero nulla confusam secum copatur. Cum notitia enim animalis cum suis speciebus non sit ignorantia animalis in se: & ex hac sequitur tertia differentia, quod secunda distincta inferat primam, & non e conuerso. Ex quibus pono et hic verbalis differentia, & prima quidem vocetur notitia distincta actualis: secunda vero notitia distincta virtualis. Et merito: quia prima penetratur res secundum id quod actualiter in ea inuenitur: secunda autem cognoscitur res secundum id, quod virtualiter in ea includitur.

Ex his elicio primo diffinitiones istarum quatuor cognitionum: deinde coordinationes quatuor earundem. Et quia primario cognoscitur & diffinitur per suum habitum, ideo a distinctis incipiendo, dicitur quod cognitio distincta actualis est, quae penetratur id, quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio confusa actualis est, quae circa penetrationem cognoscitur id, quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio distincta virtualis est, quae obiectum penetratur secundum id quod virtualiter in ipso includitur. Cognitio confusa virtualis est, quae obiectum secundum id quod virtualiter in ipso includitur, non perfecte cognoscitur.

COORDINATIONES Harum cognitionum sunt istae. Prima est cognitionum confusarum actualium: secunda confusarum virtualium: tertia distinctarum actualium: quarta distinctarum virtualium. In prima est cognitio, quae cognoscitur substantia in seipsa non penetrando tamen, & cognitio quae cognoscitur corpus ut corpus: & quae corpus animatum ut sic, & quae animal ut sic, & quae homo ut sic, semper absque penetratione. i. absque hoc quod habeatur ratio formalis clara & resoluta. In secunda sunt cognitiones oppositae supradictis, scilicet quae substantia, & quae corpus, & quae Thome Ente & essen. A animal.

infra. q. 85. artic. 3.

ca. 3. circa medium.

Primo To. p.

animal, & qua homo quidditate cognoscitur. In secunda sunt cognitiones, quibus substantia, corpus, corpus animatum & anima cognoscitur, non componendo cum inferioribus suis. In quarta sunt cognitiones his oppositae, scilicet qua substantia iam cum suis inferioribus perfecta cognitione componitur totum uniuersale, scilicet cum suis partibus, & qua corpus similiter cum suis partibus subiectiuis penetratur: & sic de aliis. Cum autem, vt ex dictis patet, ordo cognitionum confusorum a actualium sit via originis prior ceteris, primum cognitum in ordine cognitionis confusa actualis, erit primum cognitum simpliciter: & sic cum hic quaeramus, quid sit primum cognitum simpliciter ab intellectu nostro uia originis, nihil aliud dubitamus, nisi quid sit primum cognitum in ordine cognitionis confusa actualis. Stat ergo inter nos, & Scotum difficultas in hoc, an in ordine cognitionis confusa actualis uia originis, primum cognitum sit ens, an species specialissima. Ex quo patet defectus Antonii Trombetae, qui hanc questionem mouendo, adducit opinionem Sancti Thomae ex prima parte, q. 85. artic. 3. etenim a Sancto Thoma nulla ibi facta est comparatio inter cognitiones confusas actuales, de quibus est hic tota questio: sed comparauit ibi cognitiones distinctas actuales inter se, comparauit quoque distinctam actuale superioris distinctae uirtuali eiusdem, comparauit & confusam actuale distinctae actuali eiusdem obiecti, vt patet inueni. Et hoc de primo.

¶ Q. V. o ad secundum Scotus primo sen. dist. 3. q. 2. ponit hanc conclusionem. Primum cognitum cognitione confusa actuali est species specialissima, cuius singularis efficacius primo mouet sensum. Et probat tribus rationibus.

¶ Prima est. Causae naturales non impediunt producunt primo perfectissimum effectum, quem possunt primo producere: patet ista, quia agunt secundum uirtutum potentiam suam: sed agentia ad primum actum intellectus sunt causae naturales non impediunt ergo producunt primo perfectissimum effectum, quem possunt primo producere, talis effectus non est nisi conceptus actualis confusus speciei specialissimae, ergo &c. Probatur hoc uirtute assumpti, quia si talis conceptus, scilicet perfectissimus, sit conceptus communioris, sequitur quod nunquam illa agentia poterunt producere conceptum speciei specialissimae. Tenet consequentia, quia nunquam aliqua potentia potest in effectum perfectiorem suo perfectissimo effectu: conceptus autem speciei specialissimae est perfectior conceptu communiori, sicut totum sua parte. Et confirmatur, inquit An. Trombeta. Quandoque sunt aliqua duo naturalia agentia aequae approximata passo debite disposito, id quod est actualius, praenuntiat id quod est minus actuale in agendo erga passum: sed rationes obiectiuae speciei specialissimae, & cuiuscumque superioris sunt huiusmodi, scilicet quod species specialissima est actualior. ergo species specialissima prius producit effectum suum, quam genus.

¶ Secunda ratio est ista. Termini metaphysicales, uel uniuersalissimi sunt uirtute actualiter noti uia doctrinae. Patet ista ex Auicena. 1. Meta. c. 3. dicente, quod Metaphysica est uirtute ordine doctrinae: sed termini illi sunt uniuersalissimi, ergo uniuersaliora non sunt prius nota actualiter. Et confirmatur, ait An. Trombeta, quia ordo scientiarum quo ad nos, attenditur penes ordinem cognoscibilem quo ad nos: si ergo Metaphysica est uirtute a quo ad nos, ergo termini sui erunt etiam uirtute noti quo ad nos.

¶ Tertia ratio est ista. Si oporteret ante speciei conceptum concipere uniuersaliora, tunc supposito sensu in actu & intellectu soluto, magnum temporis interuallum accideret, antequam intellectus cognosceret speciem. Tenet consequentia, quia multa sunt praedicata media inter supremum & infimum.

¶ Quarto, ad idem arguit An. Trombeta sic. Id prius cognoscitur, quod est facillior abstractionis: sed species specialissima est facillimae abstractionis, ergo species specialissima prius cognoscitur. Probatur Maior, quia cum intellectus non intelligat nisi abstrahendo, sicut se habet ad abstrahendum, ita se habet ad intelligendum. Minor patet, quia a similibus facillior est abstractio, quam a dissimilibus: individua autem unius speciei, a quibus abstrahitur genus, seu quod nis superius.

¶ Quinto. Id uniuersale prius cognoscitur ab intellectu, cuius singulare fortius mouet sensum: sed singulare speciei specialissimae fortius mouet sensum, quam cuiuscumque superioris singulare, ergo species specialissima primo cognoscitur ab intellectu. Maior patet: quia nostra cognitio intellectiua nascitur ex sensitiua. Minor probatur dupliciter. Primo, Sensus mouetur a singulari, ergo maxime mouetur a maxime singulari, per regulam Topicam, sicut simpliciter ad simpliciter: sed maxime singulare est singulare speciei specialissimae, quia est de terminatum non solum determinatione singularitatis, sed etiam

naturae determinatae, non amplius determinabilis per aliam naturam, quod indiuiduis superiorum non conuenit, ergo &c. Secundo probatur eadem Minor sic. Singulare actualius fortius mouet sensum: sed singulare speciei specialissimae est actualius, cum sit perfectius, cum ad alia singularia addat, ergo singulare speciei specialissimae fortius mouet.

¶ Sexto sic. Compositius est prius notum: species specialissima est compositior omnibus superioribus, ergo species specialissima est prius nota omnibus superioribus. Maior habetur a Commentatore primo Physic. comm. 3. Minor a Prophecyro dicente, quod species abundat a genere. Et hoc de secundo.

¶ Q. V. o ad Tertium, ponuntur duae conclusiones. Prima est, Ens concretum quidditati sensibili est primum cognitum cognitione confusa actuali.

¶ Antequam hanc conclusio probetur, duo praemittam. Primo declarabo quid nominis subiecti conclusionis, scilicet, quid sit de cere, Ens concretum quidditati sensibili. Secundo declarabo quiddam, quod praesupponit ipsa conclusio.

¶ Circa primum scito, quod ens sub triplici conditione potest terminare actum intellectus. Primo, vt habet conditionem istam, quae est abstractio totalis, non dico a singularibus, sed a speciebus & a generibus. Secundo modo, vt habet conditionem istam, quae est abstractio formalis similiter a speciebus & generibus. Tertio modo, vt neutram istarum conditionum habens: abstractum tamen a singularibus. Primo modo, ens non est pertinens ad hanc questionem: quia ipsum vt sic, est totum uniuersale: nos autem loquimur de cognitione confusa actuali, non uirtute. Secundo modo, ens est terminus metaphysicalis: & forte adhuc uirtute docuissimis non innotuit. Tertio modo, ens est primum cognitum, & nuncupatum est ens concretum quidditati sensibili: quia non est separatum aliqua dictionum abstractionum a quidditate, specifica, uel generica.

¶ Ad horum plenorem intelligentiam nota, quod sicut est duplex compositio, scilicet, forma cum materia, & totum cum partibus: ita duplex est abstractio per intellectum, scilicet, quae si male abstrahitur a materiali, & qua totum uniuersale abstrahitur a partibus subiectiuis. secundum primam, quantitas abstrahitur a materia sensibili: iuxta secundam, animal abstrahitur boue & leone. Primam uoco abstractionem formalem, secundam uero uoco abstractionem totalem, eo quia quod abstrahitur prima abstractione, est vt forma eius a quo abstrahitur: quod uero abstrahitur secunda abstractione, est vt totum uniuersale respectu eius, a quo abstrahitur.

¶ Differunt autem hae duae abstractiones quadrupliciter. Primo, quia in abstractione formali seorsum vtque conceptus cum plerumque habetur, eius scilicet quod abstrahitur, & eius a quo abstrahitur, id est, formalis & materialis, ita quod conceptus alter alterum non includit. Linea enim in eo quod linea, habet complete suam distinctionem non includentem materiam sensibilem: & e conuerso, materia sensibilis linea habet complete suam distinctionem non includentem aliquid lineae, in eo quod linea: aliter distinctiones naturales abstraherent a materia sensibili. In abstractione uero totali non remanet seorsum vtque conceptus completus, ita quod alter alterum non includit, sed vnus tantum, eius scilicet quod abstrahitur. Quarto enim abstrahitur animal ab homine, non praecedunt de inuenit conceptus hominis & animalis, sed tantum conceptus animalis non includit conceptum hominis: homo enim non est intelligibilis sine animali. Fundamentum huius differentiae est, quod illa abstractio fit per considerationem alicuius, quod est de ratione inferioris, & per remotionem, id est, non considerationem alicuius, quod est de ratione illiusmet inferioris. abstrahitur enim animal ab homine per hoc, quod intellectus considerat in homine animal & non rationale, quorum vtrumque est de ratione hominis. Illa autem abstractio non fit per considerationem alicuius quod sit de illius ratione materiae, & per non considerationem alicuius, quod sit de illius ratione: sed potius fit per separationem eorum, quae sunt de ratione formalis ab his, quae sunt de ratione materialis, & e conuerso, vt exemplum datum ostendit.

¶ Secundo differunt, quia per abstractionem formalem oritur in eo quod abstrahitur actualitas, distinctio, & intelligibilitas. In abstractione uero totali oritur in eo, quod abstrahitur potentialitas confusa, & minor intelligibilitas. Tertio differunt, quia in abstractione formali, quod aliquid est abstractum, tanto est notius naturae, in abstractione uero totali, quanto est abstractius, tanto est notius nobis. Fundamentum huius differentiae est, quia abstractio formalis fit per separationem a materialibus potestabilibus, & huiusmodi. Abstractio autem totalis fit per separationem a speciebus actualibus, a quibus quod aliquid est abstractius, tanto est potestabilius, cui genus potestare conuenit inferiora: & ita est minus intelligibile, cum actus secundum se sit notior potentia, sexto Meta. 1. Cognitiua.

Comit. 3. Quarto differunt, quia penes diuersos modos abstractionis formalis & totalis speculatiuae diuersificantur, vt patet sexto Metaph. in principio. Abstractio autem totalis communis est omni scientiae. Propter quod metaphysica, vt sic, non comparatur ad naturalia per modum totius uniuersalis ad partes subiectiuis, sed vt formalia ad materialia, sicut & mathematica. Licet enim gradus metaphysicales sint uniuersaliores aliis, & comparari possint ad alia, vt ad partes subiectiuis, eo quod eidem potest utraque abstractio conuenire, tamen inquantum stant sub consideratione metaphysicali, non sunt uniuersalia respectu naturalium, sed formae, & naturalia sunt rerum materia: hoc est valde notandum. Patet ergo quomodo ens quandoque habet abstractionem formalem, quando scilicet cum praecisione ceterarum rationum genericarum & specificarum accipitur: & quomodo quandoque habet abstractionem totalem, quando scilicet vt totum uniuersale potestare includens cetera genera & species, consideratur. Patet etiam potest quod nunc incedimus, quomodo ens sit concretum quidditati sensibili, cum scilicet neutra illarum abstractionum fulcitur, sed in quidditate sensibili abstracta a singularibus abique aliqua separatione inspicitur, & sic est manifestum quid significetur nomine Entis concreti quidditati sensibili.

¶ Id uero quod praesupponit conclusio est, Ens posse cognosci cognitione actuali confusa, quod Scotista negant, tenentes ens non posse cognosci cognitione actuali confusa, sed distincta tantum: et probant sic. Id quod habet conceptum simpliciter simpliciter, non potest cognosci cognitione confusa actuali: ens habet conceptum simplicem. ergo. Maior patet ex eo, quod cognitio confusa actualis sit, cum intellectus fertur in obiectum secundum id quod actualiter in eo includitur, & nesciendo resoluitur in partes rationis illius obiecti. In id autem quod habet conceptum simpliciter simplicem, non contingit intellectum ferri secundum aliquid, & secundum aliquid non aliter conceptus eius esset compositus. Minor patet, quia conceptus ens est irresolubilis. Vt autem uideatur quod conclusio non praesupponit aliquid falsum, & patet insufficientia huius rationis, aduersus quod sicut de ratione cognitionis distinctae actualis non est, quod obiectum cognoscatur per resolutionem in partes rationis, vt patet, cum distincte cognoscitur ens: sed eius ratio stat in hoc, quod obiectum penetratur ab intellectu secundum omne quod actualiter in illo inuenitur, sicut hoc stat per resolutionem obiecti in partes rationis, sicut hoc est claro in uirtute obiecti simplicis: ita non est de ratione cognitionis confusae actualis, quod intellectus intelligat obiectum secundum aliquid, & secundum aliquid ignoret, sed sufficit quod intellectus referatur in obiectum ipsum actualiter, & non penetrat eius actualitatem, ita quod in hoc stat ratio cognitionis confusae actualis, quod intellectus fertur in obiectum secundum id quod actualiter in eo est, non penetrando ipsum. Sicut autem id contingat ex eo, quod obiectum est resolubile in plures conceptus, sicut ex alio per accidens, hoc se habet ad cognitionem confusam actualem: & sic ratio Scoti assumit maiorem falsam, & probationem peccantem, falsam consequentem ab inferiori ad superius negatiue, a negatiua vnus modi cognitionis confusae ad negatiua vnus modi.

¶ Et quod ita sit, & quod ens, & quodlibet simpliciter simplex possit cognosci cognitione confusa actuali, probo sic. Quandoque intellectus fertur in ens, actualiter ipsum concipiendo, & nesciendo separare ens a substantia & accidente, habet de ente cognitionem confusam actualem: sed multorum hominum intellectus est huiusmodi, ergo &c. Maior sic manifestatur, quia cum intellectus actualiter fertur in ens, & tamen nescit separare propriam eius rationem a rationibus propriis substantiae & accidentis, aut habet cognitionem confusam, aut distinctam. Non distinctam, quia effectus inseparabilis cognitionis distinctae, est scire illius obiecti differentiam ab aliis: ergo confusam, & cum positum sit quod sit cognitio actualis, sequitur quod sit cognitio confusa actualis. Minor est experientia docet: uidemus enim multos per plures annos exercitatos in studiis, adhuc nescire distinguere rationem propriam entis a substantia & accidente, quos nescire habere conceptum actualem entis sanum id dicere, & contra sensum, considerant enim ens secundum id quod actualiter in se habet, & totum aeternum, sed quia non totaliter comprehendunt, ideo nesciunt ipsum ab aliis separare, restat ergo praesuppositum in nostra conclusione solidum, & falsum esse, quod ens sola cognitione actuali distincta cognoscatur. Nunc si preest probare conclusionem, quam habes quod ad primam partem a Sancto Thoma & Auicena dicentibus, quod ens est id quod intellectus nostrus primo inspicitur, probatur ergo sic conclusio. Conceptus uniuersalis perfectissimus omnium est primus uia originis: sed conceptus

actualis confusus entis est conceptus imperfectissimus omnium, ergo est primus uia originis. Maior patet, quia imperfectiora sunt priora uia generationis, q. Meta. tex. com. 15. Minor etiam est de se euidens, quia omnis alius conceptus cum addat entis conceptum, est perfectior illo, sicut totum sua parte.

¶ Respondet Antonius Trombeta, quod perfectio conceptus est duplex, perfectio obiectualis, & perfectio euidetiae. Ille conceptus est perfectior obiectualis, qui habet obiectum perfectius potest: ille autem est perfectior euidetiae, qui habet obiectum pauciora includens ex Arist. in proo. Meta. unde si in argumentum sit fermo de perfectione obiectualis, maior est falsa, & minor ueritas de perfectione euidetiae, maior est uera, & minor falsa.

¶ Contra, & probo quod minor sit uera de perfectione euidetiae loquendo, ita quod conceptus actualis confusus entis sit imperfectissimus, quo ad euidetiam. Ille conceptus est omnium ineuidetissimus, sub quo intellectus positus magis remotus est a cognitione aliorum omnium, quod sub quocumque alio conceptu: conceptus actualis confusus entis est huiusmodi, scilicet quod intellectus habens ipsum, magis distat ab aliorum cognitione, quam habens quemcumque alium conceptum. ergo conceptus actualis confusus entis est ineuidetissimus omnium. Maior patet ex eo, quod euidetia conceptus, cum sit propria perfectio intellectus, quanto maior est, tanto intellectum magis propinquum reddat ad aliorum cognitionem, praesertim cum intellectus ex euidetibus ad ineuidetia naturaliter procedat. Minor uero probatur sic. Quandoque sunt aliqui duo conceptus, quorum vnus actualiter alterum includit, & non e conuerso, intellectus habens illum, qui actualiter includit alterum, est in proximiori dispositione ad cognoscendum reliquum, quam e conuerso: modo conceptus entis ita se habet ad alios, quod ipse alios non includit, alii uero actualiter ipsum includunt, ergo intellectus habens conceptum entis magis distat ab aliorum cognitione, quam habens quemcumque alium conceptum. Et confirmatur per Scot. dicentem, quod pars rationis actualiter intellectus est factis proxima intellectui, adeo ut proximus esse non possit. Illud autem quod adducitur ex proo. Metaph. quod euidetia attenditur penes obiectum pauciora actu includens, ad propositum non est: quoniam certitudo illa est certitudo obiectualis, sermo autem nostrus est de euidetia se tenente ex parte intellectus, ex talibus enim euidetibus & certis procedit intellectus ad sub ineuidetia & incerta.

¶ Secundo probatur eadem conclusio sic. Cognito primorum principiorum est prima cognitio complexa, ergo cognitio entis est prima cognitio incomplexa. Antecedens patet ex eo quod cognitio, quae est a natura, debet praecedere eam, quae est ex industria, & ex eo quod in omnium sunt notitia etiam in pueritia, & ex eo quod praesupponuntur ad quodlibet discere, vt habetur primo Post. Consequentia uero probatur, quia cum ens sit terminus ille, ex quo conuenit principium primum: si ens non esset primum cognitum, sed aliquid aliud, posset tunc fieri alia complexio ab intellectu, adhuc non habita notitia principii &c.

¶ Contra ipsam positionem Scoti arguitur. Species specialissima non est obiectum confusissimum simpliciter, ergo cognitio eius actualis confusa non est prima simpliciter, & consequenter ipsa non est primum cognitum. Consequentia tenet ex positione aduersa dicente, quod ideo species specialissima est primum cognitum, quia est confusissima. Antecedens probatur sic. Genus est confusius specie, ergo ipsa non est confusissima. Consequentia iterum est nota. Antecedens probatur: Quod plura continet, est confusius: genus plura continet quam species, animal enim continet plura, quam homo, ergo &c.

¶ Respondet, quod contentio est duplex, quaedam actualis, & quaedam potentialis: & quod id est confusius, quod plura continet actualiter, non potentialiter. modo genus continet plura in potentia: species autem in actu, & ideo species est confusior.

¶ Contra, Confusitas est ad contentum plura sine ordine, quod continet plura cum ordine: sed contentus actualiter continet plura ordinata, & species a ordine continet plura distinctas: continet autem in potentia continet plura sine ordine, ergo continet plura potestare & confusius.

¶ Respondet An. Trombeta, quod genus continet species ordinatae, & non sine ordine: eo quod non respicit eas nisi mediis differentibus, quae sunt ualde ordinatae.

¶ Contra, Genus continet species & distas non in actu, sed in potentia, vt dicit Porphyrius, ergo continet eas indistincte. Tenet consequentia, quia a quo est quod distinguit. 7. Met. tex. c. 49. ubi uirtute continet indistincte, ergo non ordinatae. Tenet consequentia: quae ordo abstractioe non est imaginabilis, et si fingatur delectabit. Quid autem dixit, genus non respicere species nisi mediis differentibus, non inuauit, eo quod non solam species, sed etiam differentias inter se ordinatas genus abstrahit, & distinguit, & probatur sic.

Lect. 2.

Tex. com. 5.

c. de diff. 2.

¶ Aduertas hic, quod confusio non sequitur continentiam pluram, vt Scotista fingunt: sic enim vniuersam esse maxime confusam, sed continentiam plurium sine ordine. Vnde prouerbii est. Vbi pluralitas sine ordine, ibi confusio &c.

¶ Secunda conclusio est ista. Inter conceptus actuales confusos praedicatorum quidditate non est essentialis ordo originis. Probatur sic. Quandoque sunt aliqui conceptus essentialiter ordinati ordine originis, impossibile est extremos generari, non genitis intermediis. Ista patet de se, alioquin non esset ordo essentialis originis inter illos: sed de facto habemus conceptus confusos actuales extremorum abique intermediis conceptibus. ergo non est inter eos essentialis ordo originis. Minorem experientia declarat: experimur namque nos concipere hominem, & substantiam, & tamen intermedia ignoramus non solum distincte, sed confuse. Caremus enim conceptibus propriis eorum, quibus actualiter in ipsa dirigatur intellectus actus: & non solum ignoramus resolucere ipsa in partes distinctiuas, et quia haec ratio conuincit me, ideo solum adduco. Ex hoc patet defectus Scotistarum dicentium, quod est ordo essentialis inter conceptus confusos: non enim possunt soluere hanc rationem.

¶ Sed immediate contra hac obiicitur sic. Inter conceptus confusos actuales superioris & inferioris, non est ordo essentialis originis, ergo ita potest primo generari conceptus speciei specialissimae, sicut entis: quod est contra primam conclusionem. Tenet consequentia: quia ordo non essentialis non est necessarius, & variari potest.

¶ Ad hoc dico negando consequentiam. Licet enim non sit ordo essentialis inter omnes conceptus confusos, est tamen talis ordo inter conceptus entis, & quaecumque alium. Nec hoc est voluntarium, eo quod conceptus entis est quaedam forma generalissima ipsius intellectus: sicut forma corporeitatis est forma generalissima ipsius materiae. Vnde sicut inter formam corporeitatis & alias, est ordo essentialis, non autem inter alias formas inter se: ita inter conceptum entis & alios, non autem inter alios inter se: potest enim post conceptum entis quodcumque aliud concipi, siue substantia, siue accidens, siue species, siue genus. Est etiam conceptus entis quasi naturalis ipsi intellectui, sicut & cognitio primi principii. Iam enim praesentiarum ens ab omnibus cognoscitur, & ideo ipsum oportet esse prius aliis essentialiter: si aut vniuersaliter actus naturalis praecedat ceteros, qui penitus ab extra sunt: non est autem similis ratio de aliis conceptibus inter se. Et haec de tertio.

¶ Quod ad quartum, quia Anto. Trombeta impugnat quaedam dicta S. Doc. in prima parte, quaest. 85. ar. 3. ubi tradit ordinem intellectualis cognitionis secundum viam peripateticam, ideo adduco eius impugnationes, & soluo. Quingue autem sunt dicta, contra quae arguit. Primum est. Intellectus est vniuersalium, & prius magis vniuersalium. Secundum. Intellectus noster procedit de potentia ad actum. Tertium. Notitia rerum in vniuersali est notitia incompleta. Quartum. Notitia in vniuersali est notitia secundum quid, & in potentia. Quintum. Sensus exiens de potentia ad actum prius communis, quam minus commune cognoscit.

¶ Contra primum arguit sic S. Tho. tenet, quod quicquid est in re & ex natura rei sit singulare. addo huic aliam propositionem, scilicet. Illud quod praedicat actum intelligendi est reale, tunc sic, quicquid est in re est singulare: quicquid prima intellectione intelligitur, est in re. ergo quicquid prima intellectione intelligitur, est singulare. ergo non potest intelligere magis vniuersaliter. Maior est S. Tho. Minor ex secundo supposito patet, quod quadrupliciter probatur, Tum quia ens rationis est posterius actu collationis intellectus: Tum quia tale obiectum est causa entis realis. s. primi actus intelligendi: Tum quia talis primus actus refertur ad obiectum relatione reali, quae non est nisi ad terminum realem: Tum quia talis primus actus dependet ab obiecto, vt a mensura, ens autem reale non dependet ab ente rationis.

¶ Ad haec, respondo, quod Maior potest habere duplicem sensum. Primus est, quod quicquid est in re, est singulare, id est, quicquid est in re est singularitas, & sic est falsa. est enim in Sorte non solum singularitas, sed humanitas & animalitas. Secundus sensus est, quicquid est in re, est singulare, id est, quicquid est in re, habet esse singularitatem: & hoc modo est apud Peripateticos verissima, vnde argumentum, si debet esse tribus terminis, Maior est falsa in primo sensu. In secundo autem conceditur totum argumentum. Ens si quidem primo cognitum non habet esse reale nisi in singularibus. Quae aut addit, quantum veritatem habeant, infra patebit.

¶ Contra secundum dictum, scilicet. Intellectus noster procedit de potentia ad actum, arguitur sic. Ista propositio assumitur a S. Tho. ad probandum illam conclusionem, scilicet. Magis vniuersale prius intelligitur: aut ista propositio concludit, nihil ad propositum: aut ipsa est simpliciter falsa, quia si intelligit quod

intellectus prius intelligat aliquid in potentia, quam in actu, ipsa est vera, sed non ad propositum. Concedo enim quod intellectus prius intelligit speciem specialissimam in potentia, quam in actu: sed hoc non habetur, quod prius genus quam specie intelligat. Si autem intelligat, quod intellectus procedit de potentia ad actum, id est, de notitia imperfecta ad perfectam, ipsa non est vniuersaliter vera, vt patet cum proceditur a notitia praemissarum ad conclusionem, & a notitia causae ad effectus notitiam: & per hoc patet etiam illud esse falsum, scilicet quod intellectus prius peruenerit ad actum imperfectum, quam perfectum. Nam acerrimus minus non prius imperfecte, deinde perfecte illuminatur a Sole: similiter intellectus prius recipit actum quam habitum, & tamen actus est perfectior habitu. vnde ad hoc quod propositio sit vera, oportet probare ordinem essentialium actus incompleti ad actum completum.

¶ Ad hoc respondeo, quod Sanctus Thomas intelligit illa propositionem neutro illorum modorum praesice, sed hoc modo. Intellectus exiens de potentia ad actum vltimate perfectum transiit per multos actus medios, prius peruenerit ad actum imperfectum, quam perfectum. & habetur ista propositio ex octavo Phy. tex. com. 5. 8. & nono Mea. tex. comment. 15. & in libro secundo de Partibus animalium, quod priora, via generationis sunt imperfectiora. Sub illa ergo Maiore subsumatur Minor, scilicet. Intellectus noster est exiens de potentia ad actum vltimate perfectum, puta cognitionem distinctam speciei specialissimae, transitus per multos actus intermedios. ergo prius peruenerit ad actum imperfectum, quam perfectum. Minor est euidens, eo quod cognitions generum ab omnibus conceduntur actus intermedii: & sic ratio concludit quod prius magis vniuersale, quam minus vniuersale distincte cognoscatur, quod intendebat beatus Thomas: sed ille deceptus est, quia credidit sanctum Thomam loqui de cognitionibus confusis actualibus, cum, sicut supra dictum est, loquatur de cognitione confusa virtuali ipsius speciei, & distincte eiusdem & generis. Cognitio enim distincta cuius generis appellatur ibi confusa ipsius generis & specierum, quod confusa in illa specie, & generis potestas cognoscatur. Ad id quod additur contra hanc propositionem, Intellectus procedit de notitia imperfecta ad perfectam, dico quod haec propositio est vera, vniuersalissime si intelligatur.

¶ Pro cuius intellectu, & omnium instantiarum solutione aduerte primo, quod processus naturae & intellectus est duplex, Alter secundum ordinem generationis tantum: alter secundum ordinem generationis & causalitatis effectus, vel finalis. Primus processus est, quando inter terminos & media non cadit nisi prioritas, & posterioritas secundum generationem. Secundus est, quando ultra istam prioritatem inuenitur in illo quod est prius, est prioritas causae effectus, vel finalis.

¶ Secundo aduerte, quod aliud est perfectius altero dupliciter, scilicet simpliciter, vel secundum quid: Sic enim quod aliquid sit simpliciter, id est, secundum suam naturam altero perfectius, quod tamen secundum aliquam conditionem est imperfectius: sicut sicut substantia materialis est simpliciter perfectior accidente, quod tamen est imperfectior secundum quid, inquantum accipitur per illud. Dicit ergo, quod tam natura, quam intellectus in processu generationis tantum, semper procedit de imperfecto simpliciter ad perfectum simpliciter, eo quod ordo generationis attenditur penes genus causae materialis: sicut animal prius generatur quam homo, vt dicitur in libro de animalibus. In processu autem secundo, proceditur de imperfecto non simpliciter, sed secundum quid, ad perfectius secundum quid: sicut substantia est prior generatione accidente, & ultra hoc est prior causalitate finali, eo quod est finis eius, & quandoque agens. Constat autem ipsam esse secundum quid imperfectiorem accidente, inquantum est in potentia respectu eius, & causalitate materialem participat.

¶ Ad primam igitur instantiarum dicitur, quod praemissa non sunt priores conclusiones via generationis tantum, sed etiam ordine causalitatis effectus, vt dicitur secundo. Phy. tex. comment. 31. in alia litera, vt testatur ibi San. Tho. & colligi potest ex primo Posteriorum: & ideo sufficit quod notitia earum sit imperfectior secundum quid: vnde etiam in genere causae materialis collocantur, secundum Phys. ibidem, & quinto Metaph. tex. comment. 32. Idem dico ad secundam de processu notitiae causa ad effectum. De aere illuminato non est ad propositum, quia illuminatio non est successiva: conceptus vero generis & speciei sibi succedunt. Falsum quoque est, quod actus praecedens habitum sit simpliciter habitu perfectior, licet hoc sit verum de actu elicito ab ipso habitu, vt habes primo Ethicorum, talis autem est posterior habitu. Ordo quoque essentialis conceptus generis ad speciem, satis sufficienter notus in notitia distincta est ex dictis ibidem: vnde non oportet aliter laborare.

Contra

¶ Contra tertium, scilicet quod notitia in vniuersali est notitia incompleta, arguitur sic. Demonstratio vniuersalis est potior demonstratio particulari. ergo notitia in vniuersali, quae acquiritur per demonstrationem vniuersalem, est potior notitia particulari.

¶ Ad hoc dico, quod argumentum peccat per fallaciam aequiuocationis illius termini, vniuersale. Aristot. enim vocat demonstrationem vniuersalem illam, qua passio de suo proprio substrato scitur, & hoc tam in passiois eius genericis, quam specificis: & vult dicere quod potior est notitia illa, quam acquiritur per demonstrationem demonstratorem passionem de suo subiecto, quam illa quae fit per demonstrationem, qua illa passio demonstratur de parte subiecta primi subiecti. Nos autem dicimus, quod cognoscere hominem in animali est cognoscere hominem imperfecius, quam cognoscere hominem in seipso, & hanc vocamus cognitionem in vniuersali. Manifestum igitur est omnino habenti ingenium, quod nostra dicta Aristot. non repugnant. Aliud est enim dicere, A cognoscitur in vniuersali, & A demonstretur demonstratione vniuersali. primo modo, A non cognoscitur in seipso, sed in suo superiori: secundo modo, A in seipso cognoscitur in esse suo primo subiecto.

¶ Quarto ad quartum principale, praenoto differentiam inter uniuocum, & aequiuocum purum, & analogum. Vniuocata sunt, quorum nomen est commune, & ratio secundum illud nomen est eadem simpliciter. Puta aequiuocata sunt, quorum nomen est commune, & ratio secundum illud nomen est diuersa simpliciter. Analogata sunt, quorum nomen est commune, & ratio secundum illud nomen est alio modo eadem, & alio modo diuersa, seu secundum quid eadem, & secundum quid diuersa. uerbi gratia. Animal, & medicina sunt analogata substantia: unde habent illud nomen commune. utrumque enim illorum dicimus sanum. differentia autem eorum in quantum sana sunt, est alio modo eadem, & alio modo diuersa. Animal enim, in quantum sanum, est habens sanitatem: medicina in quantum sana, est causa sanitatis. Sunt enim eadem alio modo ista distinctiones, quia in omnibus includitur finitas: & sunt diuersa alio modo, quia diuersis modis sanitatem respiciunt. unde analogum est medium inter purum aequiuocum, & uniuocum: sicut inter idem simpliciter, & diuersum simpliciter, cadit medium idem secundum quid, & diuersum secundum quid. & sicut medium sapit naturam utriusque extremi: dicit enim quodammodo plures rationes, & quodammodo unam propter quod inuenitur quadoque apud illustres Philosophos, quod analogum dicit plures rationes, & quandoque quod dicit unam rationem.

¶ Nota secundo, quod duplicia sunt analogata, quaedam secundum determinatam habitudinem unius ad alterum: quaedam secundum proportionalitatem. exemplum. Substantia & accidentis sunt analogata primo modo sub ente: Deus autem & creatura secundo modo. infinita enim est distantia inter Deum & creaturam. Differunt autem haec plurimum: quoniam analogata primo modo ita se habent, quod posterius secundum nomen analogum diffinitur per suum prius, puta, accidentis in quantum ens per substantiam. Analogata uero secundo modo non. creatura enim in quantum ens, non diffinitur per Deum unde analogata primo modo habent nomen commune, & rationem secundum illud nomen secundum quid eandem, & secundum quid diuersum per hoc, quod analogum illud simpliciter, id est, sine additione aliqua de primo dicitur: de alio uero non, nisi diuersimode respiciendo primum, quod cadit in eorum rationibus: sicut in exemplo de sano manifestum est. Analogata uero secundo modo, habent nomen commune, & rationem secundum illud nomen alio modo eandem, & alio modo diuersam, non propter hoc, quod illud simpliciter dicitur de primo, & de alio relatiue ad primum: sed habent

rationem eandem secundum quid propter identitatem proportionis, quae in eis inuenitur, & secundum quid diuersam, propter diuersitatem naturarum suppositarum illis proportionibus. Exemplum, Forma & materia substantialis, & forma, & materia accidentium sunt analogata quaedam sub nominibus formae & materiae: habent enim nomen commune, puta, forma & materia, & rationem secundum nomen formae, siue materiae eandem, & diuersam hoc modo: quia forma substantialis ita se habet ad substantiam, sicut forma accidentialis ad accidentis. similiter materia substantiae ita se habet ad substantiam, sicut materia accidentis ad accidentis: utrobique enim saluatur identitas proportionum cum diuersitate naturarum, & unitate nominis: hunc modum analogiae exprimit Commentator. 12. Metaph. commento. 28. & clarius cu Aristotele. primo Ethicor. cap. 7.

¶ Quid si aliquis dicit, ens analogice utroque modo analogice dicitur de substantia & accidente. Secunda conclusio, Ens dicitur de Deo, & creatura secundo modo tantum. Prima conclusio probari potest rationibus factis contra Scotum, & maxime prima. Auctoritatis autem Arist. 4. Metaph. text. com. 3. & Comment. ibidem. expresse enim ibi dicitur, quod ens non est unum, sed ad unum. Duodecimo quoque Metaph. text. com. 28. expresse dicitur, quod principia praedicamentorum non sunt alio modo eadem, nisi secundum proportionem. Super qua auctoritate potest argui sic, Illa non sunt uniuocata, quia nullam identitatem habent nisi proportionis: sed principia propria substantiae, & accidentis sunt huiusmodi. ergo & c. Minor expresse est in littera Aristot. Maior est nota ex terminis, si enim nullam aliam identitatem habent nisi proportionis, oportet quod careant unitate uniuocata. Et haec auctoritas est notanda contra Scotistas: quia si concedant ens habere entitatem analogam, dicunt cum hoc, quod habet etiam identitatem uniuocam: cuius oppositum Aristotel. dicit, solam identitatem proportionis inter principia praedicamentorum ponens.

¶ Secunda conclusio non aliter pro nunc probetur, quam auctoritate san. Thom. in quaestioneibus de ueritate, quae 2. artic. 2. ubi examinat quomodo scientia sit analogata scientiae diuinae, & scientiae creatae, expresse facitur, quod secundo modo sit analogata, & non primo modo. Vnde cum ens dicitur de Deo, & creatura, hoc modo dicitur proportionabiliter, qui exprimitur, quod sicut Deus se habet ad suum esse, ita creatura ad suum: sed de his alias, cum ex proposito tractabitur, diffusius loquemur: modo sufficiat haec pauca dixisse, ex quibus innoscere potest, quod conceptus entis formalis est vnus inaequaliter repraesentans esse substantiae & accidentis, Dei & creaturae: & quod conceptus obiectalis non habet nisi unitatem proportionis determinatae ex identitate termini, vel unitate proportionabilitatis, & identitate proportionum. Ex quibus elici potest, quod cum talis unitas apud Arist. 4. Metaph. text. com. 2. sufficiat ad obiectum scientiae, ens non oportet poni uniuocum ad hoc, quod passiones habeat, & contradictionem fundet, & reliqua huiusmodi habeant sibi conuenientia. Haec de quarto.

¶ Et ad quintum respondetur ordinare ad argumenta. ¶ Et ad primum dicitur, quod argumentum illud, si aliquid probat, alietatem conceptus non uniuocationem probat, sicut ipsemet Scotus dicit: & ideo gratis concedimus illud: sicut etiam Auic. qui tenet ens non esse praedicatum quidditatiuum, concedit ens dicere alium conceptum, non tamen uniuocum & quidditatiuum. ¶ Ad secundum negatur consequentia. Ad cuius probatione dico, quod aliquid continere virtualiter aliud, potest intelligi dupliciter. Vno modo sicut causa uirtute sua continet effectum. Alio modo sicut effectus continet uirtutem causae, participando illam sic: hoc stante, Minor est falsa, etenim effectus quilibet virtualiter continet secundo modo Deum: nec oportet quod continens isto modo sit prius, immo necessario est posterius. Quod si mihi dixerit, quod hoc est abuti uocabulis, quia apud omnes continere virtualiter non attribuitur nisi causae: dico quod si fiat vis in uerbo, falsa est Maior, eo quod datur triplex modus continendi, scilicet essentialiter, virtualiter, & participatiue, sicut effectus continet in se causam.

¶ Ad tertium, concesso toto antecedente, negatur consequentia: sufficit enim analogia illius rationis formalis. ¶ Ad quartum negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quod falsum supponit, scilicet quod substantia non immutetur intellectum per propriam speciem. Vnde ad eius probationem dico, quod quantitas & accidentia in Eucharistia agunt & pa-

tiuntur totum, quod ageret & pateretur substantia, si esset. sicut enim acceperunt modum essendi substantiae. i. ubique subiecto: ita etiam agere & pati eius. & ideo ex multis hostiis sensatis generatur in intellectu species intelligibilis substantiae panis, & eius quidditatiua cognitio: sicut & ad nutritionem agit, ac si esset ibi panis. Non enim minus ex illis accidentibus nutritur, quam ex aliis hostiis non consecratis: sicut non minus ex consecratis generantur uermes & cineres, quam ex non consecratis. Vnde ad argumentum dico, quod panis absens immutatur, quoniam non est omnino absens: remansit enim ibi accidentis suum, quod est uice panis: quare non est simile de uisu respectu tenebrae. Nec est contra nos auctoritas Aristotele. quoniam haec omnia habent locum, ubi est simpliciter absentia obiecti, quam hic non concedimus quo ad operationes.

¶ Ad quintum dico, quod quia mediū comparatū uni extremorū, ut oppositum, induit alterum extremū, ut dicitur quinto Physic. text. comm. 6. ideo analogum comparatum aequiuoco, quod diuersas rationes simpliciter sonat uniuocum, appellatum est ab Aristot. ibi, & merito, eo quod urebatur analogo secundum id, quod habet de unitate. oportet enim ad uerificationem illam maximam, quod causa & effectus non in sola noce conueniant, sed in ratione aliqua formali, eadem aliquo modo in illis: unde textus ille non est contra nos. ¶ Ad Auic. & Algazelem dico, quod nihil contra nos dicunt: quia alietatem non uniuocationem conceptus entis insinuant.

¶ H I C ponitur secunda comparatio, qua substantias inter se comparat tali conclusione. Substantiae simplices nobiliori & ueriori modo habent essentiam, quam compositae, quam probat dupliciter: primo sic, Quorum esse est nobilior, eorum essentia est nobilior: substantiarum simplicium esse, est nobilior quam compositarum, ergo essentia substantiarum simplicium est nobilior. Secundo sic, Causa, supple, effectiua non uniuocata, habet nobiliorem essentiam suo effectui: substantia simplex salte prima, est huiusmodi causa compositarum. ergo substantia simplex est perfectior essentia, quam composita.

¶ A D E V I D E N T I A M huius partis nota, quod ut habes a San. Tho. quarto Sent. dist. 11. q. 2. ar. 1. ad primum. Simpliciter nec perfectionem simpliciter, nec imperfectionem sonat. res enim ex eo quod simplex, non habet perfectionem maiorem, sed ex eo quod taliter simplex, id est, simplicitatem subsistentem habet. Vnde materia prima est simplicissima, & formae accidentales sunt simplices, & tamen non sunt perfectiores substantiis compositis. Et ideo cum dicimus substantias simplices esse perfectiores compositis, intelligas non de quibuscunque simplicibus substantiis, sed de simplicibus subsistentibus in sua simplicitate: quales sunt substantiae separatae oēs. Propterea caueo hic opinionem Scoti in primo sen. dist. 8. quaest. 1. dicentis simplicitatem esse perfectionem simpliciter. Vt autem ueritatem tutari, ac falsum impugnare scias, notato quid sit perfectio simpliciter.

¶ Perfectio simpliciter, apud Anselmum Monologion 19. est: quae in unoquoque melior est ipsa, quam non ipsa. Glossa sic, In unoquoque, in quantum est indiuiduum entis, id est, hoc ens, non in quantum est indiuiduum huius, uel illius naturae, puta, hic homo, aut hic angelus, melior est & c. quia comparatum includit suum positum: ideo melior est, id est, bonitatem, seu perfectionem meliorem ponit, quam non ipsa, id est, quam quodlibet sibi impossibile: ita quod, ly non ipsa, non teneatur contra traditione, sed impossibile. Vnde perfectio simpliciter exigit duas condiciones. Primo, quod dicat perfectionem, secundo, quod illa perfectio in indiuiduo entis sit melior, quam quodlibet sibi in eo impossibile. Propter defectum enim primae conditionis, tam relatio, quam negatio perfectionibus simpliciter excluditur. Propter uero defectum secundae, ratiocinari, ridere, latrare, & huiusmodi, perfectiones simpliciter non sunt: quia ista esse sint meliora in indiuiduo huius, uel illius naturae, non tamen entis. Diximus quod ly, non ipsa, tenetur impossibile, & non contradictorie: quia aliter omne positum esset perfectio simpliciter: quia in indiuiduo entis melius est positum quodlibet, quolibet contradictorio formaliter sumpto. Nec superfluit ens consideres primam conditionem, quoniam propter defectum eius simplicitas non dicit perfectionem simpliciter. Simplicitas enim nihil aliud est, quam negatio compositionis: unde non est perfectio, sed negatio imperfectionis. Propterea & deficit talis modus arguendi. In indiuiduo entis quodlibet impossibile simplicitati dicit imperfectionem, ergo ipsa simplicitas est melior in unoquoque, quam non ipsa, & consequenter perfectio simpliciter. Oportet. n. addere in antecedente, & ipse

Scot. d. 8. q. 1. ad primum quolibet. q. 5.

ipsa dicit perfectionem, quod falsum est: quia negatiuum praedicatum est.

¶ Potes autem contra Scoti positionem arguere sic. Nulla perfectio simpliciter saluatur in relatione, vt relatio est: simplicitas autem saluatur in relatione, vt relatio est: Ad, siquidem est simplicissimum, nullam enim compositionem includit: & vniuersaliter secundum Scotum, omnis differentia vltima relationis. ergo &c. Maior patet ex eo, quod relatio, vt relatio, nec perfectionem, nec imperfectionem sonat apud nos & Scotum.

¶ Præter. Quod dicitur per quantum, & non quantum, non est perfectio simpliciter. Patet ista, quia implicat quod aliquid sit non quantum, & perfectio simpliciter: sed simplicitas diuiditur per quantum, & non quantum. ergo, &c. Patet minor, quia diuiditur in simplicitatem relatiuam & absolutam: simplicitas autem relatiua est non quantita. ¶ Si dicatur ad ista, quod relatio forma lter sumpta non est simplex, sed simplicitas praedicatur de ea denominatiue: hoc non euadit argumenta, quia simplicitas relatiua est passio relationis secundum hoc, aut modus intrinsecus. Impossibile est autem quod alterum horum sit perfectius eo, cuius est: vt arguatur sic. Nulla passio est maioris entitatis subiecto suo: simplicitas denominans relationem est eius passio, sicut vniuersaliter passio superioris est passio inferioris, licet non primo. ergo simplicitas relationem denominans non est maioris entitatis relatio: sed relatio non est quanta. ergo simplicitas relatiua non est quanta. ergo nec perfectio simpliciter. Star ergo assumptum verum, scilicet quod simplicitas diuiditur per quantum, & non quantum.

¶ Similiter arguere potes, si dicat quod simplicitas sit modus, quod tamen minus consonum veritati videtur. Substantia ergo immateriales, non ratione simplicitatis sunt perfectiores essentia substantiarum compositarum, sed ratione simplicitatis subsistentis, & adunatis in se tantam perfectionem ita indiuisiue, qua gaudent.

¶ In hac secunda parte capituli, quid sit essentia in substantiis compositis declaratur, quia a notioribus inchoandum est, conclusionem hanc negatiuam ponit. Materia sola non est essentia substantiae compositae: quam duplici ratione probat, Prima est: talis. Illud quod est essentia substantiae compositae est principium cognoscendi illam: sed materia sola non est principium cognoscendi illam. ergo materia sola non est essentia substantiae compositae. Maior patet ex eo, quod vnumquodque per suam essentiam cognoscitur quidditatiue, vnde omnes salte cognitiones oriuntur. Minor habetur ex 9. Meta.tex.com.20. vbi dicitur, quod principium cognoscendi est actus, & non potentia.

¶ Secunda ratio est. Essentia substantiae compositae est id, quo res ponitur in genere & specie: sed materia sola non est id, quo res ponitur in genere & specie: ergo materia sola, non est essentia substantiae compositae. Maior est euidentius inducendo in singulis. Sortes enim per suam naturam in specie humana collocatur, similiter in genere animalis, & sic de aliis. Minor probatur: quia id, quo aliquid in specie reponitur, oportet quod actuale sit, eo quod est principium distinguendi ipsum ab aliis speciebus, & collocandi ipsum in tali gradu vniuersi, materia autem sola actualitatem non includit.

¶ Hic ponitur secunda conclusio negatiua talis. Essentia substantiae compositae non est sola forma: quam vnica ratione probata sic. Illud est essentia substantiae compositae, quod per eius

Commen-
tator. 7. Me-
ta. tc. 21. &
com. 34.

diffinitionem significatur: sed sola forma per eius diffinitionem non significatur. ergo sola forma non est essentia substantiae compositae. Maior est de se nota. minor probatur: quia diffinitiones naturales per hoc differunt a Mathematicis, quia istae significant solam formam, id est formam absque materia sensibilibus: istae vero significant formam, & materiam sensibilem.

¶ Sed adhuc ratio non potest dici, quod cum significari per diffinitionem conueniat dupliciter. Vno modo, vt pars rei diffinitur: alio modo, vt subiectum rei diffinitur, seu vt deferens re diffinitur, p diffinitione naturalis significat solam formam vt res diffinita: & id quidditas est sola forma, materia aut significat, vt quidditate deferens.

¶ Contra hanc responsionem subiungitur in litera talis ratio. Illud quod est proprium accidentibus, ex imperfectione suae essentiae non conuenit specificis substantiis: sed rei pere in diffinitione aliquid extra essentiam suam, est proprium accidentibus ex imperfectione suae essentiae. ergo hoc non conuenit substantiis specificis. Maior patet ex terminis: quod enim

est proprium alicui ex sua imperfectione, non conuenit alteri habenti perfectionem oppositam illi imperfectioni. Minor habetur ex septimo Meta.tex.com. 4. 15. & 16.

¶ Circa maiore nota, quod licet formae partis, puta animae, conueniat etiam diffiniri per aliquid extra essentiam eius, ac per hoc illud videatur esse non proprium accidentibus, sed commune eis & formae partium: in rei tamen veritate proprium est accidentibus, eo quod diffinitio non est nisi rei existenti in recta linea iudicamentali habentis specie completam, cui diffinitio componatur ex genere, & differentiis, sola autem accidentia inter entia, & specie completa, sunt per additamentum diffinibilia: & ideo proprium accidentibus dixit esse vltimo modo diffiniri: vnde & anima diffinitur per aliquid extra essentiam suam, pro quanto participat de accidentis natura esse in alio.

¶ Hic ponitur tertia conclusio negatiua. Essentia substantiae compositae non est aliqua relatio inter materiam & formam, aut aliquid additum composito ex materia, & forma: quam probat ex duobus rationibus. Primo sic. Omnis relatio media inter materiam & formam, & similiter omne additum composito ex materia & forma est accidentis extraneum substantiae: nulla essentia substantiae compositae est accidentis extraneum. ergo. Minor est de se nota: Maior vero probatur. Omne adueniens enti simpliciter facies formaliter ens tale, est accidentis extraneae naturae a substantia: ois relatio media inter materiam & formam, & omne additum composito aduenit enti simpliciter, & faciunt ens tale. ergo oia hmoi sunt accidentia extraneae naturae a substantia composita. Huius prosyllogismi Minor declarat primo ex eo, quod forma substantialis adueniens materiae facit esse simpliciter, & hoc aliquid, vt dicitur secundo de Anima tex.com. 2. Declaratur secundo ex eo, quod generatio terminata ad formam substantialem est generatio simpliciter: terminata vero ad formam accidentalem, est generatio in quid, vt dicitur 3. Phy.tex.c. 7. Cum enim materia Sortis acquirat formam substantialem, tunc sine additione dicitur Sortes fieri: acquirat autem formam substantialem, cum magnitudinem acquirat, non dicitur Sortes fieri simpliciter, & sine additione, sed fieri magnus.

¶ Secunda ratio est ista. Nullum additum vt relatio illa media, aut vt quomodolibet sequens compositum ex materia & forma, est proprium principii a priori perfectae notitiae substantiae compositae: essentia substantiae compositae est proprium principium a priori completae notitiae eius. ergo &c.

Relinquitur

¶ Hic ponitur quarta conclusio affirmatiua. Essentia in substantiis compositis significat compositum ex materia & forma, quam per locum a diuisione concludit ex autoritate Boetii, Auicennae, & Commentatoris, septimo Meta. com. 27. & ratione tali probat. Id quod tantum principio completo denominante, substantia composita est ens, est compositum: sed essentia ipsius substantiae compositae est id, quo tanquam principio completo denominante, substantia composita est ens. ergo essentia ipsius substantiae compositae est composita. Maior de se est clara. dicitur enim, & est Sortes ens propter suam essentiam, quam habet: Maior vero declaratur sic. Quod documq; aliquid res ex pluribus principis constituitur, non est talis ex altero eorum, vt completo principio, sed ex componente vtriusque: sed substantia composita est ens ex pluribus principis constitutum, scilicet materia & forma. ergo non ex altero tanquam completo principio, sed ex componente vtriusque est, & dicitur ens: sed id quod complectitur vtriusque, est compositum: ergo id quo substantia composita tanquam completo principio denominante est, oportet esse compositum: quod erat probandum. Maior huius prosyllogismi exemplariter in saporibus declaratur in litera tanquam ex notioribus: & declaratio est manifesta per se. quod autem dicitur, quod sola forma, & causa essendi, infra parebit.

QUESTIO III.

¶ Circa praedicta dubitatur, an materia sit pars quidditatis naturalis. In hac dubitatione tria faciunt. Primo ponitur opinio Commentatoris: secundo nota opinio S. Thome: tertio respondebitur argumentis oppositis.

¶ Vno ad primum, Commentator 6. Met. com. 21. & 34. opinatur materiam non esse partem quidditatis naturalis, sed cadere in diffinitionem rei naturalis, vt deferens illam quidditatem. aduenit autem in 34. com. ad hoc rationem talem. Essentia rei est substantia declarans rem quidditatiue: materia non est substantia declarans quidditatem rei. ergo materia non pertinet ad essentiam rei. Minor colligitur ex primo Physico. tex.com. 69. vbi dicitur, quod materia secundum se est ignota, & per consequens alterius declaratiua non est. Ex com. vero 21. potest elici talis ratio ad hoc. Si quidditas hominis esset homo compositus ex materia & forma, tunc quidditas hominis haberet quidditatem, & sic quidditatis esset quidditas: quod est falsum. Tene consequentia: quia quaecunque sunt idem, quicquid habet vnum, habet reliquum. si ergo quidditas hominis, & homo compositus sunt idem, cum homo compositus habeat quidditatem, sequitur quod quidditas hominis habeat quidditatem. Hanc eandem positionem videtur docere Arist. 7. Meta.tex. com. 34. expresse dicens materiam non esse partem quidditatis: & secundum Physico. tex.com. 28. partes diffinitionis in genere cause formalis collocans. Vnde & 10. Metaphysice, tex. commento. 21. dicit quod mas, & femina non variant speciem, quia sunt differentiae materiales.

¶ Idem etiam persuaderi potest ex consequentibus materiam. Materia enim est causa corruptionis distinctionis suppositi a natura sensibilitatis & similitum, quorum opposita conueniunt quidditatiue. sunt enim essentiae rerum ingenerabiles, incorruptibiles, insensibiles, & huiusmodi: Haec de primo. ¶ Vno ad secundum, S. Tho. 71. Metaph. supra tex. com. 33. & prima parte quaest. 75. articulo 4. & hic, tenet materiam esse partem quidditatis substantiae naturalis. Probat hanc conclusionem tribus rationibus, quarum duae in litera postae sunt. Tertia vero est ista. Quicquid est essentia omnium indiuiduorum existentium sub specie vniuersaliter conceptum, est de essentia speciei. ista est vera pro tanto: quia aliter essentia speciei

Relinquitur

non predicaret essentialiter totam essentiam indiuidui: sed materia est de essentia omnium indiuiduorum naturalium. ergo materia vniuersaliter accepta, est de essentia speciei, & sic non cadit in specie, vt deferens ipsam, sed vt pars essentialis.

¶ Ad primam rationem in litera factam dicunt aduersarii, quod proprium est accidentibus diffiniri per additamentum alterius generis: & hoc non conuenit substantiis, sed diffinitur substantiae per additum sui generis: materia enim est in eo genere, in quo est quidditas delata. ¶ Contra. Ergo nulla est differentia inter diffinitionem formae partis, & diffinitionem formae totius, nisi forte secundum modum signifiandi, cum vtraque per additum sui generis diffinitur: & sic eadem erit diffinitio animae & vniuersi: tunc sicut nullum genus praedicamenti substantiae ponitur in diffinitione animae: ita nullum ponitur in diffinitione vniuersi, & sic de aliis: quod est manifeste falsum.

¶ Confirmatur S. Tho. positio adhuc tripliciter, primo sic. In omni obiecto quidditatiue sumpto, cui conuenit aliqua passio adaequata, oportet inueniri intrinsece causam illius passionis: sed corpus contrarietati subiectum quidditatiue sumptum, est subiectum, cui conuenit corruptibilitas per modum passionis adaequatae. ergo in corpore contrarietati subiecto quidditatiue sumpto, oportet intrinsece inueniri causam corruptibilitatis: & talis causa non est nisi materia. ergo &c. Maior est de se nota: quia passio fluit ab intrinsecis principis quidditatis, aliter non conueniret ei secundum quod ipsa. Minor ex eo manifestatur, quod corruptibilitas primo concluditur de corpore contrarietati subiecto. Quod autem causa corruptibilitatis sit materia, clarum est, apud Comment. maxime.

¶ Secundo sic. Id quod est pars humanae naturae, est pars quidditatis humanae, quia natura & quidditas sunt idem: sed materia est pars naturae humanae. ergo &c. probatur Minor ex eo, quod materia est natura, secundo Physico. tex.com. 21. Et si non est pars, oportet quod in Sorte sint duae naturae non partiales: quia non sunt partes alicuius naturae, quod est impossibile. Tertio declaratur hanc fuisse mentem Arist. primo ex octauo Meta.tex.com. 15. & 16. vbi assignat causam, quare diffinitio compositorum est vna: quia ex actu & potentia naturam est fieri vnum. Quidditates autem simplices seipsas, inquit, habent vnitatem statim, eo quod formae tantum sunt: ex quibus habetur, quod si essentia substantiae compositae esset sola forma, non oportet Arist. assignare causam propter quid sit vna. forma enim seipsa est vna: sed quia est composita, ideo dixit quod vnitatem habet, ex eo quod altera pars est actus, altera potentia. Similiter, 9. Metaphy. textu vltimorum commentorum dicit, quod in quidditatibus compositorum accidit error, non autem in quidditatibus simplicium propter multitudinem partium, ex quibus sunt compositae illae quidditates, vnde ex earum compositione error accideret potest, qui in simplicibus, cum careant partibus, locum non habet: ex quibus apparet ipsum opinari, essentiam compositi esse compositam, & non simplicem: & quod quidditas substantiae materialis differat a quidditate separata ex eo, quod ista est essentialiter simplex: illa vero est essentialiter composita. Haec de secundo.

¶ Tertium, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad quartum primum negatur Minor: licet enim materia secunda se, id est, solitarie sumpta sit ignota, adiuncta tamen & substrata tali formae specificae hinc generis, declaratiua est alterius. ¶ Ad secundum negatur consequentia: ad cuius probationem dicitur, quod Maior illa potest intelligi dupliciter. Vno modo sic. Quaecunque sunt idem realiter, quicquid realiter coniunctum est vni, est & realiter coniunctum alteri: & sic conceditur, sed non est contra nos. Alio modo sic. Quaecunque sunt idem realiter, quicquid praedicat de vno, praedicatur de altero: & hoc modo

Primo phy-
sica. 79. si-
9. metaphy-
sica. com. 17.
T. c. 7.

T. c. 12.

modo est falsa: Aliquid enim conuenit vni, vt distinctio...

T.c.34.37.

Secundo ad id quod additur ex Arist. dicitur, quod septimo Meta...

Secundo Phyllico. T. ca. 28.

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

Secundo ad id quod additur ex Arist. dicitur, quod septimo Meta...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

Secundo sic. Illa quae sunt principia indiuiduationis, sunt...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Natura fiat particulare compositum: deinde naturali ordine...

T.c.41.

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

Ad vltimam confirmationem de passionibus materia dicitur...

In hac parte huius capituli obicitur contra quartam conclusionem...

T.c.30.

c. de differentia.

T.ca.14.

pria, quod idem est, certum est quod non remanet hic, neque forma eius remanebit hic, neque ipsa materia. si enim materiam propriam non habet, per quid exit ordinem communium? Secundo probatur eadem conclusio sic. Frustra sit per plura, quod potest fieri per pauciora, & aequè benefed absque quibusq; aliis ex materia signata sufficienter saluatur indiuiduatio substantiæ compositæ, ergo frustra adduntur quæcumque. Minor ex dicendis apparebit, ubi solutus aduersarij rationibus, stabilis ac firma remanebit positio nostra. Et confirmatur, quia cum in substantia composita non sint nisi materia & forma, & compositum ex his, & accidentia quæcumque indiuiduo accidunt, nullam aliam intrinsecam causam habent, nisi aliquid horum, & sic ad inuestigandam indiuiduationis causam non oportet extra hoc vagari. Probatur tertio eadem conclusio auctoritatibus Arist. & Cō. supra inductis, quas non opus est repetere. Apparet quidem apud eos euidenter omnem distinctionem aut ex formis, aut a quantitate oriri. Est igitur materia signata intrinsecè indiuiduationis principium, quo intrinsecè, licet particulariter, Sortes est hic. Dico autem particulariter, quia non arbitror materiam signatam esse ipsam indiuidualem proprietatem, seu differentiam: sed potius differentiam indiuidualis essentialis principium. Opinor enim quod proprietas materie signatæ ad proprietatem, seu differentiam indiuidualem, sit sicut proportio anime humane ad differentiam hominis constitutiuam. Sicut enim anima intellectiua non est ipsa differentia, puta rationale, sed id vnde sumitur: ita materia signata non est ipsa differentia indiuidualis, sed id vnde sumitur, & quod causat ipsam intrinsecè. Et sicut hō est hō, & per rationem tanquam per principium formale totale, & per animam intellectiuam tanquam per principium partiale intrinsecum formale, a quo rationale mendicat & causatur: ita Sortes est hic per differentiam indiuidualem, tanquam per totale quoddam denominans, quod nihil aliud est, quam gradus indiuidualis: sicut differentia specificæ est gradus specificus, & per materiam signatam tanquam per priorem causam intrinsecam, a qua ipsa indiuidualis differentia mendicat. Ut sic inter nos & Scot. in hoc stet diuersitas, quod ipsi differentias indiuiduales absque essentiali dependentia a materia signata multiplicent: nos autem sicut animal contrahere necesse est ad hominem & bonum sine forme partium, a quibus differentia contrahentes animal causatur: sic speciem, puta hominem, contrahere ad indiuiduum, non nouimus sine materia signata, quæ est causa indiuidualium differentiarum, & cōsequenter primo principium indiuiduationis intrinsecum. Moueor ad hoc dicendum, quoniam tunc Sortem substantiæ sumptum, in reā scilicet linea predicamentali sub specie, esse vnum numero, non vnitatem ad predicamentum quantitatæ, sed substantiæ, quam necesse est antecedi, cum sit entis passio ab indiuiduali gradu, quem ipsa indiuidualis differentia importat. Et hoc an sit de mente S. Doct. non censet quisquam, priusquam legerit ipsum & in compendio Theologiae, ca. 157. ubi vult Sortem eundem numero esse post resurrectionem eius quantitate numeratæ: & in tractatu suprascripto.

¶ Quid vobis ad quintum arguitur contra conclusionem, & dicta in ea a Sco. ubi supra. Primo sic. Impossibile est aliquid dependens a posteriori naturaliter, esse idem priori naturaliter, quia tunc esset prius, & non prius: sed substantia est prior naturaliter quantitate. igitur nihil causatum a quantitate, siue qualitercumque præexistens naturam quantitatis potest esse idem substantiæ, non igitur signatio ista a quantitate causata est eadem substantiæ, probatio Maioris. Vbi est vera & realis identitas, licet non sit formalis, ubi impossibile est hoc esse, & illud non esse: quia tunc idē realiter esset, & non esset: sed possibile est prius naturaliter esse sine posteriori naturaliter. ergo multo magis absque eo quod derelictum est, vel causatum a posteriori naturaliter.

¶ Præterea. Id quod est necessaria conditio causæ in causando, non potest habere esse a causato: quia tunc causa, in quantum sufficiens ad causandum, esset causata a causato, & illud causatum esse causam suspensum: sed singularitas, siue signatio substantiæ est necessaria conditio in substantia ad causandam quantitatē, quia causatum singulare requirit causam singularem, ergo impossibile est istam signationem, seu singularitatem esse a quantitate.

¶ Præterea. Quæro, quid est quantitatē causare, vel derelinquere talem modum, seu significationem in substantia. Si nihil ex hoc est, nisi quod præfuit quantitati, tunc nullo modo signatio est per quantitatē: quia tunc signatio substantiæ naturaliter præcedit ipsam quantitatē. Si autem aliquid aliud, quæro quomodo causatur a quantitate, & in quo genere causæ.

¶ Præterea. Quare quantitas potius relinquit talem modum in substantia, & qualitas non videtur ratio: quia, sicut qualitas seipsam informat superficiē nihil relinquendo in ea, ita quantitas informat substantiam seipsam, & non per aliam formam derelictam.

¶ Præterea. Quantitas ista, quæ ad indiuiduationem concurrat, aut est quantitas terminata, aut interminata, non terminata, quia

illa sequitur formam in materia, & per consequens singularitatem substantiæ: quia sicut substantia est causa eius, ut est terminata, ita hæc substantia est causa eius, ut est hic terminata. Et confirmatur hoc, quia cum quantitas terminata varietur sola rarefactione, idem indiuiduum erit multis singularitatibus idem: quod est impossibile. Si autem interminata, contrarium manet eadem in genito, & corrupto.

¶ Præterea. Si quantitas concurrat ad indiuiduationem, ut primo dicitur, si quærens, oportet quod in seipsa sit primo distincta numeraliter ab alia: sed tunc tua propositio non est vera, illa scilicet, Omnis differentia formalis est specifica: quantitas enim hæc & illa cum sint forme, differunt specificè. Quod si quantitatē excipias ab illa proportione fundamentali ædificij ruinosi, vnde probabitur quod differentia formalis sit specifica? quæcumque enim ratio fuerit adducta de forma, habebit locum in quantitate, cum quantitas forma sit.

¶ Præterea. Totā latitudinem predicamenti substantiæ est prior eorum predicamentis. ergo cum indiuiduum substantiæ claudatur in ista latitudine, oportet quod sit intrinsecè completum absque dependentia a quantitate, quæ est posterior. Et confirmatur, quia nihil reponitur in aliquo genere per aliquid, quod sit extrinsecum. Multa alia argumenta fiunt a Sco. & aliis: sed quia concludunt materiam solam, vel quantitatem solam, vel aggregatum ex materia & quantitate non esse principium indiuiduationis, omisit nihil. n. contra nos. Omisit præterea quæ indirecte contra positionem nostram essent, breuitari student. Hæc de quinto.

¶ Quid vobis ad sextum, respondendum est argumentis factis nō deinde alius pro opinione contraria inductis.

¶ Ad primum istorum dicitur, quod falsa est Maior. Ad cuius euidentiam est notandum, quod proportio materie signatæ ad hanc quantitatē, est proportio potentia ad proprium actum: vnde sicut potentia materie est eadem realiter ipsi materie, & tamen dependet a forma: ita potentia, seu capacitas materie respectu huius quantitatis, quæ vocatur eius signatio, dependet a quantitate, & tamen est eadem materie. Et quia potentia est prior posterior, & naturaliter actu prior est i genere causæ materie, posterior i ordine causæ formalis, ideo signatio materie est prior quantitate in ordine causæ materialis, posterior aut in ordine causæ formalis, vnde vtroque modo Maior est falsa: tam si intelligatur de priori & posteriori secundū genus causæ materialis, & si intelligatur de priori & posteriori in ordine causæ formalis. Aliquid enim dependens a forma est idem realiter materie: & aliquid dependens a materia est idem realiter forme, vt patet. Ad probandum primam qua dicitur, quia tunc esset prius, & non prius de eo, quod non est inconueniens in diuersis generibus causarum. Ad aliam probationem, qua dicitur, Vbi est vera & realis identitas &c. negatur secunda propositio assumpta. non enim omne prius potest esse sine posteriori, vt alias ostenditur.

¶ Ad secundum negatur Maior, cum causatum est causa suæ causæ in alio genere causæ, sicut in proposito accidit. Materia enim signata est causa quantitatis in genere causæ materialis: quantitas est causa materie signatæ in genere causæ formalis, vt actus potentia. Et patet falsitas Maioris in exemplo supra posito. Potentia enim materie est necessaria conditio materie ad causandam formam, & tamen dependet a forma in genere causæ formalis. Ad probationem dicitur, quod causa materialis secundum casualitatem suam dependet a suo effectu, scilicet forma, sed non in quantum est effectus eius, sed in eo quod est causa materie. Causa enim sunt sibi inuicē causæ, vt dicitur secundo Phy. tex. com. 30. non ergo inconuenit causam in causando dependere a causato, non vt causato, sed vt causa est secundum aliud genus.

¶ Ad tertium dicitur, quod quantitatē causare talem signationem in materia, nihil aliud est quam materiam esse & hoc agente factam capacem adeo huius quantitatis, quod non illius & sic quantitas concurrat ad signationem materie vt actus, propter quem talis capacitas fit: agens vero vt efficiens illa, & talis signatio, seu capacitas præest ipsi quantitati in genere causæ materialis, & non potest ex hoc inferri, ergo non fit per quantitatē, eo quod fit quantitate in genere causæ formalis, quæ sicut & finis inter causas posteriores inesse numeratur.

¶ Ad quartum dicitur, quod nō solum quantitas tali modo signat materiam, sed etiam qualitates proprias. Materia enim Sortis ita est capax harum qualitatū, quod non aliarum: sed quia sola, quæntitas immediate recipitur in substantia, & ex sola quantitate oritur radicaliter distinctio materialis: ideo ad propositionem materiam signatam, materiam sub certis dimensionibus, & non sub certis qualitatibus dicimus.

¶ Ad quintum dicitur, quod quantitas illa quæ ad indiuiduationem vt originale non intrinsecum indiuiduationis principium concurrat, est quantitas terminata. Nec obstat, quod signatur formam, quia etiam forma signatur potentiam materie, & tamen causatur, & concedimus hanc substantiam esse causam terminalem

Cap. 157.
De principiis indiuiduationis, & d. 3. q. 7.

teriale huius quantitatis: sed econuerso in genere causa formatæ hanc quantitatem esse causam huius signationis materie, modo præposito. Ad confirmationem Antonij Trombetæ dicitur, quod quantitas terminata ad indiuiduationem concurrat, nō stat in innumerabili, sed latitudine habet. sicut enim qualibet species naturalis determinat sibi hanc quantitatem maximam & minimam infra quamdam latitudinem: ita & quodlibet indiuiduum determinat sibi hanc quantitatem infra tales limites, & non idiuisibili. vnde potest fieri rare factio lineæ eius, vt in dimidiata est, variatione. non enim hic accipitur quantitas terminata punctualiter, sed cum certa latitudine.

¶ Ad textum dicitur, concedendo consequentiam primam, sed negando quod ex hoc sequatur falsitas illius propositiōis fundamentalis firmissimi ædificij. Peccat igitur arguens peccato maximo, non distinguens inter differentiam formalem, & formatam. Omnis enim differentia formalis est specifica, nō autem omnis differentia formatum, vt dicit S. Tho. secundo contra Gentiles. c. 8. alioquin forma huius ignis, & forma illius ignis distingueretur specificè, cum sint forme, & differant. vnde linea mathematica diuisa in partes, habet duo indiuidua. quælibet enim pars lineæ est linea, & illa indiuidua sunt forme, & differant, non differentia formalis. Appellatur autem differentia formalis illa, quæ est per principia quidditativa. hæc enim semper oritur a forma in eo quod forma, qualis non est inter hanc lineam & illam, cum sit eadem vtriusque quidditas. vnde arguitur error est valde periculosus, sicut forme, & differant. ergo dicitur formaliter. Est monachus, & est albus, ergo est monachus albus.

¶ Ad vltimum negatur consequentia. licet n. id quod est in predicamento substantiæ sit prius simpliciter quolibet alio predicamento: tamen aliqua conditio, sine qua indiuiduum vt sic, non est in predicamento, potest esse posterior in genere causæ formalis, & alterius predicamenti, eo quod causa formalis est posterior in esse.

¶ Ad confirmationem dicitur, quod quodlibet predicamentum completur per res sui generis, si loquamur de his que ponuntur in predicamentis, & de ratione reponendi ea in illis: non autem si loquamur de conditione rei repositæ in predicamento. Sortes enim non est nisi substantia, & ratio ponens ipsum in predicamento est substantia: conditio autem indiuiduationis, sine qua non est ratio reponendi ipsum in predicamento, non inconuenit quod coexistat aliquod accidens, puta quantitatē.

¶ Ad primum vero eorum, quæ pro opposita conclusione adducta sunt, dicitur quod Minor est falsa: ad materiam namque signatam primo sequitur vnitatem numeralis.

¶ Ad secundum dicitur, quod differentia indiuiduorum reducitur ad quantitates: quantitates autem differunt sibus propriis, qui sunt differentie quantitates. situs autem non solum integratur ex illis duobus, scilicet permanentia, & continuatione partium, sed ex his duobus cum tertio ordine, scilicet partium in toto, vt docet Alberticus in Predicamentis, ca. de Quantitate. per hoc capite a Situ speciali predicamento, qui dicit ordinem partium in loco: vnde Situs in proposito distinguitur suis ordinibus partium in toto, quod sunt de eorum ratione: ordines autem seipsi. In definitione enim ordinis cadit distinctio: & sic patet, quod non est æquè dubium de his, ad quæ facimus reductionem, & de quantitatibus, & quod non oportet quantitates seipsos hoc distinguere formaliter: talis enim ordo partium in toto, vt materiale quid, est in ipsa quantitate quod in nulla alia forma inuenitur.

¶ Ad tertium Antonij Trombetæ dicitur, quod Minor est falsa: materia enim signata, vt probatum est, est id cui prima repugnat diuidi, vt vniuersale in particulari: ratione n. repugnat ecclesiastici.

Capitulum

Super Caput tertium.

POSTQUAM determinatum est quid sit essentia substantiarum compositarum in communibus, in hoc tertio capite intendit agere de differentia essentialium compositarum inter se, cū essentia composita sit tres, scilicet generica, specifica, & indiuidualis, quæque facit. Primo loquitur de differentia earum absolute: secundo de-

terminatum de differentia earum, vt subsunt primis intentionibus, & illarū nominibus, ostendit quomodo essentia generica differat a specificâ: tertio genus, species, differentia distinctio, qualiter inter se differat, declarat: quarto excludit quandā dubitationem: quinto assignat differentiam inter essentiam specificam, & indiuidualem.

¶ Ad euidentiam dicitur, quod essentia determinata dicitur per materiam determinatam dictionibus: designatio autem speciei respectu generis, est per differentiam constitutiuam, quæ ex forma rei sequitur.

b Hæc autem determinatio, vel designatio, quæ est in specie respectu generis, nō est aliqd in essentia speciei existens, qd nullo modo in essentia generis sit: immo quicquid est in specie, effectiua in genere, vt non determinatum. Si n. animal nō esset totū quod est homo, sed pars eius, nō predicaretur de eo, cū nulla pars integralis predicetur de suo toto.

¶ mine, humanitas: & hoc nomē, homo, & similibus, contingit & tertio loqui de ipsa, vt stat sub hoc nomine species. S. Tho. ergo in prima huius ca. parte loquitur de essentia rerum primo modo: in toto vero residuo loquitur de eis secundo modo sumptis. in sequenti autem cap. de eis tertio modo acceptis sermone facit, & hoc, si non vis deicipi, in hoc ca. diligentissime notato. Ponit igitur assignando differentiam inter essentiam genericam, specificam, & indiuidualem secundum se sumptas, hanc cōclusionem: Essentia predictæ non differunt, nisi secundum signatum, & non signatum: hoc sic declarat. Animalis, hominis, & Sortis essentia proprie nō differunt, nisi per hoc, quia in ratione animalis cadit substantia animata sensibilis absq; determinatione eius per rationale: in ratione autē hominis ponitur substantia animata sensibilis rationalis, & sic addit in ea designatio per differentiam: ratio vero Sor ponit substantiam animatam sensibilem rationalem in istis carnibus, & istis ossibus: & sic in ea additur designatio materie, quæ non ponebatur in ratione hominis. vnde absolute loquitur, & l. n. suas rationes proprias apparet has essentias non nisi l. n. signatū, & non signatū differre. i. l. n. explicita inclusionē alius designations, siue determinationis, & non implicita inclusionē illius: licet talis designatio nō vni-formiter sit in natura specificâ, & in natura indiuidui. Determinatio, n. quam addit natura specificâ supra genericam, est formalis essentialiter, diuersificans genus vt pote a forma, in eo quod forma sumpta addit, est materialis, non formaliter, sed materialiter tantū diuersificat in specie faciens, vt pote sumpta a materialis conditionibus rei. Ex his habes quod hō & humanitas, animal & animalitas secundum se, i. naturas significatas, nullo modo differunt. eadem omnino est ratio naturæ significatæ per hominem, & humanitatem, ita quod nulla designatione differunt: sed, vt post dicitur, differunt vt subsunt nominibus primæ intentionis. Quæ vero distinctio per signatum & non signatum, non est distinctio realis, ideo dicitur Com. 10. 7. Meta. com. 10. quod Sortes substantiæ sumptus, nil aliud est quam animalitas & rationalitas, quæ sunt quidditates eius: Sortes autem enim, quæ naturam Sortis nominat, eadem realiter est animalitati, & rationalitati.

b ¶ IN HAC secunda parte capituli determinatur, quomodo essentia generica differat a specificâ, secundum quod ambæ itat sub nominibus primæ intentionis, puta, quomodo differant essentia hominis, & essentia animalis sub his nominibus, homo, & animal: & intendit quod essentia significata per nomen genericum, puta animal, & essentia significata per nomen specificum, puta homo, non differunt per hoc, quod essentia significata per nomen specificū includat aliquā determinationē, q̄ oīno fit extra re significatā per nomē genericū, sed p hoc, quod essentia p spē nomē im portata, includit actū designationē specificā, quæ fit p differentia ei⁹ constitutiuā: sicut homo actu includit rationale, ponitur namq; in eius distinctioe. Essentia vero nomine generico signata, cōfusa & i-determinata importat designationē illā: sicut animal in potentia in In cap. de cludit rationale, vt dicit Porphyrius. vnde animal, & vniuersaliter omnis essentia generico nomine importat ut sic, totū includit quod includit species, licet non eodē modo. Et præterea ad positā differentie declarationem ponit talem conclusionem, Genus dicit totū esse spē, quam sic probat. Omne predicatū dicit totū esse eius, de quo predicatur: genus predicatur de ipsa specie, ergo natura generica, puta animal, dicit totū esse speciei. Maior probat per hoc, Th. de Ente & essen. B quia

Com. 10.

quia nulla pars predicatur de suo toto. Vbi aduertendum est, quod hic sermo verus est de predicacione in recto & directo, siue essentiali, siue denominatiua, & de parte, in eo qd pars, & no de parte vt significatur per modum totius. pot. n. pars vt obiq; modo signari, si cut materia significatur, vt pars rei, per ly materia: significatur autem vt totu, per ly materia. his. n. modifi-

Ad horum dissolutionem considerandum est primo, quomodo transcendentia se habeant ad naturas rerum supra quas cadunt, ut autem supra in questione de significatione entis tactum fuit, nullum transcendentium importat alium gradum, seu aliā naturam a gradibus, seu naturis eorum, quibus apponuntur: cum enim dico, ens homo, vnus homo, res homo, vnus homo, bonus homo, aliquid homo, nullum alium gradum ab humanitate significo, sed ipsam humanitatem diuersis modis, ly enim ens significat humanitatem, prout habet esse: ly vnus, illam, prout non est diuina formaliter: ly res, illam prout latitudinem habet, vt pote, non ex intellectu fabricata: ly bonus, ipsam prout perfectiua est appetitus: ly verum, ipsam vt perfectiua est intellectus: ly aliquid, ipsam vt aliquid quid est ab aliis, Simili modo est dicendum accepto quocunque gradu generico, vt faciliter exemplo manifestari potest.

quod conueniat sibi, secundum quod huiusmodi. Vnde quicquid aliorum sibi attribuitur, falsa est attributio, vt g. homini eo quod est homo, conuenit rationale & animal, & alia quæ in eius diffinitione cadunt: album vero, uel nigrum, uel quodcunque huiusmodi, quod non est de ratione humanitatis, nõ conuenit homini in eo quod est homo. Ideo si queratur utrum ista natura possit dici una, uel plures: neutrum concedendum est; quia utrunque est extra intellectu humanitatis, & utrunque potest sibi accidere. Si enim pluralitas esset de ratione eius, nunquam posset esse una: cum tamen una sit lectus habere conceptum obiectiuum vnũ simpliciter, nihil concluditur. Dicitur secundo ad secundam, quod argumentum a simili claudicat. licet enim sit similitudo quo ad aliquid inter compositum naturale & intellectuale: dissimilitudo tamen est magna in proposito, quia partes compositi naturalis multo se exci. uduat: quia quædam res speciales sunt, partes autem compositi intellectualis non possunt multo se excludere, quia altera; puta ens, est adeo uniuersalis, ut nihil possit eam subterfugere.

Considerandum est secundo, quod cum primũ inter transcendentia sit ens, eo quod eius ratio ceterorum rationes præuenit, & omnia congruantur cum ente, tanquam eius passiones, cum declaratum fuerit quomodo ens conueniat naturis rerum, planum erit de cæteris. Scotus ergo primo sent. diffin. 3. quæst. 3. opinatur ens esse uniuocum & prædicari, in quibus omnibus inferioribus, exceptis ultimis differentiis. Et, primũ quidem horum tanquam per se notum supponens, secundi duplicem rationem reddit.

Primò, quia si differentiæ includantur ens uniuoce dictum de eis, & non sunt omnino idem, oportet quod sint diuersa aliquid idem entia: & consequenter sequitur, quod differentiæ ultimæ sint proprie differentes, & sic habent alias differentias, & non sunt ultimæ.

Secundo, quia sicut ens compositum in re est compositum ex actu & potentia: ita conceptus compositus per se vnus est compositus ex conceptu actuali, & potentiāli determinabili & determinate. Sicut ergo resolutio compositi in re fiat ad simpliciter simplicia, scilicet actum vltimum & potentiam vltimam, ita quod actus nihil potentia, & potentia nihil actus includat: ita resolutio conceptus, debet stare ad conceptus simpliciter simplices actualem & potentiam determinabilem tantum, ita quod nihil determinans includat, & determinans tantum, quod nihil determinabile includat, tales sunt conceptus entis & vltimæ differentiæ, ergo vltimæ differentiæ nõ includit formaliter ens.

Contra primũ arguitur, quia sequeretur, quod ens poneretur in diffinitione, contra Arist. 8. Meta. tex. com. 16.

Præterea sequitur, quod esset nugatio in diffinitione, vt supra in questione de uniuocatione entis deduximus.

Contra secundum dictum arguo sic, Omne id, de quo formaliter sumpto prædicantur in secundo modo passionis entis, in eludit in se formaliter ens: sed de vltima differentia formaliter sumpta prædicantur in secundo modo passionis entis, Minor patet, quia vltima differentia est per se vna & intelligibilis. Maior probatur sic, Omne formaliter includens medium proprium a priori, per quod demonstratur passiones entis, includit in se formaliter ens. patet ista: quia entis conceptus est illud medium: sed omne id, de quo formaliter sumpto prædicantur in secundo modo passionis entis, includit in se formaliter medium, per quod tales passiones de eo sunt demonstrabiles, ergo omne tale includit formaliter ens. Patet ista Minor, quia implicat oppositum. Si enim A formaliter nõ includit propriũ medium concludendũ B, quomodo de A formaliter sumpto erit a priori demonstrabile B? Sed secundo arguo, & in idem redit. Omnis passio conueniens pluribus formaliter sumptis, conuenit eis ratione alicuius communis in eis formaliter inclusi, cui illa passio primo conuenit: sed vnitas uel intelligibilitas est passio conueniens omnibus vltimis differentiis formaliter sumptis, ergo conuenit eis ratione alicuius communis formaliter inclusi in eis, cui primo conuenit, tale autem est ens, ergo omnes differentiæ ultimæ includunt ens. Minor est per se nota, Maior est Aristot. 1. Post. Nec potest dici ad Maiorẽ, quod licet subiecti denominatiue includi in eis, quibus formaliter sumptis conuenit passio illius subiecti: quia cum tota ratio quare passio alicuius includitur, sit participatio illius subiecti primi, si alicui formaliter sumpto inest passio, eadem formaliter sumpto inest & subiectum: & si formaliter sumptis subiecti ex parte est, quomodo formaliter sumptam illius

passionem habere potest? Vt arguatur sic. Id quod formaliter sumptum a se subiectum excludit, etiam a se passionem excludit: sed vltimæ differentiæ formaliter sumptæ non excludunt a se passiones entis in secundo modo, ergo nec excluduntur a primo modo. Nec patiatur, aures tuas audire responsum Francisci de Mayo...

conuenit homini in eo quod est homo. Ideo si queratur utrum ista natura possit dici una, uel plures: neutrum concedendum est; quia utrunque est extra intellectu humanitatis, & utrunque potest sibi accidere. Si enim pluralitas esset de ratione eius, nunquam posset esse una: cum tamen una sit lectus habere conceptum obiectiuum vnũ simpliciter, nihil concluditur. Dicitur secundo ad secundam, quod argumentum a simili claudicat. licet enim sit similitudo quo ad aliquid inter compositum naturale & intellectuale: dissimilitudo tamen est magna in proposito, quia partes compositi naturalis multo se exci. uduat: quia quædam res speciales sunt, partes autem compositi intellectualis non possunt multo se excludere, quia altera; puta ens, est adeo uniuersalis, ut nihil possit eam subterfugere.

AVICENNA autem Alpharabius, & Algazel, ut testatur Albertus in Post prædicamentis, cap. 9. opinantur, quod ens non conueniat naturæ absolute sumptæ. Vnde dicunt hanc consequentiam non ualere. Homo est substantia, ergo homo est ens: eo quod ens significat aliquid aditum essentia rei, quod non est de eius ratione: quod expressè dicitur de Avicenna referret Commentator. 4. Metaph. Com. 3. & 10. Meta. com. 8.

SANCTVS THO. autem, cuius est opus, quod exponendum suscepimus super 4. Met. lectu. 2. super tex. Com. 3. & super lect. 2. supra tex. Com. 8. expressè in hoc reprehendit Avicenna, unde sententia eius non est censenda eadem opinione Avicennæ, licet difficile sit uidere, in quo differat ab ea, cum ipse teneat nullum aliud a Deo esse ens per suam essentiam, sed per aliquid aditum suæ essentia, & expressè dicat in quolibet 2. q. 2. art. 1. ens non esse prædicatum essentialiter, & in primo contra Gen. ca. 6. dicat, ens tñ cadere in conceptu substantiæ, quod est genus generalissimum.

Propter quod a quibusdam dicitur, quod ens dupliciter sumitur, scilicet nominaliter, & participaliter. Et quod ens nominaliter quidditative & intrinsece de omnibus prædicatur: scilicet, in unum quodque est ens per essentiam suam. Ens uero participaliter, cum idem sonet quod existens, non est prædicatum quidditative: sic enim nihil aliud a Deo est ens per essentiam suā, unde secundum istos, ens nominaliter conuenit naturæ absolute, non autem ens participaliter. Addunt quoque, quod ens nominaliter est diuinum in decem prædicamenta, & est transcendens conuersum cum aliis, proprie loquendo, non ens secundo modo: & ideo reprehensibilis erat Avicenna, qui hanc distinctionem prætermisit.

Mihi autem aliter dicendum occurrit. Dico enim quod ens participaliter est id quod est transcendens, diuinum in decem prædicamenta. Quod ex eo patere potest, quod S. Thomas primo parte q. 5. & 6. & in questione de Veritate, questione uigesima prima ostendit bonum, quod etiam diuiditur in decem prædicamenta, ut dicitur 1. Ethico, conuerti cum ente participaliter, nõ nominaliter ut clare patet ex duobus.

Primo ex eo quod dicit, quod cum bonum & ens conuertantur, sicut res est ens, ita bona: sed non est ens per essentiam suam, ergo nec bona. In quo processit, ut fallacia uoluntatis uirtetur, nõ nisi de ente participaliter est sermo. Secundo, ex eo quod dicit, id quod res formaliter est bona, non esse ens: quod dictum de ente nominaliter, falsum est: quia esse actualis existentiæ, quo res est ens & bona, est ens nominaliter. Ens igitur quod conuertitur cum bono, quod est transcendens, diuinum in decem prædicamenta, est ens participaliter.

Sed in Entis nomine duo aspici possunt, scilicet id a quo nomen Entis sumitur, scilicet ipsum esse, quo res est. Et id ad quod principio operis dictum est, ens significat id quod est in quolibet prædicamento: & in hoc differre ab essentia, quæ significat id quod res in prædicamento reponitur. Vnde primo Physicorum, textu comment. decim tertii. Aristot. loco ly ens, ponit ly quod est, inueni. ergo attendens ad id, quo res est, unde nomen entis sumptum est, dixit simpliciter ens esse prædicatum extra essentiam rei: sanctus Thomas uero inueniens id quod est, ad quod nomen ens impositum est: Avicenna non ad hæc ipsum

ipsum quod est, non prædicat aliquid extra essentiam rei. Insufper aduertens, quod ipsum quo res est, scilicet actualis existentia, non est extraneum naturæ ab ipso quod est: sed per principia propria ipsius, quod est, constituitur inter prædicata accidentalia, ens annuntiare noluit: hoc enim potest afferri de quocunque alio extra essentiam rei.

Nihil enim extra essentiam rei per propria principia ipsius rei constituitur, nisi rei existentia. Quodcumque aliud per principia propria alterius generis constituitur, si genus proprium, & differentia propria & diuersitate propria illius prædicamenti principia. Ipsum autem existere, non nisi per genus & differentia & principia ipsius quod est, constituitur. Et hæc est ratio, qua S. Tho. arguit Avicenna, quatuor Metaphysici. vbi supra, unde ens prædicatum de aliquo, puta homine, cum non trahat hominem extra proprium genus & propria difiam, nec ratione ipsius quod est, nec ratione ipsius quod est substantiale, prædicatum esse relinquitur cum Aristotele & Commentatore, vbi supra, licet non sit omnino eodem modo substantiale, quo sunt prædicata illa, quæ in diffinitione cadunt. His prælibatis, ad dubium dico quod transcendendia non sunt prædicata propria natura secundum suam absolutam considerationem, neque secundum esse in singularibus, neque secundum esse in intellectu: sed sunt prædicata communia naturæ quomodolibet acceptæ, conuenientia non solum conuenientia, sed & casualiter. Et de natura quidem tam secundo, quam tertio modo accepta, patet: ex hoc enim quod homo in singularibus inuenitur entis, vnus rei & reliquorum rationem habet. Similiter ex hoc qd habet esse in intellectu, ens est aliquo modo diuinum &c. debetur enim sic sibi aliquod esse, licet rationis. De natura autem primo modo sumpta, ex dictis patere potest, & ex eo quod in quocunque inuenitur potestius transcendens, inuenitur & prius. Manifestum est autem de posterioribus transcendendibus, quæ sunt vnũ vnus, & aliud, &c. quod conueniunt naturæ absolute.

Vnde de homine absolute loquendo, ista est uerba. Homo est ens. Vnde S. Tho. dicit super 10. Meta. vbi supra, quod ens prædicatur naturæ decem generum, secundum quod sunt actu, vel potentia, & non tantum secundum quod sunt actu.

Ad rationem in dubio tactam, qua dicebatur. Si sic, ergo transcendendia essent ponenda in diffinitione, dicitur primo, quod non oportet omnia prædicata essentialia poni in diffinitione, sed ea tantum quæ explicant alium gradum essentialium diffinitui: quæ non sunt transcendendia, de quibus dictum est, quod eundem gradum prædicant, quem genus, vel differentia importat. Vnde, 8. Meta. tex. com. 19. dicit Arist. quod ideo, nec ens ponitur in diffinitionibus, nec vnus: quia ens statim est vnus, & vnus quodque diffinitio enim completa tunc est, cum omnes rei gradus explicentur a prima potentia usque ad vltimum actum intrinsecum, quod sine transcendendibus, quæ nullum gradum addunt, fit. Dicitur secundo de ente, quod quia ens importat aliquo modo ipsum esse, quod pertinet ad questionem, An est & non ad questionem, Quod est: ideo a prædicatis quidditative aliquo qualiter declinat.

Ad dictum S. Tho. dicitur, quod transcendendia duo habet, & quod in nulla diffinitione ponatur ratio dicta, & quod in quolibet conceptu includantur, vt dicitur de ente. 3. Metaph. tex. Com. 10. quod secundum, ideo dictum arbitror: quia transcendendia quemlibet gradum comitantur, & ideo conceptui nulli desunt. Et sic dico, quod ea quæ naturæ absolute conueniunt, in cuius ratione cadunt conueniunt rei, in eo quod talis homo enim in eo quod homo, est ens, res, aliud &c. Ex his diligens lector, habes unde diuersa dicta S. Tho. sane intelligere debeas.

Quo ad prædicata negatiua uero dicitur breuiter, quod negationes ille possunt dupliciter accipi, formaliter scilicet, & fundamentaliter. Si formaliter falsum est, quod conueniant naturæ absolute: per opus enim intellectus attribuantur ei, cum negationes entia rationis sint. Si fundamentaliter, cum negatio su per affirmationem fundetur, conceditur esse prædicata quidditative, sed sic sumptæ nihil aliud sunt, quam genus & differentia propria. Fundamentum enim negationis naturarum dispensatũ de homine nihil aliud est, quam natura hominis: ex hoc namque quod homo est animal rationale, non est leo, neque bos &c.

Q V A E S T I O VI.

De vnũ Secundo est circa dictum San. Thomæ in littera in assignatione secundæ differentia, quod dicitur, quod na-

tura absolute sumpta, nec vnitas, nec pluralitatem habet. Videtur enim hoc esse impossibile, cum id quod vnũ non est diffinibile non sit, vt dicitur 7. Met. tex. com. 13. immo nec intelligibile, vt habetur quarto Meta. com. 10. Est vnitas naturæ absolute habere concedatur: qualis sit illa vnitas non est facile assignare, cum nõ numeralis sit, ut declaratum est, nec specifica, nec generica, cum hæc ex intellectu fiat, nec analogica, ut de se patet: homo enim non est vnũ analogice. Nec etiã facile quicquid dicit, an vnitas illa sit realis, an non.

Ad euidentiam huius dubitationis quinq; facienda sunt, primo videndum est quid sit vnitas qualibet. Secundo, unde habeat vnitas realitatem. Tertio, quomodo vnitas qualibet sit extra animam. Quarto, respondendum est dubitationi motæ. Quinto, quædam obiectiones excludendæ sunt.

Quo ad primũ sciendum est, quod cum unum nihil addat supra ens, nisi priuationem diuisionis: ita quod vnũ nihil aliud est, quam ens indiuisum, ut dicitur 4. Meta. tex. com. 3. Vnitas qualibet nihil aliud est, quam rei indiuisio. Et quia quælibet priuatio per suum habitum cognoscitur, ideo vnitas quæ indiuisiõnem sonat, ex natura diuisionis quam priuat, cognosci debet: & secundum diuisionis multiplicatẽ, multiplicatẽ vnitas accipere oportet.

Considerandum est igitur, quod diuisio est duplex, quædam est materialis per principia indiuiduationis causata, quædam est formalis, quæ per essentialia principia fit. Et hæc habet latitudinẽ, quia quædam est per essentialia principia propria, quædam uero per principia essentialia communia, & hoc iterum habet latitudinẽ, secundum quod principia essentialia communia sunt magis & minus communia, vt g. inter Sortem & Platonem est diuisio numeralis & non formalis: quia non cautatur distinctio eorum ex essentialibus, sed indiuidualibus principis. Inter Sortem uero & hunc leonem, dato quod leo & homo essent sub eodem genere proximo, est diuisio formalis per essentialia principia propria, vltimas, scilicet, differentias tantum. Inter Sortem uero, & hanc plantam est maior diuisio formalis per principia, scilicet essentialia communia Sorti, & multis aliis speciebus, scilicet sensibile & insensibile. Inter Sortem uero & hunc lapidem, est diuisio formalis adhuc maior per communiora principia, scilicet per animatum & inanimatum. Et sic semper ascendo intenditur diuisio formalis: adeo quod inter Sortem & hanc alberedinem est maxima diuisio formalis: vt pote per propria & communissima principia essentialia, scilicet substantiantium & dispositiuum modos entis prædicamentorum constitutiuos.

Similiter per omnia de vnitate dicendum est. Vnitas enim est duplex. Quædam numeralis, & quædam formalis. Vnitas numeralis attenditur penes priuationẽ diuisionis numeralis. Vnitas autem formalis attenditur penes priuationem diuisionis formalis: & hæc habet latitudinẽ. Quædam enim priuat diuisionem formali omnino, causabili per principia propria. & communia & hæc est vnitas formalis simpliciter. Quædam uero priuat diuisionem formali non simpliciter, sed taliter causabili, scilicet per principia communia: & hæc est vnitas formalis secundũ quid, & habet latitudinẽ secundum quod diuisio priuata causabilis est a magis & minus communibus principis essentialibus vt g. Sortes est vnus numero: quia non est per materiales differentias in se distinctus. Homo est simpliciter vnus formaliter: quia nõ compatitur secum diuisionem formalem quamcunque. Animal uero est vnũ formaliter, in quantum non compatitur secum diuisionem per sensibile & insensibile: non tamen habet vnitas simpliciter, quia compatitur secum diuisionem per rationale & irrationale. Corpus uero est minus vnũ formaliter: est enim vnũ, quia non est in se diuisum per corpus & incorporeũ: est autem minus vnũ, quia compatitur secum diuisionem formalem maiorem, scilicet per animatum & inanimatum. Ens autem minime est vnũ: vnũ quidem est, pro quanto non est in se diuisum proportionaliter: minime uero pro quanto tantam diuersionem formalem cum sua vnitate compatitur. Ex his patet primũ, quid scilicet sit vnitas quælibet: quia scilicet vnitas est indiuisio, & talis vnitas est talis indiuisio, id est diuisionis priuatio: ita quod nihil aliud est dicere, Sortes est vnus numero, nisi Sortes est ens carens diuisione numerali. Homo est vnus formaliter, id est homo est ens carens diuisione formali. Hæc de primo.

Quo ad secundum est sciendum, quod ens res dupliciter accipitur

2. q. 3.

Seco. i. d. 3. q. 3. col. 9. 3. 3. vt ful. dictu est. 2. q. 3. prima ratio.

1. c. 16.

2. q. 3. 2. q. 3. 2.

1. 68 p. 1 a.

accipitur. Vno modo vt distinguitur contra ens ab intellectu fabricatum. Alio modo vt distinguitur contra non existens actu.

Potentia q. 3. art. 2.

In predicamento substantia.

aliud in anima, & secundum vtrūque consequuntur accidentia dicendam naturam: & sic in singularibus habet multiplex esse secundum diuersitatem singularium, & tamen ipsi naturæ secundum pra-

destructis primis substantiis, impossibile est aliquid remanere: ideo vnitas, sicut & cetera, realitatem habet proprie loquendo, pro quanto ipsa existit actu extra animam & causas suas. Hæc de secundo.

Quo ad tertium propono tres propositiones. Prima est. Quilibet vnitas supradicta tam scilicet numeralis, quam formalis existit extra animam. Secunda est. Nulla vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis existit in rerum natura. Tertia est. Omnis vnitas formalis existens extra animam multiplicatur realiter ad multiplicationem ipsarum rerum. Prima propositio est adeo manifesta, quod nullus sanæ mentis potest eam negare. In Sorte enim præter omnem intellectus operationem apparet vtrique vnitas. Caret enim in se ipso diuisione numerali & formalis causabili per principia propria & communia: & sic in diuisionem numeralem & formalem habet. Vnde in Sorte non est sola vnitas numeralis, sed formalis, multiplex secundum multitudinem: prædicatum quidditatum: & sicut non sola individualitas Sortis est extra animam, sed quodlibet eius prædicatum quidditatum: ita non sola vnitas numeralis, sed quilibet eius vnitas formalis extra animam dicenda est esse.

Ad intelligentiam vero secundæ est notandum, quod res potest intelligi communis extra animam dupliciter. Vno modo potest esse: alio modo negatiue. Illa res est communis positiue, quæ indiuisa manens in pluribus suppositaliter distinctis inuenitur. Illa vero est communis negatiue, quæ nulli supposito est propria. Primo modo rem communem nullam recolo asserentem dari extra animam, nisi essentiam diuinam secundum fidem Christianam. Secundo modo videtur a quibusdam poni res extra animam communis, de quibus sermo erit infra: & quia hoc aliquid a veritate mihi videtur, ideo de tali communitate intelligendo, secundam propositionem proba dupliciter.

Primo sic. Nulla res exigens quidditatem solitarie inueniri extra animam, existit in rerum natura: sed vnitas communis extra animam, negatiue pluribus suppositaliter distinctis est res exigens quidditatem solitarie inueniri extra animam. ergo nulla vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis existit in rerum natura. Maior sic probatur. Nullum exigens ad suum existere aliquid impossibile inuenitur: sed quidditatem extra animam solitarie inueniri est impossibile, oportet enim ipsam esse in aliquo supposito. ergo id quod exigit ipsam solitarie inueniri, nunquam existit in rerum natura. Minor autem probatur sic. Id quod exigit quidditatem non propriam alicui supposito extra animam, exigit ipsam solitarie existentem: sed vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis exigit quidditatem non propriam alicui supposito. ergo vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis existit in rerum natura. Huius præallegati præmissa nota sunt ex terminis. Maior quidem, quia quidditas non proprie alicui supposito necessario est solitarie, si enim non est solitarie, est in aliquo supposito: & si est in aliquo supposito, est propria illi. Minor vero patet, quia commune & proprium sunt opposita: commune enim includit negationem propriam, & e conuerso. Statim enim vt res appropriata est alicui, non est: eo quod negationem appropriationis habet. Oppositum ergo prædicati infert oppositum subiecti in vtraque præmissa.

In hac quaestione.

Præterea secundo proba sic. Omnis res existens in rerum natura, est res particularis: nulla vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis est res particularis. ergo nulla vnitas communis existit in rerum natura. Maior est nota ex communi Peripateticorum sententia. Minor probatur sic. Omnis res particularis est alicui vni supposito propria, aliter non esset particularis: nulla vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis est alicui vni supposito propria, hoc patet ex terminis. ergo nulla vnitas communis existit in rerum natura.

Tertia propositio probatur sic. Quotiescunq; aliqua duo sunt conuertibiliter idem realiter, multiplicato realiter vno, multiplicatur & reliquum: sed res vna & vnum sunt conuertibiliter idem realiter. ergo multiplicata realiter, multiplicabitur realiter & eius vnitas. Sed pluralitas numeralis est realis, ergo multiplicata re numeraliter, plurificabitur & eius vnitas. Vnde in Sorte & Platone esticut sunt duæ corporeitates, animalitates, & humanitates: ita sunt duæ vnitates formales, sequentes corporeitates, & humanitates.

priam considerationem, scilicet absolutam, nullum istorum esse debet. Falsum enim est dicere, quod natura hominis, in quantum humani modi, habeat esse in hoc singulari. Si enim esse in hoc singulari

duæ sequentes animalitates, & duæ sequentes humanitates, oportet enim secundum numerum prædicatum essentialium esse numerum vnitatum formalium in quolibet indiuiduo. Sicut enim quodlibet prædicatum quidditatum dat aliquid esse: ita oportet aliquam vnitatem. vnum enim & ens idem sunt, vt dicitur quarto Met. tex. com. 3.

Ex his patet tertium, quomodo scilicet vnitates habeant esse extra animam: quia sunt non communes, sed particulares & multiplicata numeraliter iuxta numerum indiuiduorum, quorum sunt. Hæc de tertio.

Quo ad quartum dico, quod natura absolute sumpta habet vnitatem quandam, vt efficaciter concludit ratio adducta, quæ est Sancti Thomæ in tractatu de natura generis. Et quando queritur, aut illa vnitas est numeralis, aut specifica, dico quod est vnitas formalis, quæ alia est a numerali. scilicet diuisio formalis alia est a materiali. Nec illa vnitas formalis est specifica, aut generica formaliter, sed est fundamentum vnitatis specificæ, & vnitatis genericæ. Hæc enim vnitates formaliter ab intellectu sunt: illa vero omnem actum intellectus præuenit. Quod autem in litera dicitur, quod natura absolute sumpta nec est vna, nec est plures, intelligendum est de natura & pluralitate numerali.

Ad id vero quod dubitationi additur, an ista vnitas sit realis, aut non: dico quod secundum se est realis primo illorum modorum, quos supra posuimus, accipiendo ens reale sicut & natura ipsa absolute sumpta: & sicut natura secundum esse in singularibus est ens reale secundo modo, ita vnitas illa, quæ semper naturam comitatur in particularibus posita, est realis vere & proprie. Idem enim est iudicium de natura, & eius vnitate. Hæc de quarto.

Quo ad quintum duo dubia propria occurrunt. Primum est circa secundam propositionem, in qua dictum est, quod nulla est vnitas communis extra animam. Secundum est circa id quod nunc dictum est, quia scilicet aliter sit alia vnitas formalis a numerali in Sorte.

Contra primum enim instatur sic. Quæcumque suppositaliter distincta, sunt vnum formaliter extra animam, habent aliquam vnitatem communem eis extra animam: Sortes & Plato sunt vnum formaliter extra animam. ergo Sortes & Plato habent aliquam vnitatem sibi communem extra animam. Maior ex eo videtur manifesta, quod si aliqua suppositaliter distincta sunt vnum, in eo in quo sunt vnum non distinguuntur: & sic illud vnum est commune vtrique extra animam, ex quo sic sunt vnum.

Præterea, Humanitas quæ est in Sorte, quantum est ex se, est determinata ad Sortem vel Platonem. ergo vnitas formalis humanitatis, quæ est in Sorte, quantum est ex se, est communis negatiue Sorti & Platoni. Consequentia est nota: quia etiam vnitas formalis non est determinata quantum est ex se, ad Sortem & Platonem. Antecedens autem de se est manifestum. datur ergo extra animam aliqua vnitas communis negatiue pluribus suppositaliter distinctis.

Circa secundum dubium, videtur quod inter vnitatem formalem, & vnitatem numeralem in Sorte existentem, sit aliter realis: quia quarumcumque prinationum habitus distinguuntur realiter, ipsæ quoque distinguuntur: sicut quia visus & auditus distinguuntur realiter, cæcitas etiam & surditas realiter differunt: sed vnitas formalis & numeralis habitus distinguuntur realiter. ergo &c. Patet ista: quia diuisio formalis, & diuisio numeralis adeo distinguuntur, quod in rebus separatis a materia aliqua eiusdem speciei numeralem diuisionem absque forma habent.

Ad opposita vero respicienti apparebit, quod sit aliter realis tantum: quia sicut se habet natura formalis ad naturam indiuidualem, ita vnitas formalis ad vnitatem numeralem. sed natura formaliter sumpta est eadem natura numeraliter sumpta.

per, & non nisi ratione ab ea distinguitur. ergo vnitas formalis est eadem realiter vnitati numerali, & non nisi ratione ab illa est alia.

Præo dissolutione primi dubii nota, quod aliqua duo suppositaliter distincta, esse vnum formaliter cõtingit dupliciter. Vno modo per hoc, quod illa duo adueniunt in aliquo extra animam communi vtriusque indiuidui vtriusque illorum. Alio modo per hoc, quod illa duo habent mutuam negationem inter se diuisionis formalis. Exemplum primi nõ inuenio in rerum natura nisi, vt dictum est, secundum fidem Christianam in Trinitate. Exemplum secundi inuenitur in omnibus indiuiduis eiusdem speciei. Sortes enim nullo intellectu considerante, habet hanc negationem, scilicet quod non est diuisus a Platone formaliter, & Plato similiter non est diuisus a Sorte formaliter. Et quia ad eos esse vnum formaliter, nihil aliud requiritur, quam esse indistinctos formaliter: ideo simpliciter verum est Sortem & Platonem esse vnum formaliter extra animam. Committitur ergo fallacia consequens in argumento a superiori ad suum inferius affirmatiue. Esse enim vnum formaliter, est superius ad habentia aliud commune indiuisum in eis extra animam, & ad habentia duas naturas cum mutua negatione diuisionis formalis. Non enim est imaginandum Sortem & Platonem esse vnum formaliter, quia conueniant in aliquo, in quo non distinguuntur extra animam: sed ideo, quia vtrique negatione diuisionis formalis ab altero gaudent. Vnum enim formaliter nihil aliud est, quam non diuisum formaliter. Et quod dicitur de vnitate formalis simpliciter inter Sortem & Platonem, liget de vnitate formalis secundum quid inter Sortem, & hæc leonem, & hunc lapidem, & hanc intelligentiam &c. Sicut enim quia Sortes & Plato habent duas naturas, inter quas non cadit diuisio formalis, ideo sunt indistincti formaliter simpliciter extra animam: ita quia inter Sortis & huius leonis naturas non cadit diuisio formalis talis qualis nata est causari per sensibile & insensibile. ideo Sortes & hic leo sunt indistincti formaliter secundum quid, ita etiam quia inter Sortem & hunc lapidem non est diuisio formalis per corporeum & incorporeum: ideo Sortes & hic lapis sunt indistincti formaliter secundum quid: ita quoque, quia inter Sortem & Gabrielem non est diuisio formalis, quia nata est causari per modos entis, scilicet per se & in alio: ideo Sortes & Gabriel sunt indistincti formaliter secundum quid, & consequenter sunt vnum formaliter absque omni opere intellectus. iam enim plures dictum est, vnum idem sonare quod ens indiuisum.

Ad secundum dico, quod aliud est dicere, Natura humana existens extra animam secundum se, est communis pluribus negatiue, seu indifferens negatiue: & aliud est dicere, Natura humana existens extra animam est communis pluribus, seu indifferens existens. prima enim est vera: secunda vero est falsa. Et veritas prima patet ex supradictis, vbi diximus quod natura, quæ est extra animam, puta natura Sortis secundum se, debet solitarie sumpta, non est determinata, neque appropriata alicui, & consequenter est indifferens, seu communis negatiue. Falsitas autem secundæ patet ex eo, quod omnis propositio est simpliciter falsa, in qua prædicatum repugnat subiecto ratione conditionis explicite importata in illo: sicut ita est simpliciter falsa. Ignis non approximatus combustibili comburitur, quia comburere repugnat igni non approximato passo. Sed illa propositio secundæ, scilicet, Natura existens extra animam est communis pluribus negatiue, est huiusmodi. ergo ista est falsa.

Ad euidenciam minoris scito, quod cũ dico, Natura secundum se, seu natura absolute, dico duo, scilicet naturam & solitudinem, & eius conditionem. Similiter cum dico, natura existens extra animam, dico duo, scilicet naturam, & particularem existentiam sibi coniunctam, & eius conditionem. Vnde aliquid conditionis, siue repugnat nature absolute ratione nature, & aliquid ratione solitudinis: Similiter aliquid conuenit, siue repugnat nature existenti extra, ratione nature: & aliquid ratione associationis eius ad particularem. Cum igitur communitas negatiue, quæ est prædicatum in propositione nostra, non conueniat nature absolute ratione sui, scilicet nature, quia non est eius prædicatum quidditatum, sed conueniat ei ratione explicite conditionis per se, secundum se, seu ly absolute, quæ est solitudo: ex hoc enim natura est communis negatiue, quia solitarie accipitur absque determinatione ad hoc, vel illud: oportet quod res repugnet nature sub opposita conditione sumpta ratione illius opposita conditionis. Explicat autem conditionem oppositam

solitudini natura existens extra, eo quod explicat conjunctionem eius ad particularem existentiam, quæ solitudinem illius tollit. Et ideo communitas negatiue repugnat nature existenti extra, non ratione nature, sed ratione conditionis explicite per se, existenti extra animam: & consequenter propositio illa, in qua subiectum erat, Natura existens extra, & prædicatum erat, Communitas negatiue, est simpliciter falsa. Statim enim, ut natura perdit solitudinem, communitatem quoque perdere cogitur: amittit, autem solitudinem, quam pri-

bet quod sit in hoc singulari, uel in illo. patet ergo quod natura hominis absolute considerata abstracta a quolibet esse, ita quod non fiat præcisio alicuius eorum: & hæc natura sic considerata, est quæ prædicatur de omnibus indiuiduis.

mum in alio est.

Vnde apparet responsio ad argumentum, quod licet tam natura quam vnitas formalis, quantum est ex se, id est solitarie, sit communis negatiue: ipsa tamen existens extra, non est communis, sicut ipsa quantum est ex se, non est cum alio, ipsa tamen existens extra necessario est cum alio: & sic non licet inferre, Ipsa quantum est ex se non est cum alio. ergo ipsa existens extra non est cum alio: ita nõ licet inferre, Ipsa quantum est ex se, est communis negatiue. ergo ipsa existens extra, est communis negatiue. Vtrobique enim idem peccatum accidit, & est secundum fallaciam accidentis. Et si hoc intuitus fueris, videbis in quo differat positio Scoti in secundo sent. d. 2. q. 1. a positione nostra, & vnde in talem opinionem incidit. Dicit enim ipse naturam specificam, puta humanitatem, ratione sui sequi hæc duo, scilicet vnitatem formalem, & communitatem negatiuam, seu indifferenciam ad plura numero. Dicit namque in fine illius quaestiois, quod non oportet querere causam, quare natura sit communis: quia natura ipsa est causa sufficiens suæ communitatis, sed bene oportet querere causam, quare sit singularis, quia non ex se est singularis: & ideo sicut extra animam inuenitur natura vna formaliter, ita inuenitur natura communis pluribus. Nos autem in primo non dissentimus, sed in secundo. Dicimus enim naturam ratione sui sequi vnitatem formalem, sed communitatem negatiuam fatemur non sequi eam ratione sui, sed ratione solitudinis suæ: sicut singularitatem sequi eam diximus ratione associationis eius ad existentiam. Et quia conditio solitudinis non conuenit nature ratione sui, nec ratione ipsius esse, quod habet extra animam, sed ratione intellectus, qui natus est adunata diuidere: ideo ante omnem actum intellectus, nulla communitas in natura inuenitur. Et sicut querenda est causa, vnde habeat natura esse solitariam, & esse extra, quia de se neutrum habet: ita querenda est causa, vnde habeat natura communitatem, & singularitatem: de se enim neutrum habet.

Causa autem vnde falsitas in hac Scotica processit opinione, videtur duplex. Prima est æquiuocatio illius termini, ex se, seu de se. Potest enim vtrunque eorum accipi dupliciter. Vno modo positiue: & sic dicit aliquam habitudinem cause. Alio modo negatiue: & sic dicit solitudinem, id est, non cum alio, & primo modo intellexit naturam esse communem ex se, ita quod ipsa est sibi sufficiens causa suæ communitatis, vt ex verbis eius ibi patet, cum tamē debuisset intelligere secundo modo. Natura enim ex se, id est non cum alio, est indifferens & communis: sicut quædam dicitur, natura ex se est sola, ly ex se, non dicit aliquam causalitatem, sed tantum negationem conjunctionis cum alio.

Secunda causa est distantia inter propositionem negatiuam & affirmatiuam de prædicato infinito, reduplicacione addita. Licet enim ex affirmatiua de prædicato infinito, sequatur negatiua, & e conuerso, vt dicitur in secundo Perihermenias, quando non sunt replicatiue: cum reduplicacione: tamen licet ex affirmatiua de prædicato infinito, sequatur negatiua de prædicato finito, non tamen e contra. Hanc enim, Homo in eo quod homo, est non albus. Si enim homo in eo quod homo esset non albus, nunquam homini coniungi posset albedo: quia quod conuenit alicui, secundum quod ipsum conuenit ei semper necessario & per se. Apparet autem in hoc defecisse manifeste processum Scoticum: cum enim communitate negatiue idem sonet quod non proprium, argumentatus est sic. Natura, puta humanitas; in quantum talis non est propria alicui, ergo humanitas in quantum humanitas, est non propria: vbi expresse patet defectus prædictus. Et quod sic processerit, patet ex suo processu: Conclusio enim sua est affirmatiua de prædicato infinito, cum concludat. ergo natura ex se est communis, id est, non propria. Antecedens vero est negatiuum, scilicet, natura non est de se sic, id est, propria alicui. Similiter patet ex alio processu, quem ibi inducit, scilicet humanitati Sortis ratione sui non repugnat esse in hoc, ergo humani-

Seco. 2. dif. 3. quaest. 1.

Cap. 1. Lect. 3.

humanitas Sortis ex se est communis: vbi aperte patet praedictus defectus. Reduplicationem enim in primo processu sonat ly, ex se, seu de se, in secundo ly, ratione sui &c. Et hoc est valde notandum in hac materia, & in materia de vniuersalibus, quod hinc omnia pendent. Attentum ergo oportet esse, quod haec propositio, Natura ex se est communis, si debet esse vera, oportet quod ita ly ex se, quam ly communis, teneatur negatiue secundum viam nostram, & veritate: & tunc idem est ac si dicatur, Natura non cum alio sumpta, est non propria alicui: quod patet esse verum: Secundum vero Scoly ex se, tenetur politiuè, & male: & sensus est, Natura ratione sui, sine in quantum talis, est non propria alicui: quod est manifeste falsum.

¶ Attentior adhuc fit, quod aliud est dicere, Natura, puta humanitas in quantum huiusmodi, non est propria alicui. & aliud est dicere, Humanitas, in quantum huiusmodi, est non propria, seu communis, quod idem sonat in proposito. Prima enim est vera: quia humanitati in eo quod humanitas, non conuenit quod sit appropriata alicui. Secundum verò patet esse falsum ex eadem radice: quia humanitati in eo quod humanitas, non conuenit quod sit non appropriata alicui. Abstrahit enim ab utroque, scilicet ab esse proprio, & ab esse non proprio. Si enim humanitas in eo quod humanitas, est non appropriata, nunquam humanitas esset appropriata alicui: quia, vt dictum est ex 1. Postea, quod conuenit alicui secundum quod ipsum praesupponit de omni, necessarium, & per se. Quod autem naturae ratione sui non conueniat illa communitas, licet supra indirecte probatum fuerit, vbi duabus rationibus deducta est falsitas istius propositionis, Vnitas existens extra animam, est communis pluribus, suppositiue distinctis. Ad falsitatem enim huius sequitur falsitas istius: quia quod non conuenit rei extra animam, non conuenit ei ratione sui: directe tamen nunc proba sic. Omne quod sequitur aliquam naturam ratione sui, praedicatur simpliciter, id est, sine aliqua additione de supposito illius naturae: sed communitas sequitur naturam humanam per te ratione sui, ergo communitas praedicatur simpliciter, id est, sine aliqua additione de supposito naturae humanae. Processus bonus in tertio prima: conclusio autem est falsa, ergo altera praemissarum: non maior, vt declarabitur, ergo minor, quae est positio qua. Falsitas conclusiois patet: quia ista est simpliciter falsa, Sortes est communis pluribus: & si addatur ly ex se, adhuc est falsum dicere, Sortes ex se est communis pluribus. Veritas maioris declaratur sic. Quod sequitur naturam ratione sui aut est passio, aut modus, aut praedicabile per se, aut per accidens, aut separabile, aut inseparabile. Modo omnia ista, si comitantur naturam ratione sui, ita se habent, quod sicut natura praedicatur essentialiter de individuo, puta homo de Sorte: ita ista praedicatur denominatiue in suo ordine de ipsomet individuo, vt patet discurrendo.

¶ Et confirmatur hoc, quia in proposito nostro naturam humanam sequuntur vnitas formalis & communitas ratione sui secundum te. Vnde neutrum est alia causa querenda, nisi natura ipsa. ergo sicut vnitas formalis praedicatur simpliciter de Sorte, ista enim est simpliciter vera, Sortes est vnus formaliter: ita communitas praedicabitur de Sorte simpliciter, dicendo, Sortes est communis. Hoc est falsum, ergo &c. Quoniam est maior ratio de vnitate, quam de communitate: & quare eorum quae sequuntur naturam ratione sui, alia praedicatur de individuo, alia non? Non enim erit facile fingere rationes Scoti, quas ibi facit, quia non concludunt communitatem dari extra animam, sed vnitatem: ideo superfluum iudicauit addere. Si quae autem ex eis, aut expositis ab eodem in septimo. Metaph. ad communitatem probandam adducerentur, non erit difficile sumere responsionem ex dictis ad duas illarum hic inductas.

¶ Ad n. secundi dubii euidentiā sciendum, quod vniū cū dicat ens indiuiduum, importat aliqd positiuū, & aliqd priuatiuū. Si loquāmur de vnitate formalis, & vnitate numerali, substantiali, quo ad propositū quod importat, sic sunt idē realiter, & distinguuntur sola ratione. Sic idem realiter sunt Sortes & homo, & rōpe distinguuntur, eo qd eadē res est quae est vnā formaliter, & numeraliter. Si aut loquamur de his vnitatibus, quo ad priuationes diuisionū importatas, sic dico qd distinguuntur realiter, dīmodo qd fiat vis in hoc, qd distinctio realis sit passio ens realis, eo qd alia priuatio est priuatio diuisionis formalis, & alia est priuatio diuisionis numeralis: sicut alia est diuiso formalis, & alia est diuisio

numeralis. Nec inuenitur uno esse plures unitates substantiales realiter distinctas, quo ad priuationes importatas, esse ite impossibile in esse plures unitates substantiales realiter distinctas, quo ad res posituas, quas importat. Vn utriusq; rōnis adducē cōbōsiō cōcedēda est diuersimode loquēdo, nec aliter rōndere est opus.

¶ Non tamen potest dici, quod ratio vniuersalis conueniat naturae sic acceptae, quia de rōne vniuersalis est vnitas, & cōmunitas. Naturae autē humanae neutrum eorum conuenit secundum suam absolutam considerationem. Si enim communitas esset de intellectu hominis, tunc in quocunq; inueniretur humanitas, inueniretur communitas. & hoc falsum est: quia in Sorte non inuenitur communitas aliqua, sed quicquid est in eo indiuiduatum est.

¶ In huiusmodi autem propositionibus, Sortes est homo, & Sortes est animal, & similibus praedicatur vniuersale, & superius de particulari & inferiori. Similiter etiam cum queritur, an ista praedicatio, Sortes est homo, sit equalis de equali, vel inferioris de inferiori, non videtur posse responderi, tenendo quod natura absolute praedicatur cum illa, nec equalis, nec superior sit.

¶ Ad hoc dicendum est, quod sicut in natura extra est consideranda ipsam rationem agendi, & est consideranda conditionem eius sine quo operatur, v.g. in colore consideratur natura eius, ex qua est visibilis, & consideratur particularitas quae est conditio, sine qua non est visibilis: ita in natura praedicabili est consideranda dno, scilicet id quod praedicatur & attribuitur subiecto, & conditionem sine qua attribuitur illi. Sicut in hac propositione, Sortes est homo, id quod attribuitur subiecto, est ista natura humana, & nihil aliud. Conditio vero sine qua ly homo, non praedicatur de Sorte, est esse vniuersale superius commune, vel aliud huiusmodi, vt n. infra patebit, & habetur ab Aristotele, Metaph. com. 46. Nulla res praedicatur, nisi vt habet esse in se, vt dicitur in 4. Metaph. com. 46. Nulla res praedicatur, nisi vt habet esse in se, vt dicitur in 4. Metaph. com. 46. Nulla res praedicatur, nisi vt habet esse in se, vt dicitur in 4. Metaph. com. 46. Nulla res praedicatur, nisi vt habet esse in se, vt dicitur in 4. Metaph. com. 46.

¶ Nec obstat, quod superioritas non inest naturae absolute quae praedicatur: quoniam non dicit S. Tho. quod natura absolute, prout abstracta ab omni esse, conueniat hae conditio, scilicet praedicatio de individuo: sed dicit quod res cui conuenit illa conditio, est natura absolute, & non aggregatum ex natura & esse in intellectu, seu in singulari. Non enim cum dico, Sortes est homo, est sensus, Sortes est homo fm esse in intellectu, aut in singulari, aut superiori, aut equali, sed Sortes est habes humanitatem. Vnde valde attendenda est distinctio inter id quod praedicatur, & conditionem praedicatam, qua non attendit forte decepti sunt dicentes absolute ex hoc textu haberi, quod ista homo est animal, nec est praedicatio superioris, nec inferioris, nec aequalis. Sensus ergo literae est, Natura absolute quae est praedicatur, id est, natura secundum conditiones sibi debitas ratione sui, est id quod attribuitur singularibus, & non secundum conditiones sibi debitas ex esse in intellectu, vel singulari. cū quo stat, quod esse in intellectu vniuersalitas, & superioritas sint conditiones, sine quibus natura ipsa non praedicatur de singularibus.

¶ H. I. C. iam ponitur quarta conclusio negativa, Essentia substantiae compositae absolute supra non est vniuersalis, ut species &c. Probatur sic. Vniuersale est unum commune multis essentialiter, substantiae compositae secundum se non est una communis multis, ergo essentia substantiae compositae secundum se non est vniuersalis &c. Maior est Arist. secundo Posteriorum. Minor vero probatur ex eo, quod si secundum se essentia substantiae compositae esset una & communis, in quocunq; inueniretur, illa essentia, esset una & communis multis, quod est impossibile. Consequentia patet ex eo, quod omne quod conuenit alicui secundum se, conuenit ei in quocunq; ponatur, vt ex primo Posteriorum apparere. Impossibilitas autem consequens addo est manifesta, vt Aristen. dicit secundo suae Metaphysices, quod nullus sanz mentis potest oppositum illius opinari. Quis enim est adeo fatuus, qui dicat essentiam Sortis sibi conuenire esse & Platoni?

¶ S. p. hic occurrit dubiū circa p. positionem illā, supra quam fundatur totus processus, scilicet. Omne quod conuenit alicui secundum se, conuenit ei in quocunq; ponatur: videtur enim multis habere instantias. Motus enim secundum se est velocitabilis in infinitum, ex sexto Physicorum tex. Com. 15. Motus autem in caelo positus, nequaquam, sed est velocitas ut dicitur secundo

Secundo Caeli, tex. Com. 28. Similiter continuum secundum se est diuisibile in infinitum, ex sexto Physicorum tex. Com. 3. Continuum autem in re naturali positum non, cum omnino natura constantium determinata sit ratio magnitudinis, vt dicitur secundo de Anima tex. Com. 41. Similiter motus secundum se habet contrarium, ex 5. Physic. tex. Com. 8. & 14. Motus autem in caelo positus caret contrarium, primo Caeli, tex. Com. 20. Ad haec, & similia dicitur praenotatio, quod aliud est dicere, A conuenit alicui secundum se: & aliud est dicere, A non repugnat alicui secundum se. Ad veritatem enim primi existit repugnatio A vendicet sibi illud in primo, vel secundo, vel quarto modo per se. Ad veritatem secundi sufficit quod ipsi A vt modo per se. Ad veritatem quoque primi, sequitur sic, non repugnat illud. Ad veritatem quoque secundi, sequitur illud non inuenit sibi in quocunq; ponatur, ad veritatem secundi, non repugnat illud. Multa enim sunt quae non repugnant animalium in eo quod animal, quae tamen non inueniuntur in quolibet animali. Quicquid autem conuenit animalium in primo, vel secundo, vel quarto modo dicendi per se, inuenitur in omni animali. Vnde in proposito dico, quod nulla instantiarum adductarum est contra propositionem assumptam, & qd omnia que in illis dicuntur, intelligenda sunt per non repugnantiā & p. conuenientiam. Cū enim dicitur, motum esse velocitabilem in infinitum, intelligitur motus vt sic, non repugnare velocitatem in infinitum. Similiter cum dicitur, continuum esse diuisibile in infinitum, intelligitur continuo vt sic, non repugnare diuisibilitatem in infinitum. Similiter cum dicitur, motum habere contrarium, intelligitur motus vt sic, non repugnare habere contrarium.

¶ Quod si hoc non placet, dicitur, quod aliud est dicere, A in eo quod A, conuenit alicui: & aliud est dicere, A in eo quod A, non conuenit alicui, vt patet. Et quod quicquid conuenit A in eo quod A, conuenit omni A: quicquid autem non conuenit A in eo quod A, non oportet negari ab omni A. Rationabile enim non conuenit animalium in eo quod animal, & tamen non negatur ab omni animalium. conuenit enim animalium in homine. Et subiungit, quod omnes propositiones in instantiis adductae sunt intelligendae negatiue, vt sit sensus. Motus est velocitabilis in infinitum, id est, motus vt sic, non est determinata velocitatis. Similiter continuum est diuisibile in infinitum, id est, continuum vt sic, non est determinata diuisiōnis. Similiter motus habet contrarium, id est, motus vt sic, non determinat sibi esse absque contrario: & sic secundum vtrumque modum respondendi remanet propositio assumpta vniuersaliter vera.

¶ Posset tamen & aliter dici ad has instantias: sed quia magis ad formam propositionis attendo, quam ad materiam, ideo instantiarum pertransio.

¶ H. I. C. ponitur quinta conclusio negativa, scilicet, Essentia substantiae compositae secundum esse quod habet in singularibus, non est vniuersalis, probat sic. Vniuersale est vniū in multis: essentia substantiae compositae secundum esse quod habet in individuo, non est vna in multis, sed diuersa in multis, ergo essentia substantiae compositae, secundum esse quod habet in individuo, non est vniuersalis: & consequenter nec species, nec genus, nec differentia, quae vniuersaliter supponunt.

T. com. 33. T. com. 9. D cuius euidenciam scito, quod in rebus compositis ex materia & forma, quatuor intelliguntur, scilicet materia, quæ est altera pars compositi speciei: forma, reliqua pars: tota quidditas, ut ipsamet tota quidditas, ut habet ultimam perfectionem formalem. Verbi gratia, in homine potest considerare materiam, in qua forma recipitur, & formam in illa receptam. Aduertens etiam ipsum hominem, in quantum est substantia, est enim homo substantia, & ut substantia habet rationem perfectibilis per corpus, per rationale, &c. Aduertens etiam hominem, in quantum est rationalis nature, quæ est ultima eius perfectio formalis. Hæc autem quatuor ita se habent ad genus & differentiam, quod & materia, quæ est pars, & ipsum totum, & perfectibile fundant genus, diuersimode tamen. Forma uero, quæ est pars, & ipsum totum, ut posteriori perfectione formali perfectum fundat differentiam diuersimode etiam. Cum enim genus potestate contineat differentias, in complete, ac in potentia, rei naturam explicet, totumque secundum id, quo adhuc perfici potest, importet, radix autem potentialitatis in rebus sensibilibus sit materia, merito a toto, secundum quod possibile est, formaliter perficit, & a materia ipsa sumi dicitur. Similiter cum dicere sit diuidere, terminare, & aduare genus, totumque secundum posteriorem perfectionem & actualitatem explicare, radix autem actualitatis & perfectionis sit forma: merito a toto secundum quod perfectum est, & a forma differentia sumitur. Diuersimode uero fundant genus, & differentiam partes ipsæ rei, materia scilicet & forma, & quidditas tota ut perfectibilis, & perfecta. Sumitur enim genus a tota essentia, ut habet rationem perfectibilis, tanquam a re formaliter significata, seu denominata ab ipsa: materia uero tanquam a radice sui formalis significati. Similiter differentia sumitur a tota essentia, secundum posteriorem perfectionem, tanquam a re formaliter significata, seu denominata ab ipsa. A forma autem, ut a radice sui formalis significati. Non enim materia, quæ est pars hominis, denominatur eius genus, neque forma differentia, sed ipse homo ut substantia, ut animal generis denominationem sortitur, ut corporeus, ut rationalis differentie denominationem habet. Et propterea, quia genus & differentiam radicaliter fundant materia & forma, ideo ab Arist. 7. Metaph. tex. com. 33. dicitur, quod sicut se habet tota ratio ad totam rem, sic pars rationis ad partem rei. & 8. Metaph. text. com. 9. inuenies genus sumi a materia, & differentiam a forma. Præterea, & Com. 2. celi, com. 49. ait, quod si corpora cælestia conueniunt in genere, & differunt in specie, sunt composita ex materia & forma. Inuenies quoque, quia genus & differentia a tota essentia sumuntur, ut a re significata nomine primæ intentionis, & denominata nomine secundæ intentionis, & non a parte, illustres viros dicere quandoque, quod genus non sumitur a materia, & differentia non sumitur a forma, quorum cum intus fuerit rationes, supradictis non aduersari uidebit. Quæ cum ita sint, in substantiis materialibus ad substantias immateriales ascendendo, genus sumi non dicimus a materia, nec differentiam a forma, quia carent his partibus: unde restat, ut a tota essentia tam genus, quam differentia non solum formaliter, sed etiam adualiter in eis sumatur. Propterea & Avic. ut in littera dicitur, assignat diuersitatem inter differentiam substantiarum compositarum & simplicium, dicens quod differentia in speciebus compositis ex materia & forma, est simplex: differentia uero rerum non compositarum, non. & uocat differentiam simplicem eam, quæ non a toto radicaliter, sed a parte eius exit, quæ simplex est. Sumuntur ergo ex tota essentia in substantiis immaterialibus

T. com. 33.
T. com. 9.
Com. 49.

mus & differentia, sed differenter: quia genus sumitur ex tota essen- tia secundum id, quo essentialiter una alteri assimilatur. conveniunt enim intelligentia in aliquo predicato quidditativo. Differentia vero sumitur a tota essentia secundum id, quo una differt substantia- liter ab alia: & hic est certus formalis perfectionis gradus indi- visibilis formalis, quae

quante aliqua intelli- geria proximiori pur- rissimo ad huius Deo glorioso sortita fue- rit, tanto perfectior erit. Per hoc enim differunt inter se, quod una altera propin- quior est ad huius puro, & plus a potentia- tis natura recedit.

AD MAIOREM horum intelligentia- altius exordendum est. Sciendum est nan- que, quod aliud est loqui de genere, & differentia simplici- ter, & secundum ea quae sibi accidunt, &

T. com. 10

per se conveniunt: aliud est loqui de eis, secundum quod ad tales naturas applicantur. Si enim loquimur de eis secundum se, sic ad utrumque generis scilicet & differentiae, rationem exigitur, & suffi- cienter, quod differentia quidem explicet certum, & limitatum gra- dum entis non extraneae naturae a natura generis, cuius est idem: si- cut quod, sicut numeros subtracta, aut addita unitas variat, sic diffe- rentia addita, uel subtracta entibus, ipsa diversificat. Secundum au- tem sequitur ex eo, quod differentia diversificat genus debet: ita ut non solum ipsa species sit altera ab altera specie, sed natura ge- neris in hac specie sit diversa a natura generis in alia specie, ut 10. Met. tex. com. 2.4. habetur. Vnde in 1. de Animalibus ait Aristo- teli, quod si debeat dividi figura, differentiae eius non erunt habere an- gulos aequales duobus rectis, & habere angulos aequales multis re- ctis, quia haec accidentia sunt figurarum. Genus autem certam naturam significare oportet, ut transcendentia excludantur: determinabi- lem vero formaliter, ut specialissima segregentur.

T. c. 24

Si autem loquamur de genere, & differentia, ut applicantur ad substantias materiales, sic genus non solum explicat rem, ut determinabilem formaliter, sed etiam radicaliter sumitur a materia: & differentia simpliciter non solum significat determina- tionem, & actualitatem generis, sed sumitur radicaliter a forma. Sed haec accidunt generi, & differentiae ex eo quod essentia, cuius sunt, est composita, & realiter integrata ex duobus principiis, ma- teria scilicet determinabili, & forma terminante. Per se enim conveniunt animalia, quod significet naturam sensitivam determinabi- lem formaliter per rationale. Sed quia natura sensitiva habet, quod sit determinabilis per rationale ex hoc, quod habet materiam, ideo accidit huic generi, quod est animal, in quantum est genus, quod sumatur a materia: vnde si natura sensitiva esset determina- bilis per rationale, & non ratione materiae, non minus animal es- set genus. Similiter rationale per se habet, quod significet ratio- cinativam perfectionem essentialiter determinativam naturam sen- sitivam. Sed quia gradus intellectus habet, quod determinet sen- sitivam ex eo, quod anima intellectiva est forma corporis: ideo accidit huic differentiae, scilicet rationale, in quantum est diffe- rentia, quod sumatur a forma. Non minus enim rationale esset differentia, si perfectior ratiocinativa determinaret sensitivam ab his, eo, quod informaret anima corpus. Propter hoc communiter dicitur, quod sumitur genus ab eo, quod est materiale, potius quam a materia: & differentia sumitur ab eo quod est formale, potius quam a forma. Illud convenit eis per se, hoc autem per accidens. Cum autem substantiarum immaterialium simplex essentia sit determi- nata, & distincta ad certum perfectionis gradum, cum infinita en- titatis non sit, consequens est ut in ea sit, vnde genus & differen- tia sumi queant. Ex hoc enim, quod natura limitata est, ex ipsa determinatione sumitur differentia. Ex natura autem communi, quae determinari intelligitur, sumitur genus. Ex eo vero quod simplex est, se ipsa terminatur, ita quod non habet duas partes rea- les, quarum altera terminetur, & altera terminet: sicut substantiae sensibiles habent materiam, & formam.

Et sic in acceptione generis, & differentiae in substantiis mate-

rialibus salutaris id quod est per se, scilicet, quod genus significet certam naturam formaliter determinabilem. Et differentia ex- plicat determinatam perfectionem substantialem formaliter con- stitutum illius in certo gradu entis, licet non salutaris id quod est per accidens, scilicet quod genus sumatur a materia: differentia vero a forma.

tur genus, modo tamen differet: una enim substantia separata con- uenit cum alia in immaterialita- te. Differunt autem ab inuicem in gradu perfectionis secundum re- cessum a potentia, & accessum ad actum purum. Et ideo ab eo, quod sequitur illas, in quantum sunt immateriales, sumitur in eis genus, sicut intellectualitas, uel ali- quid huiusmodi. Ab eo autem quod sequitur in eis gradum per- fectionis, sumitur in eis differen- tia, nobis tamen ignota.

se: & tanto est potentialius, quanto remotius est ab esse. Declara- tur primo exemplariter, deinde ratione propositiones istae. Sor- tes distinctus realiter a suo esse existentiae habet plura praedicta quidditativa, scilicet substantiam, corpus, viuum, animal, homo, & certum est, quod Sortes in quantum substantia, valde elongata sua existentia: exigitur enim ad hoc quod Sortes sit, non solum quod sit substantia, sed etiam quod sit corpus. Cum autem acco- peris Sortem in quantum corpus, vicinior apparebit ad existentiam habendum, licet adhuc satis elongetur ab illa. exigitur enim ad hoc quod Sortes sit, non solum quod sit substantia corporea, sed etiam quod sit viuens. Et cum consideraueris Sortem ut viuum, videbis magis appropinquare ad esse, tamen adhuc remotus: exi- gitur enim ad hoc, quod Sortes sit, non solum quod sit substantia animalis, sed etiam quod sit animal. Et cum inspexeris ipsum in quantum animal, proximior ad essendum inuenies, adhaec tamen remotus ex eo, quod exigitur ad hoc quod Sortes sit non solum quod sit substantia animalis sensibilis, sed etiam rationalis. Nihil enim potest in rerum natura sub aliquo genere contineri, quod non sub aliqua specie continetur. Cum autem considera- tus fuerit ut substantia animalis sensibilis rationalis, tunc iam est se actualis existentiae suscipere potest: nihil enim aliud formale intrinsecum exigitur ad hoc quod sit, licet requiratur causa extrin- seca, & proprietates individualis, ut conditio existentis. Patent autem adducta praedicta ita se habere, quod semper id, quod propinquit se habet ad existentiam, comparatum ad remotius, se habet ut adua- le ad potentiale: sicut homo ad animal, animal ad viuum, viuum ad corpus, corpus ad substantiam. Et ex consequenti id, quod pro- ximum est ipsi esse, est actualius: illud vero quod remotius est ab esse, est potentius, & sic patet utraque propositio exemplariter.

Ratione autem proba. Cum vna esse sit actualissimum omnium quae sunt in re, & tanta actualitatis, ut non nisi completam essen- tiaem adus proprius sit, ad hoc quod essentiae eius receptivum fiat, oportet intrinsece completam, & determinatam esse. Sicut ad hoc quod aer recipiat lumen, oportet prius, quod perficiatur a diapha- neitate: terminatur autem, perficitur, & completur substantia his praedictis quidditativis. & ideo quanto praedictatum quidditativum erit magis essentialiter determinativum, magis appropriabit ipsam ad hoc, quod sit receptivum proprium ipsius esse. Et per oppositum, quanto praedictatum quidditativum est minus determinativum el- sentiae, tanto minus eam appropriat ad hoc, quod capax sit ipsius existentiae. Et quia vnum quodque quanto est propinquius actuali- simo, tanto est actualius, & quanto remotius ab illo, tanto est po- tentius: idcirco inter praedicta quidditativa talis est ordo, quod propinquius ipsi esse, est actualius: remotius vero, potentius.

Hiis duabus propositionibus, postquam tertiam addideris, scilicet quod genus sumitur ab eo, quod est ut potentiale: differe- rentia vero ab eo, quod est ut actuale, conficietur regula genera- lissima, quod genus, & differentia in omnibus sumuntur a tota es- sentia rei secundum elongationem, & propinquitatem ad ipsum esse existentiae. Differentia enim vicina, cum sit constitutiva spe- cie, & proprium illi inter entia gradum donet, vltimum comple- mentum ipsius essentiae est ad hoc, quod sit. Ultra eam au- tem iam dictum est, individuum nullum aliud complementum in- trinsecum expeclat, ut sic. Genus quoque generalissimum, cum essentiam maxime determinabiliter explicet, ab eo sumitur, quo essentia ipsa ab existentia magis est elongata, ut pote determina- bilis.

bilis, & perfectibilis omnibus differentis ad hoc, ut esse suscipere possit. Genera vero, & differentiae intermediae ab intermedijs sumuntur, & propter hoc dicitur, quod distinctio explicat diffini- tum a prima potentia usque ad vltimum actum, includit liquidem primum genus, quod sumitur ab eo, quo primo essentia ipsa potest habere esse: & omnes differentias, quibus paulatim essentia de- terminatur, & actua- tur usque ad vltima- differentiam, quae est actus vltimo determi- nans & perficiens ip- sam, ut esse habeat: propterea & Porphy- rius ait, quod secun- dum interius perferu- tantes, differentia est quae conducit ad esse. Nec propter hoc quod dicitur, in hoc dicitur, quod genus & differentia sumuntur ab esse actuali, quae n. distinctiones abstra- here ab esse: sed inten- ditur, quod genus & differentia sumuntur, ut verbis S. Tho. utamur, ab ordine ad esse actualis existentiae.

Ab ordine autem dicitur non relatione ordinis, sed fundamento eius ab eo. si quo essentia appropinquat ut receptivum ad ipsum esse, & ab eo, quo essentia elongatur ab ipso. Et secundum haec habet unde in intelligentia, substantiam ma- terialibus, & accidentibus sumatur genus & differentia, ut facile est quibus exercitatio deducere in singulis. Et propter hoc solus Deus caret genere & differentia. quidditas enim sua, cum sit sua existentia actualis, non potest concipi ut elongata ab existentia, uel propinqua illi. Vnde sufficientissimam causam S. Thom. in prin- cipio huius capituli assignavit, quare Deus non sit in genere, & in intelligentia sit in predicamento: quia ille est suum esse, ita ut autem est, utraque distinguitur ab esse proprio.

Hic excluditur prima obiectio. Dicitur enim, quod diffe- rentiae in intelligentia sumuntur a diversis perfectionis gradibus, quibus una altera propinquitior est actu primo. Contra hoc inta- tu sit. Quaeunque differunt secundum actum perfectum, & mi- nus perfectum, distunguntur solum accidentalibus differentis: intelli- gentia autem non nisi secundum magis, & minus perfectum. Et go differunt solum accidentalibus differentis. Processus bonus: concludit vero est falsa, ergo altera praemissarum: non Maior, ut probabitur, ergo Minor, quae est positio supra dicta. Probatio Ma- ioris est, quia magis, & minus non variant speciem: albedo enim perfectior, & minus perfecta unus speciei sunt, quaeque autem sunt eisdem speciei, accidentalibus solum differentis distinguuntur, cum in omnibus essentialibus conveniant. Hanc obiectionem ex- cludit haec pulchra distinctio. Perfectus, & minus perfectus pos- sunt attendi vel penes modum habendi aliquam formam unam simpliciter, uel penes ipsas formas habitas magis & minus, primo modo non variant speciem, sed a secundo modo. Quaeque enim ita se habent, quod secundum duos gradus perfectionis atomam suscipunt formam, solo numero ut sic, distinguuntur, ut patet de albo, ut 4. de albo, ut 6. Ea vero quae duos gradus perfectionis non eisdem formae, sed plurimum formarum suscipiunt, essentialiter, seu specie, distunguntur, ut patet de homine, & boue. Vnde patet responsio ad obiectiones, quod primo modo Minor est falsa, secundo modo Maior. Cuius probatio ideo videtur sine additione vulgaris, quia comparatio denotata per ly, magis & mi- nus, non fit proprie, nisi in atoma specie, ut dicitur septimo Phy- sicorum in commen. 27.

Hic excluditur secunda obiectio. Obicitur, n. contra idem dictu sit, vbi dicitur, quod sunt verus genus, & verae species, ibi debet esse ar- tificialis diuisio illius generis per duas veras differentias: sed in in- telligentia inuenitur verus genus, & verae species, ergo ibi debet esse diuisio per duas differentias veras. Conclusio est contra diuisio- nem supra assignatam, qua dictum est, Genus intelligentiaru des- cendit ad suas species per magis perfectum, & minus perfectum, quae non sunt verae differentiae. Maior vero probatur ex eo, quod vbi verum genus cum veris speciebus inuenitur, oportet esse diuisio- nis ipsius generis: & specierum constitutivas differentias, ex eo autem quod diuisio est secundum artem, debet esse bimbembris, ut Boetius testatur. Hanc obiectionem excludit S. Tho. dicens, ma-

giorem esse uniuersaliter imposibilitatem secundum Ari. sententiam in 2. libro de Animalibus.

AD CVIVS Evidentiam norandum, quod cum veris diferen- tiae appellentur differentiae politivae, non extraneae constitutivae inter se, conuertibiles cum his quorum sunt differentiae, ut ibi dicit Ar- istoteles, cap. 3. Genus il- lud, quod plures dua- bus speciebus conti- net immediate, non potest diuidi in duas veras differentias: sed si veris differentis di- uidendam erit pote- statem eius euacuanti- bus, oportet quod diuidatur pluribus duabus, & sic diuisio non erit bimbembris. Si enim diuisioe bi- membri partem erit, oportet alteram diffe- rentiam esse non ue- ram, etiam cum pri- uatione accepta alte- rius. Sicut si animal immediate contineat hominem, bouem, & leonem, oportet tri- bus veris differentis diuidi, uel altera ue- ra, puta, rationali, al-

Cap. 30

Cap. 30

Cap. 5

Cap. 4

teram non uera, sed priuatiua communi reliquis duabus, puta, ir- rationali. Quia igitur inueniuntur aliquae res in mundo plures duabus contrarijs immediate sub aliquo communi formaliter di- uisibili, ideo dicitur, quod impossibile est uniuersaliter, quod om- nis diuisio fiat per duas differentias veras: & hoc in proposito non- ito accidit. Cum enim intelligentia careant genere subalterno, ut S. Thom. in tractatu de Natura generis, cap. 7. testatur, eo quod perfectio earum ex pluribus coniunctionibus differentiarum non conseruit, sicut perfectio specierum in istis inferioribus, quibus non sufficit genus commune, & differentia, omnes immediate sub uno genere continebuntur, & sic genus earum, si ueris differentis ad illas descendere debet, oportet multimembrem fieri diuisio- nem nobis ignora. Quod si bipartita diuisioe contrahendum erit, altera simpliciter necesse est esse non veram, quia priuatiua: alteram propter debilitatem intellectus nostri ad nullam propria- earum differentiam ascendere potentes, necesse quoque est esse non ueram. Tales autem fuerunt differentiae in littera assignatae, scilicet magis perfectum, & minus perfectum.

Ex his iam patet responsio ad obiectionem declarata impossi- bilitate Maioris uniuersaliter. Boetius uero dicitur non obstat: quia us enim dicit diuisioem onnem ad bimbembrem reduci, non ta- men dicit, quod omnis bimbembris fiat per differentias veras infe- riorum, per illam diuisioem accipiendorum.

In hac quarta, & vltima parte huius capituli quatuor colligit de essentialibus substantiarum compositarum. Primum est, quod esse earum est limitatum, quia habet illud ab alio, ut pote distinctum rea- liter a se, & per hoc primo distinguitur a primo ente, cuius esse est infinitum, & idem realiter lux quidditati. Secundum est, quod essentia earum est recepta in materia signata, sunt enim in hoc vel in illo, ad hoc, & nunc determinate, sicut formale per suu materiale. Tertium, quod ex istis duobus corollarie sequitur, est quod sunt finitae superior, & inferior. Superior quidem, quia habent esse limitatum, & essentia earum per ipsum esse, quod ut superior respicit, terminatur. Inferius uero, quia recipiuntur earum totum in materia, & ipse ad hoc, & illud terminatur, quae respiciunt ut inferius, per hoc quod in his, & illis conditio- nibus materialibus recipiuntur, tam in parte materiali.

Quartum est, quod essentia earum est multiplicabilis numeraliter in eadem specie propter materiae signatae diuisioem. Et per haec tria differunt ab intelligen- tiis in secundo ordine positis, quae sunt a materia, infinitaeque inferioris parem sibi non compatiuntur. Et sic terminatur tractatus secundus huius libri.

CAPVT



N hoc tractatu tertio, unico capitulo contento, determinatur de accidentibus, ut nihil sub latitudine entis intactum remaneat. Diuiditur autem in tres par-

CAPVT VII.



Vnc autem restat uidere, qualiter essentia sit in accidentibus: quomodo autem sit in omnibus substantiis, dictum est. Et quia, ut dictum est, essentia per definitionem significatur, oportet quod eo modo habeant essentia, quo habet definitionem. Differentiam autem habent, in completam, quia non possunt diffiniri, nisi per naturam substantiam in eorum definitione: & hoc ideo est, quia non

habent in se esse absolutum per se a subiecto, sed sicut ex forma & materia relinquuntur esse substantiale, quando componitur, ita ex accidente & subiecto relinquuntur esse accidentale, quoniam accidens subiecto aduenit. Et ideo etiam nec forma substantialis completam essentiam habet, nec materia: quia in definitione formae substantialis oportet quod ponatur illud, cuius est forma, & ita definitio eius est per additionem alicuius, quod extra eius genus est, sicut & definitio formae accidentalis, ut etiam in definitione significatur, ut res diffinita: definitio autem oportet esse unum per se, secundum Aristotelem. Metaphysica text. Com. 16. ex eo quod ex accidente & subiecto non sit unum per se, habetur quod nec essentia aliqua resultat: id per oppositum, ex eo quod forma substantialis & materia unum per se sit essentia tertia resultat. Quinto differunt, quia forma substantialis, & si non sit essentia completa, est tamen pars completae essentiae: accidens uero non est essentia completa, nec pars essentiae completae. Sequitur autem haec differentia quinta ex quarta: essentia enim ex forma & materia fit essentia tertia, forma substantialis illius pars est, si autem ex accidente & subiecto essentia nulla resultat, accidens nullius completae essentiae pars poni potest, & sic accidens incompletum & secundum quid est ens, ac consequenter incompletam essentiam, & definitionem habet. Nec te moueat, quod formam substantialem non absolutam a receptiuo, & esse non habere sine materia modo dicitur, & superius dictum sit, animam intellectualem independenter a materia & separatam ab illa secundum rem remanere, hoc enim est simpliciter uerum. Ad uerificationem autem eius quod modo diximus, sufficit animam intellectualem esse essentialem materiae informatam, & tali modo ab illa insolubilem secundum esse quidditatum, ut eius definitio ostendit, & quod forma substantialis ut sit, non habeat unde secundum esse actualis existit: & materia absolutatur, & independens sit, licet aliunde alicui formae substantiali hoc intus, puta, ex hoc quod est intellectiua, loquimur. De forma partis substantialis ut sit.

CIRCA Haec supra dicta multa sunt dubia. Circa secundam enim conuenientiam dubitatur, an sit uerum, quod ibi dicitur, scilicet quod essentiae accidentales essentialiter non sunt absolutae a receptiuo.

Et haec dubitationem comitatur alia, circa tertiam conuenientiam, An scilicet accidentia necessaria per subiectum diffiniuntur. Occurrunt quoque quaestiones circa differentias assignatas, & prima quidem habet dubitationem de utroque membro cum sua radice, an scilicet forma substantialis pars potentiae tantum actus sit. Et, An forma accidentalis in ente, in actu tantum recipiatur.

CIRCA secundam differentiam est dubium, An accidentia habeant propriam existentiam distinctam realiter ab existentia substantiis.

Et iterum est ibi dubium, An substantia subiecta accidenti possunt intelligi esse absque omni accidente.

Itaque sex dubitationes si diffuse tractare uellemus, propositi limites exiremus, alterius enim negotii est: sed ne omnino ieiuni transeamus, de pluribus earum dicetur ordine supradicto, fundamenta & nostra, & aduersariorum adducendo.

A oritur ex prima: ex quo enim receptiuum formae substantialis dicitur esse per se, illo esse, quod ex forma fluit, primo est: & per oppositum, ex quo subiectum accidentis proprio esse gaudet, per adaptionem accidentis tale esse acquirit, & non esse simpliciter, hoc enim praebetur: & sic secundum hoc primum esse potest intelligi esse sine secundo. potest enim substantia ab accidente separari, ut dicitur, 7. Meta. text. Com. 4.

Tertio differunt, quia ex compositione formae substantialis cum suo subiecto fit unum per se: ex compositione autem accidentis cum subiecto, non fit unum, nisi per accidens. Oritur autem haec differentia ex secunda: quod enim ex forma substantiis esse simpliciter sit, quo res per se est, oportet quod unum simpliciter sit, quod res sit per se ueniat enim sequitur unum. Ex eo uero quod subiectum & accidens duo esse habet, unum per se facere non potest, eadem ratione, quia scilicet unum sequitur ens, non enim potest esse quod unum per se, sequatur ens per accidens.

Quarto differunt, quia ex coniunctione formae substantialis cum materia resultat: essentia quaedam tertia, scilicet entitas. Ex coniunctione uero accidentis cum subiecto, non fit aliqua essentia tertia. Oritur autem haec differentia ex tertia: cum enim essentia sit id quod per definitionem significatur, ut res diffinita: definitio autem oportet esse unum per se, secundum Aristotelem. Metaphysica text. Com. 16. ex eo quod ex accidente & subiecto non sit unum per se, habetur quod nec essentia aliqua resultat: id per oppositum, ex eo quod forma substantialis & materia unum per se sit essentia tertia resultat.

Quinto differunt, quia forma substantialis, & si non sit essentia completa, est tamen pars completae essentiae: accidens uero non est essentia completa, nec pars essentiae completae. Sequitur autem haec differentia quinta ex quarta: essentia enim ex forma & materia fit essentia tertia, forma substantialis illius pars est, si autem ex accidente & subiecto essentia nulla resultat, accidens nullius completae essentiae pars poni potest, & sic accidens incompletum & secundum quid est ens, ac consequenter incompletam essentiam, & definitionem habet. Nec te moueat, quod formam substantialem non absolutam a receptiuo, & esse non habere sine materia modo dicitur, & superius dictum sit, animam intellectualem independenter a materia & separatam ab illa secundum rem remanere, hoc enim est simpliciter uerum. Ad uerificationem autem eius quod modo diximus, sufficit animam intellectualem esse essentialem materiae informatam, & tali modo ab illa insolubilem secundum esse quidditatum, ut eius definitio ostendit, & quod forma substantialis ut sit, non habeat unde secundum esse actualis existit: & materia absolutatur, & independens sit, licet aliunde alicui formae substantiali hoc intus, puta, ex hoc quod est intellectiua, loquimur. De forma partis substantialis ut sit.

CIRCA Haec supra dicta multa sunt dubia. Circa secundam enim conuenientiam dubitatur, an sit uerum, quod ibi dicitur, scilicet quod essentiae accidentales essentialiter non sunt absolutae a receptiuo.

Et haec dubitationem comitatur alia, circa tertiam conuenientiam, An scilicet accidentia necessaria per subiectum diffiniuntur. Occurrunt quoque quaestiones circa differentias assignatas, & prima quidem habet dubitationem de utroque membro cum sua radice, an scilicet forma substantialis pars potentiae tantum actus sit. Et, An forma accidentalis in ente, in actu tantum recipiatur.

CIRCA secundam differentiam est dubium, An accidentia habeant propriam existentiam distinctam realiter ab existentia substantiis.

Et iterum est ibi dubium, An substantia subiecta accidenti possunt intelligi esse absque omni accidente.

Itaque sex dubitationes si diffuse tractare uellemus, propositi limites exiremus, alterius enim negotii est: sed ne omnino ieiuni transeamus, de pluribus earum dicetur ordine supradicto, fundamenta & nostra, & aduersariorum adducendo.

CAPVT VII. CIRCUM QVAESTIO XV. CIRCUM QVAESTIO XVI. CIRCUM QVAESTIO XVII.

CIRCA Primum dubium, declarato titulo primo, adducitur opinio Scoti secundo S. Thomae: tertio respondetur argumentis in oppositum. Est igitur sensus primi dubii, An de essentia accidentis sit dependentia ad subiectum: quod sub specialibus uocabulis dubitatur ab aliis, cum quaeritur, An inheretia aptitudinalis sit de essentia accidentis. Scotus in quarto sententiae dist. 12. quaest. 1. dicitur hanc quaestionem quod ad accidentia ab absoluta, scilicet quantitatem, & qualitatem, atque tales, qui hoc uerunt in dubium, quid nominis ipsius inheretiae ignorare, contentusque est uerificatione ad probandum, quod impossibile sit inherentiam quam esse de essentia accidentis absoluti, sic. Nulla relatio est de conceptu formaliter rei absolute: omnis inheretia est relatio, ergo nulla inheretia est de conceptu formaliter rei absolute.

Aliter haec ratio formatur ab eodem sic. Id quod essentialiter ad se, non inuenitur in se essentialiter respectum, secundum Augustinum. 7. de Trinitate, capitulo secundo: sed accidens absolutum est ad se, ergo accidens absolutum non includit essentialiter respectum, inheretia autem respectus est, ergo.

Ab aliis autem confirmatur eadem ratio sic. Omne quod relative dicitur est aliquid praeter relationem, fundamentum enim relationis est aliquid formaliter a relatione, sed accidens absolutum, puta, qualitas, relative dicitur inherens ergo est aliquid absolutum praeter inheretiam.

Practerea, inheretia aptitudinalis est de essentia accidentis, ergo quantitas, & qualitas non sunt genera generalissima. Teneat consequentia ex eo, quod tunc a quantitate, & qualitate, & ceteris accidentibus potest abstrahi conceptus communis quidditatus eiusdem rationis in omnibus illis inferior conceptu entis, & superior illis nouem generibus, scilicet, esse in, & sic cum omnis talis conceptus sit generis, nouem genera accidentium generalissima non erunt: haberent enim superueniens genus.

THOMASTARVM autem sententia est, inheretiam aptitudinalem esse de entitate accidentis, & eam non esse relationem. Scitendum est enim aliquid esse absolutum, uel respectum du pliciter, scilicet a subiecto, & a termino. Absolutum enim a subiecto est id quod non est natum recipi in alio, ut substantia respectum ad aliquid, ut subiectum, est id, quod essentialiter natum est recipi in alio, ut omne accidens. Absolutum a termino est id, quod formaliter non respicit aliud praecise, ut terminum ad quod, ut substantia, quantitas, & qualitas. Respectum ad aliquid ut terminum est id, quod formaliter respicit aliud praecise, ut terminum ad quem, sicut praedicamentum relationis. In hoc enim differunt relationes ad praedicamentum relationis ab aliis respectibus eorum generum, qui a quibusdam transcendentibus uocantur, quod respectus pertinet ad aliquid ad aliquid essentialiter est ad aliquid, non ut receptiuum, uel causam efficientem, aut finalem, aut formalem: sed praecise est ad aliquid, tanquam terminum, ut unum a relationum nec est forma, nec finis, nec efficiens alterius, sed terminus. Propter quod dicit Magnus Albertus, quod unum relationum non est diffiniendum per reliquum, eo quod ipse, denotat casualitatem. Respectus autem aliorum generum, qui propter uocabulorum penuriam, respectus dicitur, respicit essentialiter aliud, sed ut subiectum, uel materiam, uel formam, & huiusmodi sit. materia essentialiter respicit formam, & econtra, ut de commensuratione animae intellectus supra dictum est. Cum ergo inheretia aptitudinalis importet respectum ad aliud ut receptiuum, ipsam non de genere relationis, sed identitatem cuiuslibet generi, modo absolutum ens, modo relatum significare dicimus. Unde non prohibetur inheretia aptitudinalis esse de essentia absoluti accidentis ex eo, quod est respectus: immo ex hoc, quod accidens absolutum non a subiecto est, licet a termino, sequitur quod de essentia eius sit essentialis dependentia ad subiectum, quam inheretia aptitudinalis explicat.

Cum forma nostra positio rationi ostenditur ex eo, quod sic est ad, constituitur accidentis relationem: ita esse in, constituitur accidens uniuersale. Contrahitur enim ens per esse in, ad nouem genera accidentium, & ideo sicut ad, est de essentia relationis, ita in,

est de essentia accidentis. Unde Simplicius in commento praedicamentorum dicit esse in, nullum constituit genus: sed omne accidens circuit.

Et confirmatur ex eo, quod nisi aptitudinalis inheretia esset de essentia accidentis, posset completa distinctio ipsam accides accipere ab ipsa apertu dicitur inheretia in eius definitione posita, quod est impossibile. Oportet, enim ipsam in sua definitione hae essentiali dependentiam ad subiectum, quam in inheretia aptitudinalis explicat, aliter subiecto non esset opus ad distinctum. Propterea in pluribus locis ait S. Tho. quod definitio accidentis est hoc, seu alius huiusmodi, res cui debetur esse in alio. Haec de secundo.

AD PRIMVM autem in oppositum dicitur, quod Minor primus est falsus: & deceptus uidetur Scotus, quia non uidit differentiam inter respectum in, & ad, respectus. in, & ad non est relatio, nam licet talis respectus terminetur ad subiectum, & consequenter subiectum sit terminus, tamen non terminatur ut terminus, sed ut receptiuum illius, & hoc oportet hic valde attendere: aliud est, in, dicitur A, est terminus talis respectus, & A terminat talem respectum ut terminus, ut ex dictis patet.

Et per hoc patet responsio ad secundam, quam ad tertiam formam eiusdem rationis, semper enim supponit aptitudinali inheretiam esse relationem.

Ad ultimum negatur consequentia, dicitur namque, quod de se in, est diuersarum rationum in praedicamentis, sicut & ens: est siquidem in, analogum ad nouem genera accidentium, sicut & ens ad omnia genera.

EX HIS Patet solutio secundi dubii, in quo Scotus nobiscum concordat in quarto, dist. 12. ita quod unanimiter facemur accidens non posse esse diffinitum ab aliis additione subiecti, ut nunc nunc est probatum, quod plenius inferius patebit, cum declaratum fuerit, unde sumatur genus, & differentia in eis. Testatur & hoc Aristoteles in 7. Metaphysica text. Com. 15. & 17.

TERTIA Dubitatio, quoniam nimis est ampla, alibi discutenda relinquatur, oportet siquidem ad plenam illius resolutionem multos quaterinos implere.

T. ca. 64. & 7. T. ca. 64. & 7. T. ca. 64. & 7.

ferunt non esse intelligenda vniiformiter, sed difformiter. Indiu- dua enim differunt penes accidentia materialia dupliciter, uel quia vnum eorum habet vnum, & reliquum aliud: uel quia vtrumque habet idem, sed alio & alio modo. Verbi gratia, Solus & Berta differunt penes masculinum & femininum, ex eo, quod ille habet masculinitatem, illa femininitatem.

Sciendum etiam est, quod aliquando accidentia ex principis essentialibus causantur secundum actum perfectum, sicut calor in igne, qui semper actu est calidus.

Quantitas ergo licet sit communis omnibus indiuiduis, quia tamen non vniiformiter eis conuenit, est secundum quod indiuidua inter se differunt secundo modo, & hoc sufficit.

AD INTELLIGENTIAM Secundi notandum, quod passionibus generum sunt duplices. Quaedam conuenientes eis ratione formae genericae, & quaedam ratione materiae. Illae quae sequuntur formae, vocatae sunt hic passionibus generum, & non illae quae sequuntur eorum materiam: propterea quia natura generica ex sua forma est talis, & non ex materia: animal enim est animal ex sua forma, & non ex sua materia. Unde cum in proposito, animalis passio ratione materiae, ideo vocata est ibi passio: quia autem non ratione formae, ideo hic non est dicta passio.

16. Met. T. c. 25. 7. Met. T. cap. 17. m. 19.

Similiter dicendum est de quantitate, quia sequitur corpus ratione materiae: sequitur enim ipsum secundum id quod est in potentia diuisibile, quod non est nisi materia, ut indiuisibilitas rerum immaterialium ostendit. Et nota quod haec secunda diuisio accidentium non differt a prima per membra diuisiua (eadem enim sunt huius, & illius membra) sed secundum rationem: quia illa diuisio accepta est penes primas eorum radices, materiam scilicet & formam: ista autem penes subiecta, quibus appropriantur, scilicet genus, speciem, & indiuiduum.

Hic ponitur tertia diuisio accidentium, Quaedam causantur ex principis essentialibus subiecti secundum actum perfectum, quaedam secundum aptitudinem tantum. Illa accidentia vocatae causari secundum actum perfectum ex essentialibus principis, quae secundum suas actualitates ex intrinsecis principis subiecti in ipso fluunt, ut calor in igne. Illa vero dicitur causari secundum actum imperfectum, seu aptitudinem tantum, quae non secundum suas actualitates, sed secundum quasdam inchoationes ex principis essentialibus subiecti in ipso fluunt, ut moueri sursum in igne, ex principis eius causatur secundum sui inchoationem, puta, leuitatem. Differunt autem, quia prima & secundum suas aptitudines, & secundum se inseparabilia sunt a subiectis: secunda vero secundum se quidem sunt separabilia, secundum autem suas aptitudines non possunt separari. Ab igne, neque aptitudo ad calorem, neque calor ipse separari potest ipso remanente: motus autem sursum non semper inest igni, sed aptitudo ad motum sursum, puta, leuitas est inseparabilis ab ipso. Et ea horum est, quia in illis ipsa actualitas accidentis ex solis principis essentialibus fluunt: in istis vero aptitudo tantum ex solis principis essentialibus fluunt, ipsa autem actualitas aliunde expectatur ex aliquo, scilicet extrinsece concurrente vel agendo, vel non prohibendo, ut patet in exemplo dato de motu sursum, qui non inest igni, nisi aliquo concurrente extrinsece, remouente scilicet prohibens: & diaphaneitas non est actu in aere, nisi concurrente extrinsece illuminatione. Lumen enim est actus diaphani secundum actum, ut dicitur 2. de Anima, tex. Com. 69.

T. c. 69. Prima Secti. d. 2. q. 10. art. 1. d. 2.

Profundiores autem huius diuisonis causas elicio ex prima Secti. d. 2. q. 10. art. 1. ad secundum, quod scilicet ideo aliqua accidentia oriuntur ex principis essentialibus inseparabiliter secundum actum completum, aliqua autem separabiliter secundum actum completum, & inseparabiliter secundum aptitudinem: quia illa sequuntur rei actualitatem, ista vero potentialitatem. Quod sic intelligo: quia vnumquodque agit secundum quod est actu, patitur autem secundum quod est in potentia, ex sufficienti rei actualitate procedit quod accidens in se complete producat, & per oppositum ex insufficienti actualitate, & consequenter potentialitate, ex qua omnis sufficientia est, prouenit, quod res habet accidens in se secundum aptitudinem tantum, & quod ab illo expectat actualitatem, seu quod accidens separabile sit secundum actualitatem, quod idem est.

Amplius cum esse, & bonum actualitatem sequantur, & non esse & malum potentiam, ex actualitate rei prouenire necesse est esse accidens perfectum, & inseparabile secundum actum, & aptitudinem: & per oppositum ex rei potentialitate procedere oportet in

completionem accidentis, & separabilitatem eius secundum actum. Est enim separabilis ipsa quoddam non esse, cum nihil aliud sit, & negatio necessariae sequela sui esse completi ad esse subiecti, inest autem hic ut supra, scilicet, quod ex actualitate subiecti aptitudo est, ex potentialitate autem separabilitatis accidentis secundum suam actualitatem.

Aliquando vero secundum aptitudinem tantum: sed complementum accipiunt accidentia ex agente exteriori, sicut diaphaneitas in aere, quae completur per corpus

fluentia, sed potius ipsarum passionum, & aptitudinum actus, quos secundum incompletum esse aptitudines vocauit. Feicit autem hoc, quia aptitudo de se non habet rationem alicuius per se producti, seu producibilis. Nullum enim naturale producentem intendit aptitudinem, sed aptum illius: non est namque opus risibilitate, nisi ut deatur vnde & risibilitas inchoatio quasdam risus est. Proprietas igitur inter effectus essentialium principiorum aptitudo non est simpliciter posita, sed actus: quia non ipsa, sed eius actus est qui a principis productus intenditur, & quia aptitudo nihil aliud est quam inchoatio quasdam, inchoatio autem est actus incompletus: ideo accidentia secundum actum incompleta aptitudines vocantur.

ANTE QVAM Terminemus tractatum de diuersitate accidentium, quaritur, An omne accidens habeat aliquod subiectum proprium, aut aliqua accidentia sint ita communia, quod nulli propria.

Est autem ratio dubitandi: quia si omne accidens esset proprium alicui, cum proprium conueniat omni, soli, & semper, nullum accidens erit separabile ab eo in quo est. Inest enim soli, & semper proprio subiecto.

Amplius sequeretur, semper corruptionem cuiuscunque accidentis comitem fieri corruptioni subiecti, sicut corruptio subiecti corruptio est homo. Patet consequentia, quia corruptio propria necesse est corrumpi illud cuius est proprium, aliter non conueniret ei semper: haec autem experimur esse falsa, ut patet in accidentibus communibus, & actibus secundis.

Ex opposito autem, cum omne accidens sit diuisibile, & in diuisione cadat subiectum, de quo accidens per se praedicatur, ut patet primo Posteriorum, & 7. Metaphy. oportet quod omne accidens habeat proprium & per se subiectum: per se namque supponit de omni, semper, & necessario.

AD HV LV S dubitationis euidentiam sciendum est, quod cum apud San. Tho. in quaestione de virtute q. 1. art. 3. subiectum habeat triplicem habitum ad proprium accidens, scilicet subiectum ad substantiam, potentiam ad actum, & principium ad principium, sicut calor ignis non habet esse, nisi subiectetur in igne, & forma accidentalis eius, & oritur ex ipso secundum quod participat istas conditiones, potest dici accidens subiectum, & secundum quod ab istis habitibus recedit, potest negari accidens subiectum. Vnde propter dictum principium, quae principium est, dicitur in primo Posteriorum, quod nullum accidens est subiectum, ut in alio accidente, quia videlicet nullum accidens potest sustentare aliud, sed sola substantia, quae est ens per se, aliis fundamentum praebet essendi. Quia autem aliquod vnum accidens potest comparari ad aliud, ut potentia ad actum, & quandoque ut proximum principium ad principium, & ideo conceditur etiam vnum accidens esse subiectum alterius, quemadmodum superficies dicitur subiectum coloris, quia est in potentia respectu coloris, & dulcedo esse in calido & humido, quia causatur ex calido & humido.

Potest ergo quadruplicem intellectum habere dubitatio. Primo potest intelligi, ut quaratur, An omne accidens habeat proprium subiectum vt subiectum. Secundo, An habeat proprium subiectum, vt potentiam. Tertio, An habeat proprium subiectum vt principium. Quarto, An habeat proprium subiectum, vt sustentatum potentiae, & principium simul.

SI QV AESTIO sit secundum primum sensum, respondetur negative, quod si non omne accidens habeat proprium subiectum in ratione sustentantis, ut probant rationes primo inductae. Multa enim sunt accidentia, quae nullum proprium sustentant sibi vendicant, sed communiter multis inest, ut eorum separatim ostendit. Separantur namque a substantia sustentante ea naturaliter remanente, quod de propriis accidentibus dici non potest. Eadem quippe substantia abique sui mutatione contraria sustentat, ut dicitur in Praedicamentis.

Si autem iuxta secundum sensum dubitetur, respondetur affirmative, quod scilicet omne accidens habeat proprium subiectum in ratione propriae potentiae, eo quod quilibet actus respicit proprium

primum potentiam. Sicut enim actus respicit potentiam, sic talis actus ad eam potentiam, & actus specificus potentiam specificam: accidens autem omne actus quidem est, igitur omne accidens habet propriam potentiam, cuius est actus, propter quod 3. Physic. tex. Co. 10. dicitur, potentia ad infirmitatem est alia a potentia ad sanitatem, eo quod sanitas est aliud ab infirmitate, & 12. Meta. 10. go processu probatur, principia praedictorum esse eadem proportionabiliter, quia cuiuslibet actui propriae respondet potentia.

Si autem tertio sensu inquiratur, respondetur negative, quod scilicet non omne accidens habeat aliquod subiectum proprium in ratione propriae potentiae, eo quod habere subiectum proprium in ratione propriae potentiae includit fluxum illius accidentis a tali subiecto in genere causae efficientis eo modo, quo diuorum effectuum ordinem inter se se habentium prius est causa effectus, quod necesse est primi productionem sequitur, siue istud subiectum sit receptivum accidentis, ut quo, siue ut quod, patet quod non omne accidens fluat a suo recepto effectiue: sed multa sunt, respectu quorum receptivum pure passive se habet, ut patet cum speciei rei sensibilis recipitur in medio, siue in sensu.

Si autem quarto modo intelligatur quaestio, patet quid dicendum sit, negative enim respondere oportet.

Ad aduertendum est, quod haec quae diximus, intelligi debent de accidentibus secundum seorsum acceptis actibus, & seorsum aptitudinibus. Loquendo namque de accidentibus, ut S. Tho. in littera loquitur, scilicet non iudicando actualitates accidentium seorsum ab aptitudinibus, dicerem, quod omne accidens secundum suam radicalem aptitudinem habet aliud subiectum proprium in ratione sustentantis potentiae, & principii, licet non secundum suam actualitatem, eo quod aptitudo ad tale accidens non est, nisi a tali gradu substantialem fluat mediate, vel immediate: & consequenter nisi in tali gradu subiectiue sustententur immediate, vel mediate. Verbi gratia, Lumen secundum suam actualitatem & substantiam, licet sit ab extrinseco, & sit accidens separabile, tamen secundum suam inchoationem, seu radicalem aptitudinem, puta, diaphaneitatem, est inseparabile, & fluat a certo gradu substantialem communis superioribus, & inferioribus. Et similiter sedere, licet sit accidens per accidens, tamen secundum suam aptitudinem est proprium, & non natum conuenire nisi certo enti, puta, animali tali &c. fluat. n. aptitudo ad sedendum ex suis principis. Similiter & videtur, licet sit accidens separabile, radicalis tamen aptitudo ad videndum, separari a tali animali non potest.

Ex his patet, quomodo ad veranque partem rationes adductae verum concludunt diuersimode. Nam loquendo de accidentibus secundum suas essentialitates, & actualitates, conclusio rationum primo adductarum non conceditur, accipiendo subiectum in ratione sustentantis, & principii. In ratione autem potentiae falsa est conclusio, ut dictum est. Nec probatio contra hunc applicata sensum ualeat, eo quod cum dicitur, quod proprium conuenit soli, omni, & semper, intelligitur de ipso proprio non secundum suam actualitatem, sed secundum aptitudinem. Et similiter cum dicitur, quod ad corruptionem proprii definit subiectum, intelligitur, si corrumpitur secundum aptitudinem, non autem secundum actum, vniuersa littera loquedo. Vel dicatur, quod inseparabilitas, & huiusmodi non conuenit accidenti, ut respicit subiectum in ratione propriae potentiae, sed ut sustentatum, & principium. Loquendo autem de accidentibus secundum suas aptitudines, patet quomodo rationes peccant. Dico enim quod nullum accidens est separabile secundum aptitudinem radicalem saltem, sed eorum subiecto necessario, & quod corrupto accidente secundum talem aptitudinem oportet subiectum corrumpi. Ratio autem in oppositum adducta concludit, quod omne accidens habet subiectum, de quo per se praedicatur secundum se, seu secundum suam aptitudinem. Cum enim eius sit actus, cuius est potentia, ut dicitur in Somno & vigilia, idem subiectum erit quod cadit in diuisionem accidentis secundum aptitudinem, & secundum actum: sicut homo debet poni non solum in diuisione risibilis, sed risus. Stant ergo ista duo simul, quod accidens secundum suam actualitatem non habet proprium subiectum, cui vniuersaliter soli, & semper inest, & tamen habeat proprium subiectum, ut quod diffinitur debeat: quia ad hoc secundum sufficit, quod secundum se, vel secundum suam aptitudinem per se de illo subie-

cto praedicatur. Ad primum vero sufficit accidens secundum se tantum non praedicari per se de subiecto.

In hac tertia parte capituli huius determinatur, quomodo accidentia se habeant ad intentiones logicas. Et primo, quomodo se habeant ad esse in praedicamento, deinde vnde sumantur in eis genus, & differentia. Quo ad primum ponitur duas conclusiones, scilicet. Accidentia in concreto non sunt proprie in praedicamento substantiae collocatur, ideo in substantiis nomina concreta, quae compositum significant, proprie in genere esse dicuntur, si cut genera, uel species, ut homo, uel animal: non autem forma, vel materia est in praedicamento hoc modo, nisi per reductionem, sicut principia in genere principiorum.

AD QV ARVM euidentiam sciendum est, quod accidentia habent vnum modum essendi, scilicet esse in alio: non enim sunt, nisi inest alicui.

Habent autem duos modos intelligendi, eo quod intellectus est natus ea, quae sunt adunata in re, diuidere. Intelligitur enim quadoque cointelligendo sibi subiectum, cui inest, & intelliguntur per modum accidentis, eo quod accidens esse est in alio esse. Quandoque vero intelliguntur solitarie non cointelligendo, sicut et eis subiectum, cui secundum rem inest, & tunc intelliguntur per modum substantiae, eo quod esse per se, id est, solitarie, soli substantiae conuenit, accidentia enim semper comite egent. Cum autem modus significandi non fundatur super modo essendi, sed intelligendi, sicut habent duos modos intelligendi, sic habent duos modos significandi. Vnde significatur quandoque significando subiectum, & tunc significatur per modum accidentis, & vocantur significata in concreto, ut album, nigrum &c. Quandoque uero significatur ipsa sola, absque scilicet subiecti significacione, & tunc significatur per modum substantiae, & uocantur significata in abstracto, ut albedo, & nigredo. Abstractum enim & concretum in accidentibus, licet differant in modo significandi, id est, penes significare subiectum, & non significare illud, conueniunt tamen in significacione ipsius formae accidentalis. Album, n. puram qualitatem significat, sicut in praedicamentis dicitur, sicut & albedo: sed album significat albedinem in subiecto, albedo autem significat albedinem absque illo. Quia igitur accidentia in concreto totum conueniunt importari, puta, sicut album albedinem in subiecto, conueniunt autem hoc non est vnum per se, sed vnum & ens per accidens, id autem quod in praedicamento reponitur, debet importare vnum & ens per se, cum praedicamento diuidantur ens per se, 7. Metaphy. tex. Commen. 14. ideo accidentia in concreto non proprie reponuntur in praedicamento. Et haec est ratio, quia in littera, prima conclusio probatur, quae sic formari potest. Nullum nomen importans ens & vnum per accidens, est proprie in praedicamento: concretum accidentale importat vnum & ens per accidens, ergo nomen concretum accidentale non ponitur in praedicamento proprie, & per se. Ad declarationem Minoris ponitur differentia inter concretum accidentale, & substantiale in hoc, quod concretum substantiale importat compositum ex materia & forma, & tale est vnum per se: ideo reponitur in praedicamento ut genus, uel species accidentale uero importat ex subiecto compositum & accidentem, quod est vnum per accidens. ex accidente enim & subiecto non fit nisi vnum per accidens ut dicitur 7. Metaphy. scilicet. & ideo non debet poni in praedicamento, nisi reductiue, & 14.

T. c. 14.

T. c. 11.

Et sic remanet secunda conclusio vera, quod accidentia, scilicet in abstracto, in praedicamento speciei & generis praedicacionem suscipiunt, aliter omnino a praedicamentis accidentia sunt excludenda.

AD QV ARVM autem audis, abstractum solam formam importare, non ideo hoc dictum putes, quod abstractum subiectum formae a se omnino excludat, hoc enim falsum est: sed ideo quia abstractum ex modo suo significandi, quo solo differt a concreto, non includit subiectum principaliter, sed secundario, & ex consequenti. Quod ex conuenientia, & differentia inter ea ex modo significandi persuaaderi potest. Conueniunt enim in hoc, quod tam abstractum, quam concretum ex modo significandi importat duo, scilicet quod, seu subiectum, & formam. Idem enim importat diffinitio, & diffinitio, licet alio modo. Diffinitio autem utriusque importat vtrumque dictorum, ut exemplariter patet: similitudinem enim dicimus curruentem nasi, & simum, nasum curuum. Quod autem hoc sit ex modo significandi, ex eo clare est, quia abstractum, quam concretum puram formam significat, ut in praedicamentis testatur Aristoteles. Differunt autem abstractum & concretum ex v-

S. Tho. de Ente & essen. E 2 rictato

rietate modi significandi in hoc, quod concretum importat ex modo significandi principaliter subiectum, & secundario forma: abstractum vero principaliter importat formam, & ex consequenti subiectum.

¶ Adhuc tenendum quod est, quod contrario ordine se habent subiectum, & forma ad significandi nominis concreti, & ex modo significandi. Importat enim concretum ratione significationis primo formam, & subiectum non, nisi ex consequenti copula. Quo ad modum vero huius significandi primo subiectum, & ex consequenti formam importat. Cuius signum est, quod in diffinitione concreti exprimitur primo subiectum, inquam genus, quod prima pars est diffinitio, & forma secundo loco ponitur quasi differentia. Dicimus namque quod simum est natus curvus. Abstractum vero & ex significatione, & ex modo significandi primo forma importat, secundario autem ex eo (consequenti) subiectum. In cuius signum in eius diffinitione forma ipsa primo exprimitur: ut genus: subiectum autem secundario, loco differentie, ut patet ex diffinitione: fimitas est curvitas nati. Oritur autem haec differentia ex eo, quod concretum importat habitum inter subiectum & formam, prout incipit a subiecto, & terminatur ad formam. Abstractum vero importat habitum inter formam & subiectum, prout incipit a forma, & terminatur ad subiectum, ut in exemplis datis appareret. Ex hoc enim quod habitus importat per concretum, importatur ex modo significandi, ut incipiens a subiecto, sequitur quod primo importat subiectum, a quo incipit: & similiter ex hoc quod habitus importat per abstractum, importatur ex modo significandi, ut incipiens a forma, consequens est, ut primo importet formam, a qua incipit. Causa enim huius diversitatis est, quia concreta ad composita significanda sunt inventio: compositio autem a subiecto oritur. Abstracta vero inventio sunt ad significandas formas apud nos inventas, simplices quidem, sed a quibus denominatione ad subiecta derivatur. unde & concreta compositum quid sonant abstracta vero formas, ut cadentes tamen ad subiecta. Non igitur propterea dictum est, quod abstractum solum formam importet, quia nullo modo copulat subiectum: sed quia ex modo significandi compositum non sonat, nec principaliter importat ipsum subiectum, quemadmodum concretum, sed extrinsece tantum remanent habitum ad significandas formas.

A D V E R T E hic, quod de abstracto, & concreto quomodo sunt in predicamento, ab altero metaphysico, & altero logico iudicabit. Cum enim apud metaphysicum, qui res secundum suas essentialis considerat, & non secundum modos intelligendi, vel significandi, abstractum & concretum non differant, eo quod eadem res abstracte, & concrete sit significata, dicit ipse sicut abstr. cum ita & concretum in genere esse: res enim per suam essentialitatem ingrediuntur, vel egreditur genus metaphysicaliter sumptum, id est, per rem generis, & non per modum significandi. Unde non dicit metaphysicus ens album per accidens, sed hoc album, ut patet 5. Meta. text. Co. 15 & 14. & 7. eiusdem text. Co. 16. Logicus autem, qui non res secundum suas naturas, sed secundum intentiones adiectas primis intellectibus a significandis considerat, dicit abstractum esse in genere: concretum vero non, quia res nomine abstracto significata potest denominari species, ut albedo, & genus, ut color: concretum vero non per aliterat modi significandi, ut dicitur est. Causa autem quare aliterat modi significandi habeat veritatem logice praebeat est, quia modus significandi praebeat se ad intendendas intentiones, & fundat quodammodo ipsas. licet enim modus significandi, quam secunda intentio conveniant in hoc, quod sequantur res non secundum se, sed ut intellectam: prius tamen rem ut intellectam sequitur modus significandi, quam secunda intentio, eo quod modus significandi nihil aliud est, quam signum modi intelligendi, sicut vox significans est signum rei intellectae. Unde sicut vox significativa prius sequitur rem intellectam, quam secunda intentio: ita eius modus significandi modum intelligendi, ut totus ordo pertinetur ad nomina primae intentionis praebeat ordinem eorum, quae pertinent ad nomina secundae intentionis. Quia igitur secundae intentiones res ut intellectas, & significatas denominantur, & non ab solute: ideo stat eandem rem diversimode intellectam, & signatam, denominari specie, & non specie, & consequenter esse directe in predicamento, & non esse directe in eo, sicut eadem natura humana significata nomine hominis, species est, significata vero nomine humanitatis species non est, sed speciei principii. Unde in

F proposito apud logicum res illa, quae albedinis nomine intelligitur diversimode significata, in predicamento esse affirmatur, & negatur. Si enim in abstracto significatur, cum sit speciei denominationem habeat, in predicamento ponitur: si autem in concreto significatur, cum sit speciei uel generis denominationem non habeat, quia rem exte-
neam ex modo significandi includit, in predicamento directe esse negatur. Et quia in concreto diffinitur, quod ut sit non est in genere, ideo hoc non obstat notata sententia: quia accidentis differentia secundum quod in predicamento est, unde secundum sit, & declaratur. Causa enim, quare in diffinitione accidentis in concreto ponitur subiectum, non est ipsa natura accidentis, ita quod subiectum eius essentia pro genere sibi vendicat, sed est modus eius significandi. Quia enim concretum ex modo significandi importat totum coniunctum. Faccidens, & subiectum: per modum rerum diffinitur compositum, in quibus genus sumitur a materia, & differentia a forma. & propterea subiectum, cum se habeat ut materia, loco generis ponitur: & natura accidentis, cum se habeat ut forma, loco differentiae ponitur, & dicitur, sicut non est na-
sus curvus, quia tamen est, cum diffinitur accidens in abstracto: tunc enim ponitur ut genus id quod essentia ipsius accidentis determinat sibi ut genus, & ponitur loco differentiae id, a quo accidens secundum naturam suam specificam differentiam trahit, scilicet subiectum proprium, & dicitur, sicut curvitas est curvitas nati. Manifestum quoque sit hoc, scilicet, quod differentiae accidentis sumuntur ex diversitate principiorum propriorum. Prima patet sic. In compositis ex materia, & forma non possunt habere genus sumptum a materia, & differentiam a forma: sed accidentia sunt in compositis ex materia & forma. igitur non possunt in eis sumi genus a materia, & differentia a forma, sicut sicut in substantiis compositis: quod qualiter intelligitur supra dictum est. Secunda patet sic. Primum genus oportet explicare essentialiter propriam potentiam quae est in ea, sicut ultima differentia debet explicare essentialiter secundum ultimum actum: sed essentia accidentis secundum modum illum, quo pars entis constituitur, habet propriam potentiam: ergo ex illo modo sumendum est genus primum.

I N T E L L I G E N D U M Est hic primo, ens diuidi per quosdam modos in predicamento, sicut quodammodo genus in species per differentias, ita quod sicut species per id, quo generis partes efficiuntur in esse specifico, constituitur: ita predicamentum per id, quo partes entis sunt, in esse generalissimo constituitur, & ideo modi proprii quibus ens ad quodlibet predicamentum descendit, sunt illi, penes quos prima genera constituta sunt. Sunt autem ista modo di per substantiituum, mensuratum, dispositiuium, relationalium, & cetera. ut dicitur 5. Meta. text. com. 14.

N O T A N D U M Est secundo, quod cum genus sumatur a re secundum id, quo habet rationem determinabilis, primum genus sumendum est a re secundum id, quo primo habet rationem determinabilis: primo autem habet rationem determinabilis res secundum gradum conceptum. Primus autem gradus rei ista est, quem res ex modo illo sortitur, quo proprium sibi locum inter partes entis redditur: & ideo primum genus sumptum ab illo modo entis importat rem, ut primi determinabile: & propterea ista res est consequens summa re secundum propriam potentiam eius, id est, secundum id, quo primo habet rationem determinabilis, & sumi a re secundum modum illum, quo entis pars sit. Et sic patet assumpta ratio.

H I C ponitur tertia propositio, scilicet quod differentiae sumuntur in accidentibus ex diversitate principiorum principiorum, & declaratur a posteriori. Signum namque quod differentiae sumuntur ex diversitate principiorum principiorum, est quod in diffinitione accidentis in abstracto, quae proprie habet genus & differentias, subiectum ponitur loco differentiae: hoc non est, nisi accidentia differentes penes sua propria principia. Propterea namque propriae passionis differunt inter se, quia principia subiecti, ex quibus causantur, inter se differunt.

E t quia potest aliquis signum hoc inficari, dicens quod subiectum proprium quandoque ponitur in diffinitione proprii accidentis loco generis, & non differentiae: ideo ad hanc objectionem excidendam subditur, licet econuerso esse & vult dicere, quod licet ita sit, quod quandoque ponatur subiectum in diffinitione proprii accidentis loco generis, & non differentiae: quia tamen hoc non fit, nisi cum accidens in concreto diffinitur, quod ut sit non est in genere, ideo hoc non obstat notata sententia: quia accidentis differentia secundum quod in predicamento est, unde secundum sit, & declaratur. Causa enim, quare in diffinitione accidentis in concreto ponitur subiectum, non est ipsa natura accidentis, ita quod subiectum eius essentia pro genere sibi vendicat, sed est modus eius significandi. Quia enim concretum ex modo significandi importat totum coniunctum. Faccidens, & subiectum: per modum rerum diffinitur compositum, in quibus genus sumitur a materia, & differentia a forma. & propterea subiectum, cum se habeat ut materia, loco generis ponitur: & natura accidentis, cum se habeat ut forma, loco differentiae ponitur, & dicitur, sicut non est natus curvus, quia tamen est, cum diffinitur accidens in abstracto: tunc enim ponitur ut genus id quod essentia ipsius accidentis determinat sibi ut genus, & ponitur loco differentiae id, a quo accidens secundum naturam suam specificam differentiam trahit, scilicet subiectum proprium, & dicitur, sicut curvitas est curvitas nati. Manifestum quoque sit hoc, scilicet, quod differentiae accidentis sumuntur ex diversitate principiorum propriorum. Prima patet sic. In compositis ex materia, & forma non possunt habere genus sumptum a materia, & differentiam a forma: sed accidentia sunt in compositis ex materia & forma. igitur non possunt in eis sumi genus a materia, & differentia a forma, sicut sicut in substantiis compositis: quod qualiter intelligitur supra dictum est. Secunda patet sic. Primum genus oportet explicare essentialiter propriam potentiam quae est in ea, sicut ultima differentia debet explicare essentialiter secundum ultimum actum: sed essentia accidentis secundum modum illum, quo pars entis constituitur, habet propriam potentiam: ergo ex illo modo sumendum est genus primum.

Sed quia propria principia accidentium non semper sunt manifesta: ideo quandoque sumimus differentias accidentium ex eorum effectibus, sicut congregatiuum & disgregatiuum visus dicuntur differentiae coloris, quae causantur ex abundantia, & paucitate lucis, ex qua diuersae species coloris causantur. Sic ergo patet, quomodo essentia est in substantiis, & accidentibus: & quomodo in substantiis compositis, & simplicibus: & quo intentiones logicae uniuersales in eis inveniuntur, excepto primo principio, quod est infinitae simplicitatis, cui non conuenit ratio generis, uel speciei, & per consequens nec diffinitio propter suam simplicitatem, in quo sit finis, & consummatio huius sermonis.

¶ Quia potest tertio aliquid dubitare de hoc, quod dictum est, scilicet, quod differentiae accidentium sumuntur ex eorum propriis principis, ex hoc quod quandoque sumimus eorum differentias ab effectibus: sicut albedinis & nigredinis differentias dicimus congregare & disgregare visum, ideo ad hanc dubitationem tollendam dicitur, quod hoc contingit non ex natura ipsorum accidentium, sed ex nobis, quibus propria principia accidentium occulta cum sint, opus est esse effectibus notioribus differentias sumere, quae differentias ueras quodammodo nobis inveniunt, sicut in exemplo proposito liquer. Albedo enim, & nigredo differunt a priori ex abundantia, & paucitate lucis. Lux enim in opaco corpore existens aliquid in umbra, & albedinem constituit, valde autem offuscata nigredinem: a posteriori autem differunt congregatione & disgregatione visus. ex hoc enim contingit disgregare, quia ibi est satis de luce, & non econuerso. Et quia abundantia, & paucitas lucis non ita nobis manifestae sunt, sicut congregare & disgregare: ideo loco propriarum differentiarum, congregatiuum & disgregatiuum ponimus dicentes. Albedo est color disgregatiuus visus, nigredo vero congregatiuus.

H I C A D V E R T A S, quod non dicitur subiectum esse differentiam accidentis, sed ponitur loco differentiae: habent enim proprium genus, & propriam differentiam sui generis, quae tam abique subiecto non possunt explicari complete: & ideo omnino oportet subiectum in diffinitione accidentis cadere, ut dictum est. Ultimo epilogus sit eorum, quae dicta sunt, in quorum explicatione meam opinionem ita prolata esse volo, ut ubi veritatem consentanea inuenta non fuerit, & ingenio & aetate venia deuri, adolefcentiam non adhaerere. Vbi autem veritatis tramitescuta videbitur, gratum debeat actiones diuo Thomae habebantur, a quo quicquid veri est, didici.

F I N I S.

Commentariorum Thomae de Vio Caietani Cardinalis Sancti Xisti, in librum D. Thomae Aquinatis, de Ente & Essentia.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E.

Omnes sunt Quaterniones, praeter E, qui est Duernio

R O M A E,

Apud Iulium Accoltum. M. D. LXIX.

D I V I
T H O M A E A Q V I N A T I S
D O C T O R I S A N G E L I C I
I N L I B R V M D E C A V S I S , E X P O S I T I O .

L E C T I O P R I M A .

Sicut Philosophus dicit in 10. Eth. vltima felicitas hominis consistit in optima hominis operatione quae est supremæ potentia. Intellectus, respectu optimi intelligibilis: quia vero effectus per causam cognoscitur, manifestum est quod secundum sui naturam est magis intelligibilis quam effectus. Et si aliquando quo ad nos effectus sunt notiores causas: propter hoc quod ex particularibus sub sensu cadentibus vniuersalium & intelligibilium causarum cognitionem accepimus. Oportet igitur, quod simpliciter loquendo primæ rerum causæ sint secundæ se maxima & optima intelligibilia, eo quod sunt maxima entia & maxima vera, cum sint aliis effectivæ & veritatis causa, ut patet per Philosophum in 2^o Metaphysicæ. quæ sunt primæ causæ sint min⁹ & potestius notæ quo ad nos. Habent enim se ad ea intellectus noster, sicut oculi notæ ad lucem solis, quæ propter excedentem claritatem perfecte percipere non potest, oportet igitur quod vltima felicitas hominis quæ in hac vita haberi potest, consistat in consideratione primarum causarum, quia illud modicum quod de eis sciri potest est magis amabile & nobilius omnibus his quæ de rebus inferioribus cognosci possunt, ut patet per Philosophum in primo de partibus Animalium. Et quia hæc cognitio in nobis perficitur post hanc vitam, homo perfecte beatus constituitur secundum illud Euangelii. Hæc est vita æterna, ut cognoscant de Deum verum viuum. Et inde est, quod philosophorum intentio ad hoc principaliter erat, ut per omnia quæ in rebus considerabant ad cognitionem primarum causarum pervenirent. Unde scientiam de primis causis vltimo ordinabant, cuius considerationi vicinum tempus suæ vitæ deputarent. Primo quidem incipientes a Logica quæ modum scientiarum tradit. Secundo procedentes ad Mathematicas: cuius etiam pueri possunt esse capaces. Tertio ad Naturalem philosophiam, quæ propter experientiam tempore indiget. Quarto ad Moralem philosophiam: cuius iuuenis esse conueniens auditor non potest. Vltimo autem scientiæ Diuinæ insistent, quæ considerat primas entium causas. Inveniuntur igitur quedam de primis principiis conscripta per diuersas propositiones distincta, quasi per modum sigillatim considerationis aliquas veritates, & in græco quidem inuenitur, sicut traditus lib. Proculi Platonicæ continentis ducentas & 9. Propositiones, qui intitulus Eleu-

atio theologica. In arabico vero inuenitur hic Liber, qui apud Latinos de causis dicitur, quem constat de arabico esse translatum, & in greco penitus non haberi. Unde videtur ab aliquo philosophorum arabum ex prædicto lib. Proculi excerptus, præsertim: quia omnia quæ in hoc libro continentur, multo plenius & diffusius continentur in illo. Intentio igitur huius libri qui de causis dicitur, est determinare de primis causis rerum: & quia nomen causæ ordinem quandam importat, & in causis ordo ad invicem inuenitur, præmittit quasi quoddam principium totius sequentis operis quandam propositionem, ad ordinem causarum pertinentem, quæ talis est. Omnis causa primaria plus est influens super suam causam quam causa secunda vniuersalis. Ad cuius manifestationem vnum corollarium inducit, per quod manifestatur primum, sicut per quoddam signum. Unde subdit. Cum ergo remouet causa vniuersalis virtutem suam a re: causa vltima prima non aufert virtutem suam ab ea, & ad huius probationem inducit scilicet dicēs, quod est, quia vniuersalis causa prima agit in causarum causam secundam, antequam agat in ipsam causam vniuersalem secundam, & ex hoc concludit quod secundum positum est & conuenienter. Necessario est enim id quod prius aduenit, vltimo abscedere. Videmus enim ea quæ sunt priora in compositione, esse vltima in resolutione.

L I B E R D E C A V S I S ,

L E C T I O P R I M A .

Mnis causa primaria plus est influens supra causam suam quam causa vniuersalis secunda. Cum ergo remouet causa vniuersalis secundam virtutem suam a re: causa vniuersalis prima non aufert virtutem suam ab ea. Quod est, quia causa vniuersalis prima agit in causam secundam: antequam agat in ipsam causam vniuersalem secundam, quæ sequitur ipsum. Cum ergo agit causa secunda quæ sequitur causam: non excluditur ipsius actio a causa prima quæ est super eam: & quando separatur causa secunda a causato quæ sequitur ipsum: non separatur ab ea prima causa, quæ est supra ipsam: quoniam est causa eius. Et nos quidem exemplificamus illud per esse, & viuum, & hominē. Quod est: quia oportet ut sit res esse primo, deinde viuum: postea homo. Viuum ergo est causa hominis propinqua: & esse est causa eius longinqua. Esse ergo, vehementius est causa homini quam viuum: quoniam est causa viuo, quod est causa homini: & similiter quando ponis ratio-

nalitatem esse causam hominis, est esse vehementius causa homini magis quam rationalitas: quoniam est causa causæ eius. Et illius quod significatio est, quoniam quando remoues virtutem rationalem ab homine: non remouet homo: & remanet viuum spirans sensibile. Cum autem remoues ab eo viuum: non remanet viuum, & remanet esse: quoniam esse non remouetur ab eo, sed remouetur viuum, quoniam causa non remouetur per remotionem causati sui. Remanet ergo adhuc esse. Cum ergo indiuiduum non est homo, est animal, & si non est animal: est esse tantum. Iam ergo manifestum est & planum, quod causa longinqua est prima, & prima, est plus comprehensens, & vehementius causa rei, quam causa propinqua. Et propter id fit eius operatio vehementioris adhærentiæ cum re, quam operatio causæ propinquæ. Et hoc quidem non fit secundum hoc, nisi quia res in primis non patitur nisi a virtute longinqua. Deinde patitur a secunda virtute quæ est sub prima.

Sic igitur intentio huius Propositionis in his tribus consistit. Quorum primum est, quod causa prima plus influat in effectum quam secunda. Secundum est, quod impressio causæ primæ tardius recedit ab effectu. Tertium est, quod prius ei aduenit: quæ quidem tria prædicta proponit in duabus propositionibus. Primum in prima propositione sui libri, quæ est talis. Omne quod producitur a secundis causis prioribus & vniuersalioribus, producitur eminentius, a quibus & secunda producebantur, alia vero ponit in sequenti Propositione, quæ talis est. Omnis causa & ante causatum operatur, & post ipsum plurimum est subsistentium. His autem tribus præmissis ad ea manifestanda procedit. Primo quidem per exemplum. Secundo per rationem ibi & causa prima adiuvat. Exemplum autem videtur pertinere ad causas formales, in quibus quæto forma est vltior, tanto prior esse videtur. Si igitur accipiamus aliquem hominem. Forma quidem specifica eius attenditur in hoc quod est rationalis. Forma autem generis eius attenditur in hoc quod est viuum vel animal. Vltimus autem id quod est

Tho. de Causis. A omnibus

L I B E R

omnibus esse esse. Manifestum est autem in generatione vnius particularis hominis, quod in naturali subiecto primo inuenit esse, deinde inuenitur viuum: postmodum autem est homo: prius enim ipse est animal quod homo, ut dicitur in 2o de generatione Animalium. Rursus, quia in via corruptionis primo amittit vsum rationis & remanet viuus & spiratio. Secundo amittit viuum & spirans, & remanet ipsius ens, quia sic corrumpitur in nihilum, & sic potest intelligi hoc ex pluri in viam generationis & corruptionis alicuius individui, & haec est eius intentio, quod patet ex hoc quod dicitur, Cum ergo individuum non est homo, id est secundum actum proprium hominis est animal, quia adhuc remanet in eo operatio animalis, quae consistit in motu & sensu, & cum non est animal esse tantum, quia remanet corpus penitus inanimatum: verificatur hoc exemplum in ipso rerum ordine, nam prius sunt essentia in viuenti-

b Et causa prima adiuuat secundam causam super operationem suam, quoniam omnem operationem quam causa efficit secunda. prima etiam causa efficit. Verum tamen efficit eam per modum altioris & sublimioris.

c Et quando remouetur causa secunda a causato suo, non remouetur ab eo causa prima, quoniam causa prima est maioris & vehementioris adhaerentiae cum re, quam causa propinqua.

d Et non fitur causatum causa secunda, nisi per virtutem causae primae, quod est, quia causa secunda quando facit rem, inuenit causa prima quae est supra eam, super illam rem de virtute sua. Quare adheret illud rei adhaerentia vehementi, & seruat eam.

b ¶ Probat tria praedicta per rationem. Primum autem, quod causa prima plus influat quam secunda, sic probat. Eminentius contingit aliquid causae quam causato. Sed operatio qua secunda causa causat effectum, causatur a causa prima. Nam cum prima adiuuat causam secundam faciens eam operari. Ergo huius operationis secundum quam effectus producit a causa secunda, magis est causa prima quam causa secunda. Proculus autem expressius hoc sic probat. Causa enim secunda cum sit effectus causae primae, substantiam suam habet a causa prima. Sed a quo habet aliquid substantiam ab eo habet potentiam siue virtutem operandi. Ergo causa secunda habet potentiam siue virtutem operandi a causa prima. Sed causa secunda per suam potentiam vel virtutem est causa effectus. Ergo hoc ipsum quod causa secunda sit causa effectus, habet a prima causa. esse ergo causam effectus inest primo primae causae. Secundo autem causa secunda. Quod autem est prius in omnibus est magis, quia perfectiora sunt priora natura. ergo prima causa est magis causa effectus quam causa secunda. Ergo impressio causae primae tardius recedit ab effectu. Probat ibi.

c ¶ Et inducit talem rationem. Quod vehementius inest, magis inhaeret. Sed prima causa vehementius imprimit in effectu quam causa secunda, ut probatur est ergo eius impressio magis inhaeret ergo tardius recedit. Tertium, scilicet prius adueniat, probat ibi.

d ¶ Tali ratione. Causa secunda non agit in causatum suum nisi virtute causae primae, ergo & causatum non procedit a causa secunda nisi per virtutem causae primae. Sic ergo virtus causae primae dat effectum secundum, ut attingatur a virtute causae secundae. Prius enim attingitur a virtute causae primae. Hoc autem vno modo Proculus sic probat. Causa prima est magis causa quam secunda, ergo est perfectioris virtutis. Sed quanto virtus alicuius causae est perfectior, tanto ad plura se extendit: ergo virtus causae primae ad plura se extendit quam virtus causae secundae. Sed id quod in pluribus est, prius est etiam in adueniendo, & vltimum in recedendo. ergo impressio causae primae primo aduenit, & vltimo recedit. Est autem considerandum in quibus causis haec propositio habeat veritatem. Et si quidem ad genera causarum quaestio referatur: manifestum est quod habet veritatem in quolibet genere causarum suo modo. Et in causis quidem formalibus, exemplum inductum est, in causis autem materialibus similis ratio inuenitur. Nam id quod primo subsistit ut materia, causa est propinquiori modo, ut & ipsa materialiter subsistat, sicut materia prima elementis, quae sunt quodammodo materia mixtorum corporum. Ostendit idem esse & in efficientibus causis. Manifestum est enim, quod quanto aliqua causa efficiens est prior, tanto eius virtus ad plura se extendit. vnde oportet ut proprius effectus eius color sit, causae vero secundae proprius effectus in paucioribus inuenitur. vnde & particularior est. Ipsa enim causa prima producit, vel mouet causam secundo agentem, & sic fit ei causa vt agat. Inueniuntur igitur praedicta tria, quae causa sunt, primordiallyter

quidem in causis efficientibus, & ex hoc manifestum est quod derivatur ad causas formales: vnde & hic ponitur verbum influendi, & Proculus vult verbo productionis, quae exprimit causalitatem causae efficientis. Quod autem ex causis efficientibus derivatur ad causas materiales, non est adeo manifestum, eo quod causae efficientes, quae sunt apud nos non producunt materiam sed formam. Sed si consideremus causas vniuersales cum quibus procedunt & materialia rerum principia, necesse est quod hic ordo deriuetur & ad materiales causas ex causis efficientibus.

Iam ergo manifestum & planum, quod causa longinqua est vehementius causa rei quam causa propinqua, quae sequitur eam, & quod ipsa influat virtutem suam super eam, & conferuat ipsam, & non separatur ab ea separatione suae causae propinquae, immo remanet in ea, & adheret ei adhaerentia vehementi, secundum quod ostendimus & exposuimus.

L E C T I O II.

Mne esse superius, aut est superius aeternitate, & tamen ipsam, aut est cu aeternitate, aut post aeternitate & supra tempus. Esse vero quod est ante aeternitatem, est causa prima, quae est causa ei. Sed esse, quod est cu aeternitate

primam exhibet natura. deinde per artes quasdam priores materia disponitur, vt congruat particularibus archetypis. Compositum enim prima omnium causa ad totam naturam, sicut natura ad autem vnde id quod primo subsistit in tota natura est prima omnium causa, quae appropriatur singularibus rebus officio secundarum causarum. In causis etiam finalibus manifestum est verificari omnia praedicta. Nam propter vltimum finem qui est vniuersalis, alii fines appetunt, quorum appetitus aduenit post appetitum vltimi finis, & ante ipsum cessat: sed & huius ordinis ratio ad genus causae efficientis reducitur. Nam finis in tantum est causa in quantum mouet efficientem ad agendum, & sic prout habet rationem mouentis pertinet quodammodo ad causam efficientis genus. Si autem queratur in vnoquoque causarum genere, vtrum praedicta verificentur in omnibus causis quomodolibet ordinatis, manifestum est quod non inuenimus enim causas ordinari dupliciter. Vno modo per se. Alio modo per accidens. Per se quidem, intentio primae causae respicit vique ad vltimum effectum per omnes causas medias. Sicut enim ars tabri mouet manum, manus martellum, qui ferrum percutit, autem exit, ad quod fertur intentio artis. Per accidens autem quando intentio causae non procedit nisi ad proximum effectum. Quod autem ab illo effectu efficiatur iterum aliud, est praeter intentionem primi efficientis, sicut cum aliquis accendat candellam, praeter intentionem eius est quod iterum accensa candela accendat aliam, & illa aliam. Quod autem praeter intentionem est, dicitur esse per accidens. In causis igitur per se ordinatis haec propositio habet veritatem, in quibus causa prima mouet omnes causas medias ad effectum. In causis autem ordinatis per accidens, est conuerso. Nam effectus qui per se producit a causa proxima, per accidens producit a causa prima, praeter intentionem eius exitum. Quod autem est per se, potius est eo quod est per accidens. Et ad hoc significandum dicit. Causa vltis quae est causa per se.

L E C T I O II.

Remissa prima Propositione sicut quodam principio ad totum tractatum sequentem. Incipit hic agere de primis causis rerum. Et diuiditur in partes duas. In prima agit de distinctione causarum primarum. In secunda de coordinacione seu dependentia causarum admutic in 16. Propositione ibi: Omnes virtutes quibus non est finis &c. Prima diuiditur in partes duas. In prima distinguit causas primas. In secunda determinat de singularis in 6. Propositione. ibi: Causa prima superior est &c. Causae autem vltimes rerum sunt triu generum. Causa prima quae est Deus, intelligentia, & anima. Vnde circa primum tria dicit. Primo enim distinguit haec tria genera, quorum primum est indiuisibile, quia causa prima est vna trinitas. Secundo distinguit intelligentiam a prima reru creatura esse esse. In tertia distinguit animas. 7. Propositione. ibi: Intelligentia superiores &c. Circa primum duo facit. Primo distinguit tria praedicta genera. Secundo ostendit

ostendit quod vniuertur per participationem quodam in vltimo propositionem. (Omne esse superius, aut est superius aeternitate & ante ipsam, aut cum aeternitate, aut post aeternitatem & supra tempus.) Ad cuius intelligentiam propositionis oportet primo videre quid sit aeternitas, deinde quod praedicta propositio habeat veritatem: nomen igitur aeternitatis in deficientiam quodam sine terminabilitate importat, dicit enim aeternum quasi extra terminos existens: sed quia vt Philosophus dicit in 8. Phy. in omni motu est quodam corruptio & generatio, in quantum aliquid esse incipit, & aliquid esse desinit, necesse est quod in quolibet motu sit quaedam deficientia, vnde omnis motus aeternitati repugnat. vera igitur aeternitas est cu indeficientia esse etiam immobilitatem importans. Et quia prius & posterius in duratione temporis prouenit ex motu, vt patet in 4. Phy. oportet quod sit aeternitas ab ipso priori & posteriori tota simul existens, sicut quod Boet. diffinit eam in fine de Consolatione dicens, aeternitas est interminabilis vitae tota simul & perfecta possessio, quaecumque igitur res cum indeficientia esse habet immobilitatem, & est ab ipso equali successione potest dici aeterna, & hunc modum substantias immateriales separatas Platonici & Peripatetici aeternas dicebant superaddentes ad rationem aeternitatis, quod semper esse habuit, quod nihil chrisititang non est consonantia: sic enim aeternitas soli Deo conuenit: dicitur autem eas aeternas tamquam incipientes obtinere a Deo esse perpetuum & indeficiens sine motu & temporis successione. vnde & Dionysius dicit cap. 10. de Diu. no. quod non simpliciter sunt coaeterna Deo, quae in scripturis aeterna dicuntur. vnde aeternitatem si accepta quiddam nominantur: sicut enim aeternitas primo modo accepta distinguitur. Sed si quis recte consideret quum & aeternitas non differunt, nisi sicut antropos & homo, in graeco enim eorum aeternitas dicitur, & antropos homo. His igitur praemissis sciendum est, quod haec propositio in libro Proculi congrua inuenitur sub his verbis. Omne ens vel ens ens, aut ante aeternitatem est, aut in aeternitate, aut participans aeternitate. dicitur autem aeternitas per oppositum ad mobile, sicut esse stans dicitur per oppositum ad moueri, & quod dicitur intelligi quid est quod in hoc libro dicitur. Omne esse superius, quia. I. est supra motum & tempus, huius enim esse est vtrumque; auctorem est vtrumque libro in triplicibus gradibus distinguitur, non tamen eadem omnino vobis; Proculus enim hanc propositum inducit secundum Platoniorum suppositiones, qui vsum abstractionem ponentes, quanto aliquid est abstractius & vltius, tanto prius esse ponebant, manifestum est enim, quod haec dictio aeternitas abstractius est quam aeternum. Nam nomine aeternitatis ipse essentia aeternitatis designatur. Nominem autem aeterni, id quod aeternitatem participat. Rursusque ipsum esse, cuius est aeternitas, omne enim aeternum est ens, non autem ens est aeternum. vnde praedicta, ipsum esse separatum est ante aeternitatem: id autem quod est cum aeternitate est ipsum esse sempiternum. Id autem quod est aeternitate participans, & quasi post aeternitatem, est omne id quod esse aeterni participat. Sed huius libri auctor in primo quidem aliquantulum cum praedictis propositibus concordat. vnde exponit, quod esse quod est ante aeternitatem est causa prima, quae est causa aeternitatis, & ad hoc probandum inducit quod in ipsa aeternitate est esse acquiritur. i. participandum, & hoc probat, quia ea quae sunt minus coia participat ea quae sunt magis coia, aeternitas autem est minus coe quam esse. vnde subdit. Et dico, quod omnis aeternitas est esse: sed non esse est aeternitas, ergo esse est plus coe quam aeternitas. Sic igitur probat auctor quod aeternitas participat esse, ipsum autem esse abstractum est causa prima, cuius substantia est esse. vnde relinquuntur quod causa prima est causa a qua acquiritur esse sempiternum, cuius rei semper existenciam in aliis duobus membris diuisionis recedit auctor huius libri ab intentione Proculi, & magis accedit ad eam sententiam & Platoniorum, & Peripateticorum. Exponit enim secundum gradum qui cum aeternitate est intelligentia, quia enim aeternitas, vt dicitur est, importat indeficientiam cum immobilitate, illud quod secundum omnia est indeficiens & immobile, totaliter attingit aeternitatem, ponit

autem secundum praedictos Philosophos, quod intelligentia siue intellectus separatus habet indeficientiam & immobilitatem, & quantum ad esse & quantum ad virtutem, & quantum ad operationem: vnde centesima sexagesima nona Propositione Proculi est. Omnis intellectus in aeternitate substantiam habet, & potestatem & operationem, & secundum hoc probatur hic, quod intelligentia est cum aeternitate: quia est omnino secundum habitudinem vnam, ita quod non patitur aliquam alteritatem, nec virtutis nec operationis, neque destruitur secundum substantiam, & propter hoc etiam postea dicitur quod parificat aeternitati, quoniam exte dicitur cum ea & non alteratur. Quia, scilicet, omnium id quod est intelligentia, aeternitas se extendit. Tertium vero gradum exponit de anima quae habet esse superius, i. supra motum & tempus: huiusmodi enim anima magis appropinquat ad motum quam intelligentia, quae vt intelligentia non attingitur a motu neque secundum substantiam neque secundum operationem. anima autem secundum substantiam quidem excedit tempus & motum & attingit aeternitatem: sed secundum operationem attingit motum: quia vt Philosophi probant, oportet omnem quod mouetur ab aliquo reduci in aliquod primum quod seipsum mouet, quod secundum Aristotelem est corpus animatum, cuius motus principium est anima: & sic vtroque modo oportet quod primum principium motus sit anima, & ideo motus est ipsius animae operatio, & quia motus est in tempore, tempus attingit operationem ipsius animae: vnde & Proculus dicit 191. Propositione. Omnis anima participans substantiam quidem aeternalem habet operationem aliam secundum tempus: & ideo hic dicitur quod connexa est cum aeternitate inferius, connexa quidem aeternitati quantum ad substantiam: sed inferius quantum ad operationem: quia inferiori modo participat aeternitatem quam intelligentia, quod probat per hoc, quia est susceptibilior impressionis quam intelligentia, anima enim non solum recipit impressionem causae primae sicut intelligentia: sed etiam suscipit impressionem intelligentiae, quanto autem aliquid magis est remota a primo, quod est aeternitas causa, tanto debilius aeternitatem participat, & quamuis anima attingat ad infimum gradum aeternitatis, tamen est supra tempus. sicut causa prima supra causatum: est enim causa temporis in quantum est causa motus ad quem sequitur tempus: loquitur enim hic de anima mundi quae attribuitur Philosophi corpori caelesti, & propter hoc dicitur quod est in orizonte aeternitatis inferius & supra tempus. Orizon enim est circulus terminans visum, & est infimus terminus superioris emisserij, principium autem inferioris, & similiter anima est vltimus terminus aeternitatis & principium temporis: huic autem sententiae Dyo concordat. 10. capitulo de Di. no. hoc excepto, quod non asserit caelum habere animam, quia hoc Catholica fides non asserit: dicit enim quod Deus est ante aeternum, & quod secundum scripturas dicuntur aliqua aeterna & temporalia, quod est intelligendum secundum modos positos in sacra scriptura. media autem exi stentium & factorum, id est generabilium sunt quaecumque secundum aliquid quidem aeternum, sicut aliquid vero tempus participat:

L E C T I O III.

Mnis anima nobilis tres habet operationes. Nam ex operationibus eius est operatio animalis, & operatio intelligibilis, & operatio diuina. Operatio autem diuina est, quae ipsa praeparat naturam cum virtute quae est in ipsa causa prima. Eius autem operatio intelligibilis

porali. Nam corruptio & generatio in his inferioribus rebus causatur per motum celi. Ipe autem motus celi non est immediatus ab intelligentia: sed ab anima, sicut supra dictum est in tertia Propositione. Si quis autem hunc processum reducere velit ad intellectum qui supersubalterat ex propositione aduocet, poterit dicere vterius quod res corruptibiles cognoscuntur ab intelligentia vt sempiterna. Sunt enim in intelligentia sicut non materialiter, quia in se sunt materiales: ita nec temporaliter: sed sempiterna, quod manifestatur per esse eorum: quia immediatus effectus intelligentie est sempiternus. Id enim quo intelligentia cognoscit, est principium factuum in ipsa, sicut & artifex per formam artis operatur. Hec autem probatio que hic inducitur, & si a quibusdam Philosophis concedatur, non tamen necessitatem habet. Hanc enim probationem suscepta, multa fundamenta catholice fidei tollerentur. Sequeretur enim quod angeli nihil de nouo in his inferioribus immediate facere possent. Et multo minus Deus: qui non solum est aternus, sed ante aternitatem, vt supra dictum est. Et sequeretur vterius, mundum semper fuisse. Hec enim videtur esse effectus prima ratio potentium aternitatis mundi que sumitur ex immobilitate factoris. Non enim videtur posse contingere quod aliquid agens nunc incipiat operari cum prius non operatus fuerit: hoc omnino immobilitate se habere, nisi forte aliqua exteriori mutatione presupposita, quia vt Auer. in 8. Physicorum commentis profertur, si aliquid agens voluntarium vult aliquid facere post & non prius, ad minus oportet quod imaginetur tempus quod est numerus motus. Et ideo concludit impossibile esse quod ex voluntate immobili & aterna proueniat effectus nouus, nisi presupposito motu. Et quia hoc videtur esse effectus ratio qua vtuntur ad probandum aternitatem mundi, diligenter est huius rationis solutio attendenda. Considerandum est igitur aliter loquendum esse de agente quod producat aliquid in tempore, atque aliter de agente quod producat tempus: cum re que in tempore producit. Cum enim aliquid in tempore producat, oportet accipere aliquam proportionem ad tempus, vel solum esse quod producat, vt etiam producentis ipsius, quoniam actio est in tempore non solum ex parte eius quod agit: sed etiam ex parte agentis. In tempore enim est aliquid leuandum quod est in tempore, cuius numerus tempus est. Quando igitur aliqua mutatio inuenitur ex parte eius quod agit vel ex parte agentis: tunc actio secundum vtrumque est in tempore, puta cum aliquis alteratus a frigore, ignem de nouo accendat ad frigus pellendum. Hoc autem non semper contingit. Est enim aliquid cuius substantia non est in tempore: sed operatio in tempore est, vt infra dicitur. Huius ergo agens absque aliqua sui mutatione effectum producit in tempore, qui prius non fuerat. Et sic etiam Deus aliquid potest producere in tempore de nouo quod prius non fuerat secundum certam proportionem huius effectus ad hoc tempus, si cur contingit in omnibus miraculosis effectibus qui sunt immediate a Deo. Nec obstat quod dicitur, quod producit per suum esse, suum esse est suum intelligere. Et sicut suum esse est vnum, intelligit tamen multa, & propter hoc potest multa producere, quantum eius intelligere vnum & simplex remaneat, ita quantum sit esse suum aternum & immobile, potest tamen intelligere aliquid esse temporale & mobile. Et ideo, & si suum intelligere sit sempiternum, per ipsum tamen producere potest effectum nouum in tempore. Cuius indicium aliquantulum in nobis apparet. Potest enim homo voluntate immobili permanente, opus suum in futurum differre, vt faciat id determinato tempore. Sed si tu dicas, quod quoties hoc contingit, oportet praeterintelligere alium motum, ex quo contingat, quod aliquid prius non fuerit conueniens fieri, postmodum iudicatur vt conueniens ad faciendum, ad minus ipsum temporis decursum, qui sine motu intelligi non potest, dicemus hoc quidem verum esse in particularibus Dei effectibus, quos in tempore operatur. Quia in Lazaro suscitauit. 4. die: & non prius, habito respectu ad aliquam rerum mutationem praecedentem hoc fecit. Sed in vniuersi productione hoc locum non habet: quia simul cum mundo temporis & motus productio fuit, nec fuit aliquod tempus praecedens motui ad quem oportuit ponitatem huius effectus proportionari, sed solum ad rationem facientis, prout intellexit & voluit hunc effectum ab aeterno non fore, sed incipere post non esse. Sic enim tempus est mensura operationis vel motus, sicut dimensio est mensura magnitudinis corporalis. Si igitur queramus de aliquo particulari corpore, puta de terris, quare infra hos magnitudinis terminos cogitur,

causa, & non extenditur ultra, potest eius ratio esse ex proportione ipsius ad totum mundum. Sed si rursum queramus de tota corpore vniuersitate, quare de hac determinate magnitudinis terminos non excedat, non potest huius ratio esse ex proportione eius ad aliquam magnitudinem aliam: sed vel oportet dicere magnitudinem corporalem esse infinitam, sicut antiqui naturales posuerunt, vel oportet huius determinate magnitudinis rationem accipere ex sola intelligentia, & voluntate facientis. Sic igitur in finitum Deus finitum vniuersum produxit secundum suam sapientie rationem. Ita aternus Deus potuit nouum mundum producere secundum eandem sapientie rationem.

LECTIO XII.

Rimorum omnium que dam sunt in quibusdam per modum quo licet vt sit vnum eorum in alio. Quod est, quia animi esse sunt & vita & intelligentia, & vita sunt esse & intelligentia, & intelligentia sunt esse & vita. Veruntamen esse & vita in intelligentia sunt duae intelligentie, & esse & intelligentia in vita, sunt duae vite, & intelligentia & vita in esse, sunt duo esse. Et illud quidem non est ita: nisi quia vnum quodque primum aut esse causa, aut causatum. Causatum ergo in causa est per modum cause, & causa in causa to per modum causati. Nos quidem abbreviamus & dicimus, quod res agens in rem per modum cause non est in ea nisi per modum qui est causa eius. Sicut sensus in animali per modum animalem, & anima in intelligentia per modum intelligibilem & in intelligentia in esse, per modum esse.

LECTIO XIII.

Quam ostendit, quod intelligentia intelligit res sempiternas, hic inducit propositionem ad manifestandum qualiter intelligentia que sunt res sempiternas, vno se intelligat. Per hoc autem aliquid intelligitur quod est in intelligente. Et ideo oportet in hac propositione declarare quomodo vnum de entibus superioribus sit in alio. Et est propositio talis. Primum omnium, sunt quaedam in quibusdam per modum, quo licet vt sit vnum eorum in alio. Hec etiam propositio proponitur. 103. in lib. Proculi sub his verbis. Omnia in omnibus, proprie autem in vnoquoque. Item autem est quod Proculus dicit, proprie autem in vnoquoque & quod dicitur per modum quo licet vt sit vnum eorum in alio. Vtrobique enim signatur, quod vnum est in alio secundum conuenientem modum ei in quo est. Sed a Proculo conuenienter inducitur hac propositio secundum positiones Platonicas, quibus ponuntur forme separatae subsistentes, quarum (vt supra dictum est) vna tante est altior quanto est vniuersalior, & ad plura suam participationem extendens. Et secundum hoc, ipsum esse est superius quam in ipsa vita. Et hoc quam ipse intellexit. Et ideo hic, Proculus hoc determinans, in sua propositione addit. Etenim in ente vita & intelligentia, & in vita esse & intelligere, & in intellectu esse & viuere. Et sic etiam videtur Auctor huius libri loqui huiusmodi separata prima nominans. Subdit enim quasi exponens, quod est quia in esse sunt vita & intelligentia, & vita sunt esse & intelligentia, & in intelligentia sunt esse vita, quod est omnino idem cum verbis Proculi. Addit autem Proculus in sua propositione expositionem modi quo vnum horum sit in alio dicens. Sed alicubi quidem intellectualiter, alicubi autem vitaliter, alicubi vero enter. per modum entis entia omnia, quod omnia tria praedicta sunt in intellectu intellectualiter, in vita vniuersaliter, in esse essentialiter. Sed hoc quod ponitur loco huius in alio libro, videtur esse corruptum, & malum intellectum habere. Sequitur enim. Veruntamen esse & vita in intelligentia sunt duae intelligentie. Debet enim intelligi quod ista duo scilicet esse & vita sunt in intelligentia intellectualiter, & esse & intelligentia in vita sunt duae vite, id est ambo sunt in vita vtriusque, & intelligentia & vita sunt duo esse. ambo sunt in ipso esse essentialiter. Si autem intelligatur quod verba sonant, falsum conuenienter intelligitur. Viuere enim viuens est ipsum esse eius, vt dicitur in secundo de Anima, & ipsum intelligere primi intelligentis est vita eius & esse ipsius, vt in 12. Meta dicitur. Vnde & hoc Proculus excludens dicit: quod esse intellectus est cognitium & vita eius est cognitio. Alioquin sequeretur inconueniens quod Aristoteles in 3. Meta. contra Platonicos, quod scilicet, for. esset tria animalia, quia & ipse est animal, & de eo praedicatur idea animalis communis quam participat, & similiter idea hominis qui idem est animal. Sequeretur enim, quod vnum quodque istorum trium esset non vnum, sed multum modum quo in prima Propositione dictum est, quod esse est causa prima, viuere & intelligere posteriores causas. Non tamen ita est intelligendum sicut verba sonant, quod intelligentia & vita sunt in ipso esse duo esse. Sed quia haec duo prout sunt in ipso esse, non sunt aliud quam esse, & similiter esse prout est in vita, est ipsa vita, cum vita nihil addat supra esse nisi determinatum modum essendi, seu determinatam naturam entis. Et idem intelligendum est in aliis comparationibus, secundum quas vnum istorum dicitur esse in alio. Sed quia secundum intellectum huius Auctoris haec tria non sunt quaedam res subsistentes, sicut dictum est, consequenter applicat istam propositionem ad res que per se subsistent: quae sunt esse primum quod est Deus, in intelligentia, anima intellectualis, & anima sensitiva. Et dicit quod hoc modo causa est in effectu, & e converso. Nam quod causa agit in effectu, & effectus recipit actionem causa. Causa autem agit in effectu per modum ipsius causa: effectus autem recipit actionem causa per modum suum: vnde oportet quod causa sit in effectu per modum effectus, & effectus sit in causa per modum causa, ergo ea quae sunt in sensu sensibilibus, sunt in anima intellectualis per modum ei conuenientem. Et ea quae sunt in anima per modum animalis, sunt in intellectu per modum proprium, & quae sunt in intelligentia in intelligibiliter, sunt in causa prima essentialiter secundum modum suum: & e converso priora sunt in posterioribus secundum modum posteriorum. Ex quo accipi potest qualiter intelligentia: semper intelligant, & causam primam. Vnaqueque enim intelligit aliam secundum quod alia est in ipsa per modum eius in quo est: quia etiam in superioribus sunt inferiores secundum quosdam excellentiores similitudines seu species: superiores vero in inferioribus secundum quosdam deficientiores similitudines & species.

LECTIO XIII.

Stenfo, quomodo intelligentia intelligat alia a se, nunc ad ostendendum quomodo intelligat se ipsam inducitur hac propositio, quae etiam inuenitur in 6. in lib. Proculi sub his verbis. Omnis intellectus seipsum intelligit. Sed huius propositionis & probationis, eius intellectum oportet nos accipere ex his que Proculus dicit. Vt enim supra dictum est secundum opiniones Platonicas, ordo intellectuum ponitur sub ordine formarum separatarum, ex quarum participatione sunt in intelligentes in actu. Vnde forme separatae comparantur ad eos sicut intelligibile

L I B E R

intelligibile ad intellectum. Sicut autem aliarum rerum ponebat...

relleat & intelligentia sunt vnum, & intelligentia scit essentiam suam.

L E C T I O X I I I I .

Omni anima res sensibiles sunt per hoc, quod sunt exemplum ei, & res intelligibiles in ea sunt, quia scit eas.

Tex. 63.39.

causantur ex anima, sunt in anima per modum esse. Ita scilicet, quod huiusmodi res que sunt infra animam causantur ad exemplum & similitudinem animae.

L E C T I O X I I I I .

Quoniam determinavit de causa prima & intelligentia, hic determinat de anima.

sciens, &c. Circa primum ponit talem propositionem. In omni anima res sensibiles sunt per hoc quod est exemplum ei.

cadunt supra animam sunt in anima per modum acquisitum. Cum ergo hoc sit ita, redeamus & dicamus, quod res sensibiles omnes in anima sunt per modum causae suae.

causantur ex anima, sunt in anima per modum esse. Ita scilicet, quod huiusmodi res que sunt infra animam causantur ad exemplum & similitudinem animae.

modo in seipsis iconice, vel per modum imaginis, ut Proclius dicit. Ioco cur hic dicitur per modum accidentis.

L E C T I O X V .

Mnis sciens qui scit essentiam suam, est rediens ad essentiam suam reditione completa. Quod est, quia scientia non est nisi actio intelligentis.

L E C T I O X V .

Stefo qua litera se habeat ad alia, hic ostendit qualiter se habeat ad seipsum. Et ponitur talis propositio: Omnis sciens qui scit essentiam suam, est rediens ad essentiam suam reditione completa.

in hoc, quod sciens scit essentiam suam, redit. I. conuertitur per operationem suam intelligibilem ad essentiam suam, intelligendo.

L E C T I O X V I .

Mnes virtutes quibus non est finis, pedetes sunt supra primum quod est virtus virtutum, non quia ipsa sunt acquisite fixae stantes in rebus entibus.

proponitur in propositione Proculi. Primum autem horum, quod anima sciat essentiam suam, hic non probatur. Probatur autem in libro Proculi.

L E C T I O X V I .

Ostia distinctione carum superiorum & profectus singulis partibus, modo ponit coparationem earum ad invicem.

zate exorta est, que non ut participata potentia est, neque in potentibus subsistit, sed in seipsam non alicuius participantis ens potentia, sed in omnium causarum entium. Vbi primo considerandum est, quod infinita potentia dicitur cuiuslibet semper existentis, sicut supra dictum est in 5. propositione inquantum. I. videmus, quod quae plus durare possunt habent maiorem virtutem essendi. Vnde illa quae in infinitum durare possunt, habent quantum ad hoc infinitam potentiam. Secundum autem Platonicas positiones, omne quod in pluribus invenitur, oportet reducere ad aliquod primum quod per suam essentiam est tale a quo alia per participationem talia dicuntur. Vnde secundum eos virtutes infinitae reducuntur ad aliquod primum, quod est essentialiter infinitas virtutes, non quod sit virtus principia in aliqua re subsistens, sed quia est subsistens per seipsam. Hoc a utem secundum Platonicos non est ipsa idea entis, quia huiusmodi ens separatum habet quidem potentiam infinitam, sed cum hoc habeat etiam finitatem, sicut supra in 4. propositione habitum est. Vnde relinquitur, quod non sit prima potentia quae essentialiter est ipsa infinitas. Neque tamen ponebant, quod illa infinitas idea sit primum simpliciter, quia ipsa infinitas participat unitate & bonitate. Vnde primum simpliciter est unum & bonum. Hoc autem infinitum ideale a quo omnes virtutes infinitae dependent, est medium inter unum & bonum quod est primum simpliciter, & inter ens, & ita hanc propositionem Proculus exponit. Sed quia Auctor huius libri, non ponit diversitatem realem inter huiusmodi formas ideales abstractas, quae per essentiam suam dicuntur, sed omnia attribuit enti primo, quod est Deus, ut supra etiam patuit ex verbis Dionysii. ideo secundum intentionem huius auctoris, hoc primum infinitum a quo omnes virtutes infinitae dependent est primum simpliciter quod est Deus. Per ens autem de quo Proculus mentionem facit, quod est sub infinito, non intelligit ideam entis, sed potius ens primum causatum, et quod Proculus probat de idea entis, hic probatur de ente primo, quod est intelligentia. Dicit ergo. Si aliquis velit dicere principium ens causatum quod est intelligentia sit virtus infinita, non tamen erit dicendum quod ipsa sit essentialiter virtus, immo est habens virtutem. Vnde non est illud primum infinitum a quo dependent omnes virtutes infinitae. Et quod non sit prima virtus infinita, manifestat per hoc quod non est infinita omnibus modis & respectu cuiuslibet, sed est infinita solum inferiori non superiori. Dicitur quidem inferiori infinita virtus intelligentiae, quia non comprehenditur ab his quae sunt infra ipsam. Non est autem infinita superiori, quia excedit a suo superiori, cuius comprehensione finitur. Vnde Proculus dicit. 93. propositione. Omne infinitum in entibus, neque supra positum infinitum est, neque sibi ipsi, quia sicut ipse probat ibidem, a seipso unum quodque a superioribus circumscribitur & terminatur, ab inferioribus autem circumscribi non potest. Ideo autem virtus intelligentiae non est respectu omnium infinita, quia non est ei virtus pura, non est essentialiter virtus, ut sit virtus subsistens. Talis enim res quae essentialiter virtus est, neque est superior nec inferior. Non enim habet aliquid prius a quo potest circumscribi. Sed intelligentia habet finem secundum quem remanet. I. deficit a suo superiori quia post ipsum remanens, velut ipsum assequi non valens. Deinde ostendit, quod sic illud primum a quo dependent omnes virtutes infinitae, & hoc qui

de accipitur hic ens primum creans. Deus est primum infinitum prout quasi essentialiter existens virtus infinita. Et hoc probatur, quia intelligentia quas vocat hic scientes & fortes per magnitudinem virtutis quam habent, sunt infinita per acquisitionem suam participatorem a primo quod est infinitum purum. I. essentialiter, a quo habet non solum infinitas, sed etiam esse. Et sic primum creans, est per participationem facit res esse infinitas, ut oportet, quod ipsum sit supra infinitum. Quod quidem est in ea quae hic dicitur oportet intelligere quod ens primum sit supra infinitum participatum & creatum. Sed secundum Proculum hoc dicitur de idea unius & boni, quod est in Platonicis supra ideam infinitam. Et ideo exponens quod dicitur ens primum esse supra infinitum, subdit quod intelligentia est infinitum. I. participatorem non autem essentialiter, ita. quod ipsamet sit id quod est infinitum. Concludit igitur ex praemissis, quod ens primum det intelligentiae esse & infinitate, ipsum est mensura primorum entium. I. intelligibilium, & per consequens secundum entium. I. sensibilibus, & primum in quolibet genere est mensura illius generis, in quantum per accessum ad ipsum, vel recessum ab ipso cognoscitur aliquid esse perfectius vel minus perfectum in genere illo. Sed ipse exponit ens primum esse mensuram omnium entium, quia creavit omnia entia cum debita mensura quae convenit unicuique rei secundum suam naturam. Quod, n. aliqua res magis vel minus accedat ad ipsum, est ex eius dispositione. Vitimo autem colligitur praemissis, quod epilogando principale intentionem, & d. quod ens primum creans est supra infinitum, illud, quod participatorem infinitum est. Sed ens secundum quod creatum est, intelligentia, est infinitum participatorem. Illud autem quod est medium inter ens primum creatum quod est intelligentia, & ens secundum quod creatum est corpus corruptibile, est infinitum, corpus caeleste. Sed Proculus hoc ponit tamquam ideam infinitam sit media inter boni & ideam entis. Hoc autem rerum ordine insitit circa infinitum, subditur de aliis, & dicit quod omnes aliae bonitates simpliciter, sicut, virtus, lumen, & similia, sunt causa rerum habentium huiusmodi bonitates. Sicut, n. causa prima & primum infinitum, & ita omnia alia ab eo habent infinitatem, ab eo etiam causa prima est ipsa vita & ipsum lumen, & ab ipsa causata primum, intelligentia habet vitam & lumen intelligibile. Similiter et aliae bonitates descendunt a prima causa. Prima quod est super creatum primum quod est intelligentia, & deinde super alia mediante intelligentia, sive ista alia accipiant aia intellectuales, sive res spirituales.

LECTIO XVII.



Mnis virtus unita plus est infinita quam virtus multiplicata. Quod est, quia infinitum primum quod est intelligentia, est propinquum uni puro propter illud ergo factum est, quod in omni virtute propinqua uni puro est infinita plusquam in virtute longinqua ab eo, quod est, quia virtus quando incipit multiplicari, tunc destruitur unitas eius, & quando destruitur eius unitas, & non destruitur infinitas eius, nisi quando dividitur, & illius quidem significatio est virtus divisa. Et quod ipsa quanto magis aggregat & unitur, tanto plus magnificat & vehementior fit, & efficit operationes mirabiles. Et quanto magis partitur & dividitur, tanto plus minoratur & debilitatur, & efficit operationes viles. Iam igitur manifestum est & planum, quod virtus quanto plus appropinquat uni puro & vero, fit vehementior eius unitas. Et quanto vehementior fit eius unitas, infinitas in ea magis apparet & manifestior, & sunt operationes

entium, quia creavit omnia entia cum debita mensura quae convenit unicuique rei secundum suam naturam. Quod, n. aliqua res magis vel minus accedat ad ipsum, est ex eius dispositione. Vitimo autem colligitur praemissis, quod epilogando principale intentionem, & d. quod ens primum creans est supra infinitum, illud, quod participatorem infinitum est. Sed ens secundum quod creatum est, intelligentia, est infinitum participatorem. Illud autem quod est medium inter ens primum creatum quod est intelligentia, & ens secundum quod creatum est corpus corruptibile, est infinitum, corpus caeleste. Sed Proculus hoc ponit tamquam ideam infinitam sit media inter boni & ideam entis. Hoc autem rerum ordine insitit circa infinitum, subditur de aliis, & dicit quod omnes aliae bonitates simpliciter, sicut, virtus, lumen, & similia, sunt causa rerum habentium huiusmodi bonitates. Sicut, n. causa prima & primum infinitum, & ita omnia alia ab eo habent infinitatem, ab eo etiam causa prima est ipsa vita & ipsum lumen, & ab ipsa causata primum, intelligentia habet vitam & lumen intelligibile. Similiter et aliae bonitates descendunt a prima causa. Prima quod est super creatum primum quod est intelligentia, & deinde super alia mediante intelligentia, sive ista alia accipiant aia intellectuales, sive res spirituales.

LECTIO XVII.

ostendit in praecedenti propositione ostensum est, quod omnes virtutes infinitae dependent a prima virtute infinita. In hac propositione consequenter ostendit quomodo una virtus magis accedat ad primam infinitam quam alia. Et dicit quod omnes virtutes unitae plus est infinita quam virtus multiplicata. Hec autem de propositione ponit in lib. Proc. 95. sub his verbis. Omnis potentia unitior existens, est infinitior quam multiplicata. Probatur autem utrobique dupliciter. Primo quidem per rationem hoc modo. Sicut ex praemissa propositione habet, omnes virtutes infinitae dependent a primo infinito, quod est virtus virtutum. Oportet igitur quanto virtus propinquior fuerit illi primae virtuti, tanto magis participet de eius infinitate. Illa autem virtus est essentialiter virtus. Oportet ergo quod quanto aliquid est magis unitum, tanto habet virtutem magis infinitam. Et inde est, quod virtus intelligentiae quae est prima inter virtutes causatas infinitas, est maxime infinita, utpote propinquior uni primo. Virtutes vero quae multiplicantur, ex hoc ipso deficient ab unitate, & ideo minoratur earum possi-

hoc exemplum patet in virtutibus cognoscitivis. Intellectus enim qui non dividitur in multas potentias, efficacior est in cognoscendo quam sensus, qui per multas potentias diversificatur. Et eadem ratio virtus cognoscitiva intelligentiae quae non dividitur per sensitivam & intellectivam est fortior quam virtus cognoscitiva humana, tam circa sensibilia singularia quam circa intelligibilia cognoscenda. Secundo propter signum. Videmus enim in tebe corporealis partibus partibus, quod quae multa aggregantur & unitur, fit vehementior eorum virtus, ex quo consequuntur mirabiles operationes, sicut patet in multis hominibus simul tractantibus navem, qui diuisim non possunt eam trahere, nec partes eius proportionales. Et quanto magis dividitur virtus reiproporalis, tanto debilius fit, & facit operationes viliores, sicut curatoda domus a magno igne congregato calefit, quod fieri non potest, si ignis dividatur per diversas partes domus. Ex quibus duabus probationibus concludit propositum, ut in littera patet.

LECTIO XVIII.

ostendit in praecedenti propositione ostensum est, quod omnes dependent a proximo secundum suam virtutem, hic ostendit, quod dependent omnia a primo secundum suam naturam. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit uti dicitur in 19. propositione, quod de dependentiam rerum a primo secundum omnia quae pertinent ad naturam vel substantiam earum. Secundo ostendit diversum gradum appropinquationis ad primum a quo dependent, sicut & de dependentia virtutis dixerat. Et hoc 19. propositione, ubi dicitur intelligentiae est, & c. Primo ergo ponit talem propositionem. Res omnes habent essentiam per ens primum, & res viae omnes sunt motae per essentiam suam propter vitam primam. Et hoc dicitur in lib. Proculi. 102. Propositione sub his verbis. Omnia quidem qualitercumque entia ex fine sunt & infinito propter primum ens. Omnia autem vivencia suscipiuntur mota per vitam primam. Omnia autem cognoscitiva, cognitione participant propter in tellectum primum. Dicit autem, quod omnia sunt ex fine & infinito propter primum ens, quia supra habitum est in 4. propositione. Ens creatum compositum est ex finito & infinito. Ad huiusmodi autem propositionis intellectum, primo considerandum est, quod omnes gradus rerum ad tria videntur reducere, quae sunt, esse, vivere, & intelligere, & hoc ideo quia utraque res potest tripliciter considerari. Primo secundum se, & sic convenit ei esse. Secundo prout tendit in aliquid aliud, & sic convenit ei moveri. Tertio secundum quod alia in se habet, & sic convenit ei cognoscere, quia secundum hoc cognitio perficitur, quod cognitum est in cognoscente, non quidem materialiter, sed formaliter, sicut autem habere aliquid in se formaliter & non materialiter, in quo consistit ratio cognitionis, est nobilissimus modus habendi vel continendi aliquid, ita moveri a seipso est nobilissimus mobilitatis modus. Et in hoc consistit ratio vitae. Nam ea dicimus vivencia quae se aqualiter mouent. Esse igitur quod est primum, commune est omnibus. Sed non quia pertingunt ad illam perfectionem, quod sui ipsorum motum. Vnde non omnia sunt vivencia, sed quaedam quae sunt perfectiora in entibus. Rursus, quia eorum quae sunt motum suscipiunt, vel aliorum non omnia sunt motua per modum cognitionis, sed per aliquid materiale principium, sicut accidit in plantis. Vnde etiam non omnia vivencia pertingunt ad gradum cognitionis, sed solum illa in quibus principium motus est aliquid formale absque materia. Nam & ipse sensus est susceptivus perfectiori sensibili sine materia, ut dicitur in 2. de Anima. Secundo considerandum est quod in unoquoque genere est causa, illud quod est principium in genere illo a quo omnia quae sunt illius

generis in illo genere constituitur. Sicut inter elementaria corpora, ignis est primum calidus, a quo omnia caliditate sortitur. Non est autem in aliquo rerum ordine in infinito procedere. Igitur oportet in ordine entium esse aliquid primum quod dat omnibus esse. Et hoc est quod dicitur, quod res omnes habent essentiam per ens primum. Similiter oportet in genere vivencia esse aliquid primum. Et ad hoc omnia vivencia habent quod vivunt. Et quia vivencia proprium est quod sit sibi ipsi motum, ideo dicitur quod res viae omnes sunt motae per essentiam suam. motent res seipsas per vitam primam. Vnde in lib. Proculi dicitur. Omnia vivencia suscipiuntur mota sunt per vitam primam. Et quod movere seipsas procedat a prima vivencia, patet subditum. Quia vita est processio procedens ex ente primo quieto sempiterno. Ad cuius intellectum est sciendum, quod prius est aliquid esse in se, quam moveri in alterum. Vnde movere presupponit esse. Quod si ipsum se subsiciens movetur, oportet praesupponi aliquid principium motus, & sic quomodo devent ad aliquid ens immobile quod est principium movendi ipsum omnibus. Et hoc est vita prima. Vnde manifestum est, quod vita in omnibus vivencia est processio quaedam procedens a quodam primo ente quieto & sempiterno. in nulli mutationi substituto. Similiter etiam in ordine cognoscitivum oportet esse aliquid primum. Manifestum autem est, quod ordine perfectionis & naturae cognitio intellectiva prior est sensitiva, quae est magis immaterialis. Vnde per intellectum de cognitione sensitiva iudicamus, sicut de inferiori per superius. In ipsa autem intellectiva cognitione manifestum est, quod ratiocinativa cognitio a principium per se notis procedit, quomodo est intellectus. Vnde ratiocinativa est intellectus. Primum ergo in ordine cognoscitivum est intellectus, & ideo oportet quod omnes intelligibiles, sicut cognoscitiva habeant scientiam. I. cognitionem per intelligentiam primam. Vnde in lib. Proculi dicitur, quod omnia cognoscitiva cognitionem participant per intellectum primum. Et ratio huius assignatur, quia omnia scientia radicaliter non est nisi intelligentia. Intelligentia, n. est sicut veritas quaedam, ut Proculus dicit, omnia cognoscitiva. Vnde intelligentia est primum cognoscens & influens cognitionem super omnia cognoscitiva. Sicut autem supra dictum est in Platonicis primum ens quod est idea entis est aliquid supra primum intellectum ideale. Sed in Dionysio, primum ens & prima vita & primum intellectus sunt unum & idem, quod est Deus. Vnde Aristoteles in 12. Metaph. 1. principio attribuit quod sit intellectus & quod sit intelligere sit vita, & in hoc ab eo omnia habent esse, vivere, & intelligere. Tertio considerandum, quod ista tria divinum modo causant in rebus, sive a diversis principibus secundum Platonicos, sive ab eodem principio secundum fidei doctrinam & Aristoteles. n. duplex modus causandi. Unus quidem quo aliquid fit per seipsum alio modo. Et hoc modo dicitur fieri aliquid per informationem, quae illud quod postea advenit, se habet ad id quod praesupponitur per modum formae. Alio modo causat aliquid nullo praesupposito. Et hoc modo dicitur fieri per creationem. Quia ergo intelligere praesupponit vivere, & vivere praesupponit esse, & esse nihil aliud praesupponit prius, inde est quod primum ens dat esse omnibus per modum creationis. Prima autem vita quaequeque sit illa, non dat vivere per modum creationis, sed per modum formae informationis. Et similiter dicendum est de intelligentia. Ex quo patet, quod supra dixit intelligentiam esse causam aiae, non intellectus quod esset causa eius per modum creationis, sed solum per modum informationis. ut supra expositum est.

LECTIO XIX.

ostendit in praecedenti propositione ostensum est, quod omnes dependent a proximo secundum suam virtutem, hic ostendit, quod dependent omnia a primo secundum suam naturam. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit uti dicitur in 19. propositione, quod de dependentiam rerum a primo secundum omnia quae pertinent ad naturam vel substantiam earum. Secundo ostendit diversum gradum appropinquationis ad primum a quo dependent, sicut & de dependentia virtutis dixerat. Et hoc 19. propositione, ubi dicitur intelligentiae est, & c. Primo ergo ponit talem propositionem. Res omnes habent essentiam per ens primum, & res viae omnes sunt motae per essentiam suam propter vitam primam. Et hoc dicitur in lib. Proculi. 102. Propositione sub his verbis. Omnia quidem qualitercumque entia ex fine sunt & infinito propter primum ens. Omnia autem vivencia suscipiuntur mota per vitam primam. Omnia autem cognoscitiva, cognitione participant propter in tellectum primum. Dicit autem, quod omnia sunt ex fine & infinito propter primum ens, quia supra habitum est in 4. propositione. Ens creatum compositum est ex finito & infinito. Ad huiusmodi autem propositionis intellectum, primo considerandum est, quod omnes gradus rerum ad tria videntur reducere, quae sunt, esse, vivere, & intelligere, & hoc ideo quia utraque res potest tripliciter considerari. Primo secundum se, & sic convenit ei esse. Secundo prout tendit in aliquid aliud, & sic convenit ei moveri. Tertio secundum quod alia in se habet, & sic convenit ei cognoscere, quia secundum hoc cognitio perficitur, quod cognitum est in cognoscente, non quidem materialiter, sed formaliter, sicut autem habere aliquid in se formaliter & non materialiter, in quo consistit ratio cognitionis, est nobilissimus modus habendi vel continendi aliquid, ita moveri a seipso est nobilissimus mobilitatis modus. Et in hoc consistit ratio vitae. Nam ea dicimus vivencia quae se aqualiter mouent. Esse igitur quod est primum, commune est omnibus. Sed non quia pertingunt ad illam perfectionem, quod sui ipsorum motum. Vnde non omnia sunt vivencia, sed quaedam quae sunt perfectiora in entibus. Rursus, quia eorum quae sunt motum suscipiunt, vel aliorum non omnia sunt motua per modum cognitionis, sed per aliquid materiale principium, sicut accidit in plantis. Vnde etiam non omnia vivencia pertingunt ad gradum cognitionis, sed solum illa in quibus principium motus est aliquid formale absque materia. Nam & ipse sensus est susceptivus perfectiori sensibili sine materia, ut dicitur in 2. de Anima. Secundo considerandum est quod in unoquoque genere est causa, illud quod est principium in genere illo a quo omnia quae sunt illius

LECTIO XIX.

ostendit in praecedenti Propositione quod omnes dependent a primo. hic ostendit quomodo quaedam diversimode ei appropinquat secundum participationem naturalis perfectionis. Et ponit talem propositionem. Ex intelligentiae est, quae est intelligentia divina, quae ipsa recipit ex bonitatibus divinis quae procedunt ex causa prima receptio. Tho. de Causis. B 2 ne multa

Tex. c6. 39.

ne multa. Et de his quæ est intelligentia tantum, quoniam non recepit ex bonitatibus primis nisi mediam de intelligentia, & ex animalibus est que est anima intelligibilis, quoniam ipsa est prudens per intelligentiam, & ex his est quæ est anima tantum, Et ex corporibus naturalibus est, cui est anima regens ipsum, & faciens directionem super ipsum. Et de eis sunt que sunt corpora naturalia tantum, quibus non est anima, Hæc autem propositio inuenitur in lib. Proculi. 1. 1. 1. Propositione, sub his verbis. Omnis intellectus scilicet ordinatio, hic quid sit divini intellectus suscipiens deorum participatio nes. Hi autem intellectus solum & omnis animalis scilicet hæc quidem sunt intellectuales anime ad intellectus suspensæ p. prios, hæc autem anime solum. Et omnes corporales nature, hæc quidem & anime habent astantes desuper, hæc autem sunt nature solæ, animarum expertes præsentia. Ad cuius evidentiam sciendū est, quod secundum Platonicos, quadruplex ordo inuenitur in rebus. Primus erat ordo deorum, id est formarum idealium, In rer quas erat ordo secundum ordinem vniuersalitatis formati: ut supra dictum est, Sub hoc autem ordine est ordo animalium, sub quo iterū est ordo corporum. Et hi tres inferiores ordines accipiuntur secundum tria, quæ in præmissa propositione sunt tacta. Nam corpora participant esse tantum anime autem sibi propria natura participant vltimus esse, & viuere intellectus autem participat esse, viuere, & intelligere. Casualitas autem hoc ad ordinem diuinum pertinet: siue ponantur multi dii ordinati sub vno secundum Platonicos: siue vnus tantum in se omnia habens secundum nos. Vniuersalitas enim causalitatis, propria est Deo. Huiusmodi autem ordines cum ab vno primo procedant: continui tem quandam habent adinuicem, ita quod ordo corporum attingit ordinem animarum, & ordo animarum attingit ordinem intellectuum qui attingit ordinem diuinum. Vbiq; aut diuersi p ordinē subiuicem coniunguntur. oportet quod id quod est supremum inferioris ordinis, propter propinquitatem ad superiorē ordinem aliquid participet de superioris ordinis perfectione. Et hoc manifeste videmus in rebus naturalibus. Nam quædam animalia participant aliquam rationis similitudinem, & quædam plantæ participat aliquid de distinctione sexus quæ est propria animalium. Vnde & Dion. dicit. 7. ca. de Diu. no. quod per diuinā sapientiam fines primorum coniunguntur principiis secundorum. Sic igitur illi qui sunt supremi in ordine intellectuū vel intelligentiarum, dependent per quandam perfectiorem participatiōnem propinquius a Deo, & magis participant de bonitatibus eius, & de vniuersali causalitate ipsius. Et ideo dicuntur diuini intellectus vel diuine intelligentiæ, sicut & Dion. dicit, quod supremi angeli sunt quasi in vestibulis deitatis collocati. Inferiores vero intellectus qui non pertinent ad tam excellentem participatiōnem diuinæ similitudinis, sunt intellectus tantum, non habentes illam diuinam dignitatem. Et eadem ratio est de animalibus respectu intellectuum. Nam supremæ anime sunt intellectuales, vt ipse propinquæ ordini intellectuū, aliæ vero ani

ma inferiores non sunt intellectuales, sed habent solum id quod est anima, vt scilicet fiat viuificatiua. sicut maxime patet de Animalibus animalium & plantarum. Et eadem ratio est de ordine corporum respectu animarum. Nam corpora nobiliora quæ perfectiori ratione sunt, constituta sunt animata, alia vero corpora sunt inanimata. Et eadem ratio est de omnibus aliis ordinibus: in quibus prædicti generales ordines distinguuntur, quia quæ sunt in corporibus sunt diuersi ordines, & similititer in animalibus, & intellectibus.

LECTIO XIX.

Ausa prima regit res creatas omnes, præterquam commisceatur cum eis. Quod est, quia regimen non debilitat vnitatem eius exaltatam super omne esse, neque destruit eam, neque prohibet essentiam vnitatis eius seiuicta a rebus, quin regat eas. Quod est, quia causa prima est fixa stans cum vnitatem suam puram semper, & ipsa regit res creatas omnes, & influit super eas virtutem vite, & bonitates secundum modum virtutis earum receptibilium, & possibilitatem earum. Prima enim bonitas influit bonitates supra res omnes influxione vna, verumtamen vnaqueque rerum recipit ex illa influxione secundum modum suæ virtutis & sui esse.

se est vt ex suo regimine ad plura distrahatur. Qui vero a cura regiminis aliorū est liber magis in seipso potest vniuersalitate consistere. Vnde & Epicuri philosophi, vt quietem & vniuersaliter diuinam conferant, posuerunt deos nullius regiminis, curā habere, sed oīno ociosos, & nihil curantes, vt sic videant esse felices. Et id contra hoc in hac propositione inducit, quod hæc duo in causa prima non sunt contraria. nec seiuicta impediunt, vt regimen eorū, & summa vnitatem per quā Deus exaltatur supra præsens. Vnde statim in principio expositionis ponitur, quod regimen non debilitat vnitatem eius exaltatā super omne rem, & neque destruit eam, quia. Neque in toto neque in parte per vltimum vnitatis diuinæ derogatur. Et e contrario subdit. Nec prohibet esse essentiam vnitatis eius seiuicta a rebus quin regat eas. Et hoc totū in propositione Proculi ponitur sub alijs verbis. Oēs diuini prouident secundis, & ereptū est ab his quibus prouidentur, neque prouidentia submittere suā immixtam & vltimā excellentiā neque separata vnitatem prouidentia exterminante. Ad huius autem propositionis manifestationē tria inducunt. Primo ostendit diuersos modos rediendi influentias cæ primæ ex parte rerū recipientiū. Secundo ostendit vnitatem ex parte cæ primæ influentis. ibi. Et bonitas prima, & c. Tertio ex his duobus concluditur propositū. scilicet quod regimen cæ primæ extat absque hoc, quod commisceatur rebus. ibi. Redeamus autem & dicamus. Dicit ergo primo, quod oēs bonitates quæ inueniuntur in rebus, effluunt a cæ prima. Et huiusmodi bonitates recipit vnaqueque res sibi modū & proprietatē suam subā & virtutem. Sicut autem diuersi rerū diuersæ nature & virtutes. Et ideo est, quod quæ sunt influit vno influxu super omnia, diuersimode tamen influxus eius in diuersas res recipitur. Cuius exemplum est euidenter in lumine, quod quidem a corpore lucido uno modo procedit, sed secundum quod radii diuersi transeunt per vitra diuersimode colorat, diuersim apparerentiam faciunt. Secundo ibi.

LECTIO XX.

Ostendit quod stentum est qualiter in inferioribus perioribus dependet. Hic ostenditur qualiter superiora inferioribus influunt per sui regimen. Et circa hoc duo facit. Primo agit de vltimo regimine cæ primæ. Secundo de regimine intelligentiæ. In propositione ibi. Oēs intelligentiæ diuinae. Circa primū duo facit. Primo ostendit modū vltimi regiminis cæ primæ ad regendum. 1. Propositione ibi. Primū est diues. Circa primū ponit tale propositionē. Cæ prima regit oēs res creatas præterquam commisceatur cum eis. Ad cuius evidentiam considerandum est, quod in humano regimine hoc contingere videmus, quod ille qui habet curā regiminis plurimorum, necesse

LECTIO XXI.

Ostendit quod assignavit modū diuini regiminis, hic ostendit sufficientiā Dei ad regendum, quæ quidem attenditur sibi duo. Primo sibi Dei abundantiam. Secundo sibi eius excellentiam. & hoc ibi. Causa prima & c. Hæc enim duo necessaria sunt in regere. Primo vt habeat bonorū abundantiam, ex quibus possit subditis prouidere. Vnde & Dion. dicit 12. ca. de Diu. no. quod diuerso est omnis pulchrorum & bonorū perfectæ possessio, & regimen est omnis finis & legis & ordinis distributio. Ad ostendendum autem in Deo abundantem sufficientiā

LECTIO XXII.

Ausa prima est super omne nomen quod nominatur, quoniam non pertinet ei diminutio neque complementum.

